Della elezione abolita.

Abbiamo provveduto che le elezioni nel beneficare i figli non restino in modo confuso, ed indistinto, ma debbono aver questo regolamento. Qualora la madre passa a seconde nozze, la proprietà della donazione antenuziale dovrà passare nei figli e la madre non potrà assolutamente scegliere un figlio per beneficarlo, preterendo gli altri, poichè essa col passare a seconde nozze fa ingiuria a tutti i figli. Per la qual cosa, nel presente caso la proprietà della donazione antenuziale dovrà spettare intieramente alla figlia, dovendo la madre ritenere l'usufrutto della medesima vita sua durante. Se poi la madre morisse prima della figlia, a questa ultima dovrà appartenere tutta la donazione antenuziale giusta la nostra costituzione. Che se, al contrario, la figlia premorisse alla madre, rimane presso quest' ultima il lucro che ad essa spetta per la non esistenza dei figli, ed il restante resta della figlia, la quale morendo lo trasmetterà agli eredi dalla legge chiamati.

Cap. II.

De alienatione dotis, aut propter nuptias donationis extraneo facta.

Hoc autem quod fit quidem semper, expressim vero nondum lege determinatum est, hoc ad melius incrementum, et interpositionem damus huic legi: nam si non filio forte, sed alicui extraneo mater adhuc secundas non experta nuptias, partem quandam ante-

Capo II.

Alienazione della dote o della donazione a causa di nozze fatta all'estraneo.

Viene ora da noi deciso un caso che spesso avviene, ma che non è contemplato dalla legge. Se una madre, non ancora passata a seconde nozze, dona non già al figlio, ma ad un estraneo, ovvero aliena in qualsivoglia modo una parte della donazione an-

Digitized by Google

nuptialis donationis, aut aliquam rem ex ea, vel totam donet, aut per alium forte alienet modum, deinde ad maritum veniat secundum: palam est, quia supervenientibus secundis nuptiis alienatio evacuatur, nec hoc omnibus modis, sed in suspenso et alienatio et evacuatio manet: nam si manserint superstites filii, evacuabitur omnino quod factum est, lege proprietatem antenuptialis donationis ad filios deducente et non respiciente mulierem, si quid egerit in laesionem filiorum. Si vero praemoriantur omnes matris filii, erit contractus firmus, non in totum, sed secundum pactum non existentium filiorum; quod nos introduximus primi, et statuimus nuper de hoc scribentes legem. Et secundum quandam quidem partem erit contractus firmus, secundum quandam vero infirmus apparebit: hoc est, secundum hoc quidem, quod permanet apud matrem, occasione pacti filiorum non existentium, valebit: secundum hoc vero quod transmittitur ad filii successores, infirmus erit: ut si mater sola filio succedens inveniatur, omnis contractus rursus firmus erit.

§. 1. Quia vero *contra binubos poenae communes et viri sunt et mulieris*: ille quidem in dote ad secundas veniens nuptias periculum sustinebit: haec autem in antenuptiali seu propter nuptias donatione. Et haec lex in utraque sit posita persona, haec et de electione et de alienatione, et de lucro sanciens.

Cap. III.

De successione sit filius intestatus mortuus fuerit, vel qualiter secundo nubentes ad filiorum hereditatem vocentur.

Cum igitur reliquum sit cogitare de hereditatibus filiorum, pro quo etiam praesens est dubitatio: oportere credimus generali lege et praesentem quaestionem dirimere et determinare, et in futuro movendis omnibus dare decisionem. Et sancimus alias res post antenuptialem donationem ad filios venientes, si quidem filius masculus, aut foemina forte testetur, secundum legem venire ad scriptos heredes: hic matre non prohibita scribi a filio herede: sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus, si forte filius eam praetermiserit, aut irrationabiliter exheredatam fecerit. Si vero intestatus decesserit, reservans illius partem, si quidem habuerit filios proprios, ad filios venire, si nautem non habuerit quidem filios proprios sit fratrum vocatio et matris una cum fratribus (secundum quod a nobis sancitum est) ad hereditatem venientis, et eam firme habentis, sive ad secundas vellet venire nuptias, sive non. Nec enim maiores poenas adversus mulieres, quae ad secundas veniunt nuptias, faciemus, neque ex hoc eas ad necessitatem deducemus amaram et nostrorum temporum indignam, ut metu castarum nuptiarum (licet secundae sunt) ab his quidem abstineant, et descendant ad quasdam interdictas permixtiones, et forsan etiam ad servorum

tenuziale o qualche cosa della medesima o tutta, e poscia passa a nuovo matrimonio, egli è manifesto che avvenendo queste seconde nozze l'alienazione si annulla, non già assolutamente, ma resta in sospeso l'alienazione e l'annullamento della medesima; imperocchè se restassero superstiti i figli, sarà annullata l'alienazione, volendo la legge che la proprietà della donazione antenuziale passi al figlio e che ciò che fece la madre in lesione dei figli sia nullo. Se i figli tutti premuoiano alla madre, il contratto sarà valido non già in tutto, ma per quanto spetta alla madre per la non esistenza dei figli che dicesi patto della non esistenza dei figli che noi fummo i primi ad introdurre allorquando ne abbiamo pocanzi fatto legge. Il contratto sarà valido in parte, ed in parte invalido, vale a dire, riguardo a ciò che resta presso la madre per la non esistenza dei figli sarà valido, e riguardo a ciò che viene trasmesso ai successori dei figli sarà invalido. Che se la sola madre si trovi succeditrice ai figli, tutto il contratto alla sua volta starà fermo.

§. 1. E poichè egual pena dee colpire sì il marito che la moglie, i quali passano a seconde nozze; così il marito che contrarrà nuovo matrimonio perderà la dote e la moglie la donazione antenuziale o per causa di nozze. Questa legge contempla ambidue i coniugi, così disponendo e della elezione nel beneficare, dell'alienazione e del lucro.

Capo III.

Della successione se il figlio fosse morto intestato e come i coniugi che passano a seconde nozze siano chiamati alla successione dei figli.

Dunque restandovi a provvedere intorno alle successioni dei figli, circa la quale evvi ancora tal dubbio con legge ci determinammo a scioglierlo con altri che potessero insorgere in seguito E prescriviamo che le cose, le quali non fanno parte della donazione antenuziale pertinenti ai figli passino, secondo la legge, agli eredi istituiti, qualora il figlio o maschio o femmina facesse testamento. Anche la madre potrà essere istituita erede del figlio, ed inoltre potrà succedere al medesimo contra il suo testamento qualora fosse stata preterita o senza giusta causa diseredata. Se poi il figlio morì intestato, prescriviamo che sia riservata la porzione dovuta ai figli di lui qualora ne abbia lasciati e che se non ha lasciato figli, siano chiamati i fratelli assieme colla madre tanto se contrasse, quanto se non contrasse un nuovo matrimonio; imperocchè noi non vogliamo infliggere maggiori pene alle donne che passano a seconde nozze, nè le vogliamo costringere alla crudele necessità, indegna dei nostri tempi, di astenersi da nozze oneste, benchè seconde, onde poi vivano in illecito commercio accoppiandosi forse ai proprii servi; poichè non potendo esse vivere in legittima unione, forse si abbandonerebbero ad illegittime copule. Non vogliamo

Digitized by Google

corruptiones: et, quoniam non licet legaliter caste vivere, contra leges luxurientur. Nequaquam igitur valere volumus, neque in quinto libro Codicis cognominis nostrae pietatis positam constitutionem, decernentem de hereditatibus filiorum, quos matres ad secundas nuptias venientes viderunt praeobeuntes, neque in sexto libro eiusdem conscriptionis sub Titulo Tertulliani, quae de mulieribus disputat, secundis quidem nuptiis iunctis, ante secundam tamen copulationem filios admittentibus: sed vocetur ad filii hereditatem modis omnibus mater cum fratribus, et hanc habeat firme, nihil ex secundis laedenda nuptiis, quod et in subiecta quaestione, quae legem hanc movit, obtineat, et mater una cum filia succedat hereditati: aut etiam succedens hanc irrefragabiliter habeat, nihil ex spe secundarum laedenda nuptiarum, sed domina eiusdem hereditatis cum filia absolute consistens. Optimum itaque est, atque laudabile, et dignum oratione, ut mulieres, ita se honeste tractent, quatenus quae semel ad virum venerunt, servent inviolatum morientium torum: *et huiusmodi mulierem et miramur pariter, et laudamus, et non procul a virginitate ponimus.* +. Sin autem non valuerit (cum forsitan et iuvenis hoc non patiatur) *nec possit contra fervorem naturae resistere*, non est torquenda propter hoc, nec interdicendae sunt ei communes leges: sed ad viri alterius veniat nuptias honeste, et omni luxuria abstineat: et fruatur successione filiorum. Sic enim eos adhuc amplius diliget, et non quasi quosdam odibiles respiciet, poenis subdita sic amaris. Sicut enim patres, si ad secundas veniant nuptias, non fraudamus filiorum suorum successione, nec quaelibet est lex aliquid tale dicens: sic neque matres privabimus filiorum successione, si matres ad virum veniant secundum, licet ante nuptias secundas aut post secundas filii moriantur. Alioqui ex absurditate legis, licet praemoriantur filii omnes, non relinquentes filios aut nepotes, nihilominus supplicium manet, et non succedet eis mater, nec si sine filiis moriantur: sed inhumane ab eorum expellitur successione frustra quidem patiens, frustra simul et nutriens propter legales nuptias subiecta poenis, succedent quidem illis aliqui ex longa cognatione: mater autem irrationabiliter expelletur. Quapropter, et ipsa succedat filiis: et sic haec lex clemens, et mitis, matres filiis concilians. +. Colligentes igitur huius legis partes, sancimus, quoniam matrem (secundum quod iam dudum diximus) assimilamus patri in antenuptiali donatione: et ipsa sustinere quidem poenas, sicut sustinet pater, in dote: in hereditatem autem filiorum sine tergiversatione veniant, pater, et mater secundum subiectas utrique casui quaestiones. Proinde quod patres habent sive ad secundas venientes nuptias sive non, hoc etiam matres habeant, vocetur que mater ad filii hereditatem, sive iam ad secundas veniat nuptias, sive postea veniat.

§. 1. Antenuptiali vero donatione, ad secundum veniens consortium, neque secundum quantum heres

quindi che resti in vigore la costituzione del quinto libro del Codice che del nostro nome rifulge, concernente l'eredità dei figli premorti alle madri che passarono a seconde nozze, nè quella posta nel sesto libro sotto il titolo del senatoconsulto Tertulliano, concernente le donne passate a seconde nozze e che perdono i figli prima di contrarre questo nuovo matrimonio; ma la madre dovrà assolutamente chiamarsi assieme coi fratelli alla eredità del figlio, non potendole nuocere le nuove nozze. Il che abbia luogo anche pel presente caso, il quale diede origine a questa legge, e la madre assieme colla figlia sarà l'assoluta padrona dell'eredità senza che le possano essere di ostacolo le seconde nozze. Sicchè ottima, plausibile e cosa degna d'encomio è che le donne conservino inviolato il primo talamo coniugale; noi ammiriamo e lodiamo tali donne e quasi le mettiamo non lungi da quelle che conservano lo stato verginale; ma se la donna, per essere forse giovane, non possa perseverare nello stato vedovile e resistere all'ardore della natura, non è per questo da punirsi, nè da privarsi del favore delle leggi a tutti comuni. Potrà essa quindi unirsi con un nuovo marito, vivere onestamente e godere della successione dei figli. Così infatti essa amerà ancora i suoi figli, nè li risguarderà come oggetti odiosi sendo assoggettata a pene sì amare. E nello stesso modo con cui i genitori che contraggono un nuovo matrimonio non vengono privati della successione dei figli in forza di alcuna legge, così neppure le madri potranno essere private della successione dei figli qualora passassero a seconde nozze tanto prima, quanto dopo la morte dei medesimi. Altrimenti, dalle leggi ne diverrebbe l'assurdo che quantunque premorissero tutti i figli senza lasciar figli o nipoti, la madre sarebbe colpita dalla stessa pena, non succederebbe ad essi, sarebbe inumanamente allontanata dalla loro successione niente essendo per essa l'averli procreati e nutricati, in pena di aver contratto legittime nozze, e succederebbero ai figli lontani parenti. Adunque, la madre succeda ai figli; sia clemente e mite la legge favorendo l'amore reciproco tra le madri ed i figli. Unendo dunque le parti di questa legge, ordiniamo che siccome, giusta quanto abbiamo detto, la madre è parificata al padre riguardo alla donazione antenuziale, essa dovrà essere soggetta alle stesse pene alle quali è soggetto il padre riguardo alla dote; ma si il padre che la madre succederanno ai figli; e nello stesso modo che il padre che contrae un nuovo matrimonio è chiamato alla successione dei figli, così anche la madre che contrae nuovo matrimonio, tanto prima che dopo la morte dei figli, succederà ai medesimi.

§. 1. Ma la madre che passa ad una seconda, non goda una seconda unione della donazione antenuziale

Digitized by Google

existet filii, fruatur; sed hoc filiorum sit solum lucrum, eis a lege datum, et non videatur esse pars hereditatis filii: sed adhuc antenuptialis donationis non abiiciens naturam. Quae competit tenere etiam circa eas, quae nunc iam sunt viduatae mulieres et proprîis successerunt filiis: et quae nondum ad secundas veniunt nuptias, licet postea veniant. Quod igitur hic habetur, sic omni tempore sanciatur.

Cap. IV.

De administratione donationis propter nuptias si mulier ad secundas nuptias transierit.

Aliud vero quiddam occasione secundo nubentium mulierum et antenuptialis donationis, adiicere prioribus, bene se habere credidimus. *Priscis namque constitutionibus praebentibus electionem mulieri quae ad secunda vota descendit, si vellet accipere ante nuptias donationem, secundum quod ei permittunt pacta et exponere filiis cautionem. Quia moriens haec restitueret: sive cum non valet dare cautionem, aut nollet forte, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis, solverent autem ei etiam* tertiam partem *centesimae usurae.*: Nos ex quaestionum emergentium varietate moti, quoniam invenimus minores in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecuniis existente: et alios aurum quidem non habentes, coactos autem omnia paterna vendere, quatenus exsolveretur antenuptialis donationis debitum, ad eos utique secundum legem antenuptiali donatione veniente: propterea iudicavimus oportere hunc dari ordinem causae; Ut si quis contulerit res secundum antenuptialem donationem, si quidem omnes immobiles sint, maneat harum usus apud matrem: et ipsa eum colligat, et non respuat: neque exigat filius pro harum aestimatione usuras: sed et diligentiam earum habeat, sicut lex iubet, usu quidem existentibus dominis, et custodiat eas secundum leges antiquas filiis superstitibus: aut si omnes moriantur, secundum nostram legem, in casum quidem non existentium filiorum matri: reliquum vero filiorum haeredibus conservandum. +. Si autem omnis forte consistat in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio, tertiam usurarum partem percipientem matrem cum cautione iam definita; non exigere a filiis aurum: nisi forte idonea sit viri substantia, et habeat aurum et argentum et vestem, et quicquid conscriptum fuerit matri, tunc enim electionem matri dabimus, sive voluerit res percipere, et praebere cautionem: sive iustam quam diximus usuram accipere, et secundum priores leges, et secundum nostram. +. Si vero permixtae sint res, et donatio ante nuptias aliud quidem in pecuniis, aliud vero in immobilibus habeat rebus immobilia quidem modis omnibus manere apud matrem, ut alimentum habeat inde: porro de mobilibus haec valere quae sancivimus prius, si essent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis consistentia.

nella parte per cui succede ai figli; tal donazione antenuziale sia lucro de' soli figli loro dato dalla legge, e non potrà considerarsi come parte dell' eredità del figlio, non perdendo essa mai la sua qualità di donazione antenuziale. Queste disposizioni riguarderanno tanto quelle donne che già restarono vedove e successero ai loro figli, quanto quelle che ancora non passarono a seconde nozze, ma passeranno in futuro; e così in ogni tempo dovrà essere come disposto quanto qui si contiene.

Capo IV.

Dell'amministrazione della donazione a causa di nozze se la donna passerà a seconde nozze.

Crediamo star bene la seguente aggiunta a ciò che abbiam detto per le donne che passano a nuove nozze e per la donazione antenuziale, mossi a farla dalla varietà delle insorte quistioni. Imperocchè le antiche costituzioni permettono alla donna che passava a seconde nozze la scelta o di ricevere la donazione antenuziale, giusta il tenore dei patti, dando cauzione ai figli di restituirla ad essi in morte, ovvero, non potendo o non volendo dar cauzione, di lasciare in mano dei figli la donazione antenuziale e di ricevere da essi l' interesse del quattro per cento. Avvertimmo in ciò il rischio in cui erano i minori allorchè la donazione antenuziale consistendo in danaro, e, non avendo essi tale somma, erano costretti a vendere il loro asse paterno onde pagare quella donazione antenuziale che per legge ad essi spettava. Laonde abbiam deciso di fare i seguenti ordinamenti. Cosicchè se taluno abbia conferito le cose per la donazione antenuziale, ed esse sono tutte immobili, l'uso delle medesime resterà presso la madre, la quale dovrà raccogliere e non abbandonare il figlio; questi poi non potrà esigere gl' interessi dietro la stima fatta. La madre dovrà conservare queste cose e godere dell' uso, fino a che vivono i figli proprietarii delle medesime; se poi morissero tutti i figli, esse spetteranno alla madre per ciò che dee percepire per la non esistenza dei figli ed il restante apparterrà agli eredi degli stessi figli. Che se la donazione antenuziale consistesse in danaro od in altre cose mobili, la madre percepirà la terza parte degl'interessi dando la anzidetta cauzione, ma non esigerà danaro dai figli, qualora per altro nella sostanza paterna non entrasse oro, argento e vesti e tutto quello di cui dee godere la madre; imperocchè in tal caso essa avrà la scelta o di ricevere le cose dando cauzione, ovvero di ricevere il detto interesse giusta le antiche leggi e la nostra. Se poi la donazione antenuziale consiste parte in danaro e parte in cose mobili, le immobili resteranno presso la madre onde essere alimentata e per le mobili avrà luogo ciò che sopra abbiamo stabilito riguardo al caso in cui la donazione antenuziale consistesse tutta in cose mobili.

Digitized by Google

CAP. V.

De dote scripta et non numerata vel praestita.

Illud quoque dudum acerbe quidem sancitum, raro autem in iudicio examinatum, existimamus oportere clara lege complecti, et tradere usui, et deducere ad iudicia, pro communi positum adiutorio. Si enim coniungantur aliqui alterutris cum dotis et antenuptialis donationis documentis; deinde vir quidem antenuptialem praebeat donationem, mulier autem scribat dotem, aut ipsa praebente eam, aut dante patre, aut quolibet extraneo: postea appareat matrimonii tempore dos non data marito, sed sustineat onera matrimonii, et matrimonium morte viri solvatur: non est iustum omnino mulierem dotem non dantem marito, *antenuptialem* accipere donationem. Sin autem etiam non totam dedit dotem: et ipsa pro tanto exigat donationem, et in quantum dederit dotem, aequalitatis enim et iustitiae sumus amatores, quam in omnibus aliis et in consortiis volumus obtinere. Quapropter *quae mulier nil omnino dat, nil omnino percipiat, quae vero minus quam professa est dedit, tantum recipiat solum quantum obtulit*, sitque etiam hoc optimum in praesenti lege incrementum, plurima decernente, quae semper in dubitatione sunt, vix autem modo ad legislationem deductam. +. Hanc autem valere volumus legem et in casu dante ei principium, et in pendentibus litibus et in omnibus de caetero provenientibus.

EPILOGUS.

+. Quae igitur placuerunt nobis, tua sublimitas operi effectuique contradere festinet, et manifesta universis per programmata propria faciat, quatenus in omnibus civitatibus, quas nostra ditio continet, haec valeant, et certa omnibus fiant, secundum quod a nobis dispositum est.

TIT. IV.

De fideiussoribus et mandatoribus, sponsoribus, et solutionibus.

NOVELLA CONSTIT. IV.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. praefect. sacrorum praet.

PRAEFATIO

Legem antiquam positam quidem olim, usu vero nescimus quemadmodum non approbatam, per causas autem semper exquisitas atque necessarias apparentem, rursus revocare, et ad rempub. reducere,

CAP. V.

Della dote promessa e non numerata, o data.

Ci avvisiamo ancora che ciò che immaturamente e da qualche tempo venne dalle leggi prescritto e poco esaminato in giudizio, debba essere posto in chiaro colla presente legge, reso praticabile in modo che facilmente possansi fare le giudiziali decisioni pel comune vantaggio. Nel caso che due persone si uniscano in matrimonio e facciano documenti di dote e di donazione antenuziale, se la donna scrive la dote da darsi da essa stessa o dal padre o da un estraneo, e poscia al tempo del matrimonio si chiarisca di non essersi data la dote al marito, il quale sostenga i pesi del matrimonio e poscia muoia, per cui il matrimonio venga a sciogliersi, non è giusto che la donna, la quale non diede al marito la dote riceva la donazione antenuziale. Se poi essa diede soltanto una parte della dote, ed essa non potrà esigere la donazione che nella proporzione della parte data della dote; imperocchè noi vogliamo che anche nei matrimonii abbia luogo quella uguaglianza e quella giustizia che noi esigiamo in qualsiasi altro caso. Per la qual cosa la donna che niente dà, niente dee ricevere, e quella che diede meno di quello che promise, non dee ricevere che in proporzione di ciò che diede; in tal modo sarà perfezionata la legge con prescrizioni atte a togliere i dubbii che insorgevano perchè tali casi erano appena toccati dalla passata legislazione. Le disposizioni di questa legge avranno vigore sì pel caso che diede origine alla medesima, come per tutti quelli che sono pendenti e che in avvenire potessero insorgere.

EPILOGO.

Dunque l'altezza tua porrà in esecuzione e pubblicherà mediante i suoi programmi le nostre novelle disposizioni affinchè esse siano poste in esecuzione in tutte le città soggette al nostro impero, e tutti siano informati delle medesime.

TITOLO IV.

Dei fideiussori, dei mandanti, di quelli che promisero per altri, e dei pagamenti.

NOVELLA COSTITUZIONE IV.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto degl'imperiali pretorii.

PREFAZIONE.

Il richiamare in vigore un' antica legge già promulgata, ma non si fa perchè non posta in pratica, quantunque avesse importanti prescrizioni, noi ci avvisammo essere ciò conveniente. Noi la riprodu-

Digitized by Google

bene se habere putavimus, non simpliciter eam, sicut iacebat, ponentes: (erat enim quaedam eius pars omnino non discreta) sed cum petenti et deo placito distribuentes augmento.

Cap. I.

Ut creditores primo loco conveniant principalem.

Si quis igitur crediderit, et fideiussorem aut mandatorem aut sponsorem acceperit: is non primum adversus mandatorem, aut fideiussorem aut sponsorem accedat neque negligens debitoris intercessoribus molestus sit: sed veniat primum ad eum qui aurum accepit debitumque contraxit: et si quidem inde receperit, ab aliis abstineat; quid enim ei in extraneis erit, à debitore completo: Si vero non valuerit a debitore recipere aut in partem, aut in totum: secundum quod ab eo non potuerit recipere, secundum hoc ad fideiussorem, aut sponsorem, aut mandatorem veniat, et ab illo quod reliquum est, sumat: et si quidem praesentes ei consistant ambo, et principalis et intercessor, et aut mandator aut sponsor: hoc omni servetur modo. †. Si vero intercessor, aut mandator, aut qui sponsioni se subiecerit, adsit: principalem vero abesse contigerit, acerbum est, creditorem mittere alio, cum possit mox intercessorem, aut mandatorem, aut sponsorem exigere. †. Sed et hoc quidem curandum est a nobis possibili modo: non enim erat quoddam hic antiquae legi datum pro sanatione remedium: quamvis Papinianus maximus fuerit, qui hoc primitus introduxit. Probet igitur intercessorem, aut sponsorem, aut mandatorem: et causae praesidens iudex det tempus intercessori (idem est dicere, sponsori, et mandatori) volenti principalem deducere: quatenus ille prius sustineat conventionem: et sic ipse in ultimum subsidium servetur: sitque solatio intercessori, (aut sponsori et mandatori) in hoc quoque iudex: fideiussoribus enim et talibus prodesse sancitum est, ut illo deducto, interim conventione liberentur, qui pro eo in molestia fuerunt. Si vero tempus in hoc indultum excesserit, (convenit namque etiam tempus definire iudicantem) tunc fideiussor, aut mandator aut sponsor exequatur litem, et debitum exigatur contra eum pro quo fideiussit, aut pro quo mandatum scripsit, aut sponsionem suscepit: a creditoribus actionis sibi cessis.

Cap. II.

Alterum thema prioris capitis ut res apud alium constitutae non possint vindicari, priusquam personalis actio exerceatur.

Sed neque ad res debitorum, quae ab aliis detinentur, veniat prius, antequam transeat viam super per-

Capo I.

Che i creditori si dirigano prima contro del debitore principale.

Dunque se uno diede a prestito, e ricevette fideiussore o mandatore o promissore, non potrà agire prima contra il mandatore, od il fideiussore od il promissore, e trascurando il debitore principale molestare gl' intervenuti per esso, ma dovrà prima convenire quello che ricevette il danaro e contrasse il debito. Se da questo debitore verrà restituita qualche cosa non potrà agire contra gl' intervenuti per esso, imperocchè quale azione rimane contra gl' intervenuti se il debitore principale pagò? Se poi non potè in tutto od in parte riceverè dal debitore ciò ch' è dovuto, egli potrà convenire il fideiussore, il promissore od il mandatore per ciò che non potè ottenere dallo stesso debitore e quindi da quell'intervenuto potrà ricevere ciò che gli è dovuto; se poi sono presenti il principale debitore, l' intervenuto per lui, il fideiussore od il mandatore o promissore, a queste disposizioni si stia in ogni modo. Se è presente l' intervenuto, il mandatore, ovvero quegli che si assunse l' obbligo pel debitore principale ed il debitore principale sia assente, sarebbe incomoda cosa che il creditore dovesse convenire quest' ultimo potendo escutere l' intervenuto, il mandatore od il promissore. Quest' è l' oggetto delle nostre prescrizioni, imperocchè le antiche leggi non avevano provveduto a questo caso, sendo stato il grande Papiniano il primo che si facesse ad introdurre ciò. Adunque il creditore escuta l' intervenuto, il promissore od il mandatore ed il giudice che presiede alla causa conceda all'intervenuto, come pure al promissore ed al mandatore il termine necessario se vuole convenire il debitore principale, restando in tal caso il fideiussore obbligato sussidiariamente; di modo che l' intervenuto, il promissore od il mandatore sarà liberato dalla convenzione, qualora il debitor principale sia convenuto in giudizio. Trascorso però il termine concesso dal giudice (il quale lo dee determinare), il fideiussore, il mandatore od il promissore dovrà sostenere la lite e pagare il debito, salvo a questi il regresso contra il debitore principale.

Capo II.

Altro argomento dell' antecedente capitolo, che cioè le cose esistenti presso una terza persona non si possano rivendicare prima che non si eserciti l' azione personale.

Ma il creditore non si diriga sopra le cose che sono detenute da una terza persona prima che egli abbia

Digitized by Google

sonalibus contra mandatores, et fideiussores, et sponsores: sicque ad res veniens principalis debitoris, sive ab alio detineantur, et detinentes eas conveniens, si neque inde habuerit satisfactionem: tunc veniat adversus res fideiussorum, et mandatorum, et sponsorum: idem enim est dicere: vel si quosdam habuerint homines ipsis sibimet obligatos, et qui hypothecariis actionibus sibi teneri possint. +. Contra principales tamen et existentes apud eos res (sive personalibus, sive hypothecariis mox, sive ambabus, uti voluerit, omnem ei damus licentiam, quae dudum a nobis data est, et viam et ordinem in aliis personis casibusque sancimus. +. Et non solum hoc in creditoribus dicimus: sed etiam si quis emerit aliquid ab aliquo, deinde acceperit eum, quem vocant confirmatorem, et moveatur in aliquo venditionis conventio contra venditorem facta: non adversus confirmatorem mox emptor accedat, neque tenentem aliquid rerum venditoris, sed adversus venditorem prius, et sic ad confirmatorem, et tertio loco contra detentorem. +. Eadem etiam hic existente divisione super praesentibus, et absentibus, quam dudum in fideiussoribus et mandatoribus et sponsoribus ac creditoribus causa debitorum sancivimus. +. Similiter obtinente etiam in aliis contractibus in quibus fideiussores aliqui, aut mandatores, aut sponsores accipiuntur: et in ipsis principalibus ex utroque latere, et in heredibus eorum, et successoribus, antiqua, si quidem lex haec valeat rursus, et cum huiusmodi iustitia atque divisione nostros subiectos foveat.

esercitato l' azione personale contra i mandatori, fideiussori e promissori. Se poi non resta soddisfatto del suo credito colle cose del debitore principale, tanto detenute da esso stesso, quanto da un altro, dopo di aver convenuto i detentori, egli potrà venire contra le cose dei fideiussori, dei mandatori e dei promettenti, e ciò che vale lo stesso, parimenti contra i loro obbligati e debitori ipotecarii. Contra i debitori principali poi e contra i loro beni (tanto se il creditore vuole esercitare l' azione personale od ipotecaria, ovvero ambedue), gli diamo ogni facoltà già indicata, e si osserverà l'ordine prescritto trattandosi di altre persone. Queste prescrizioni non si applicheranno già ai soli creditori, ma eziandio al caso in cui taluno abbia comperato da un altro qualche cosa ed abbia ricevuto un confermatore (cioè secondo autore) e voglia promuovere azioni contra lo stesso venditore. Il compratore quindi dovrà prima convenire il venditore, non già il detentore della cosa venduta, poscia il venditore, come pure il confermatore ed in terzo luogo il detentore. Riguardo poi all' assenza del compratore del detentore e del confermatore, si osserveranno le regole indicate pei fideiussori, mandatori, promissori e loro debitori. Similmente, e così si regoli circa quei contratti nei quali intervengono fideiussori, mandatori, o promissori, e circa i principali obbligati da ambedue le parti, loro eredi e successori, avrà luogo l' antica legge che favorisce ugualmente i nostri sudditi.

Cap. III.

De solutionibus. Ut debitore aurum aut pecuniam numeratam non habente, addicantur creditori res eius.

Quod autem de caetero umanis auxiliatur curis: licet quibusdam creditoribus non forte sit gratum, a nobis tamen propter clementiam sancitur. Si quis enim mutuaverit aurum, debitoris substantiae credens: at ille ad restitutionem auri non sit idoneus, substantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat, aurum omnimodo quaerens: illi vero non sit facile, neque ulla mobilis substantia: damus enim creditori licentiam volenti immobiles res accipere pro auro, sed si nec quispiam emptor immobilium eius rerum adsit, creditore frequenter etiam divulgante quoniam subiaceant debitoris res, et ob hoc terrente adire volentes emptionem, tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimae nostrae reipubl. iudices secundum unicuique concessam a lege et a nobis iurisdictionem: in provinciis autem gentium praesides praeparent subtili aestimatione facta rerum debitoris, dari secundum quantitatem debiti possessionem immobilem creditoribus, cum tali cautela, cum qua debitor possit. Rerum vero datio sit huiusmodi: quae-

Capo III.

De' pagamenti. Qualora il debitore non avesse danaro contante, debbono essere aggiudicati al creditore i di lui beni.

Quello che ora noi disponiamo a vantaggio generale, benchè non riesca gradito ad alcuni creditori, pure da noi disposto viene in vista della clemenza che dobbiamo esercitare. Se taluno diede a prestito danaro, affidato alle idoneità del patrimonio del suo debitore e se quest'ultimo non ha danaro, nè cose immobili onde pagarlo, ma ha bensì sostanze immobili e cerchi invano danaro; il creditore avrà la facoltà di ricevere cose immobili in vece di danaro. Se poi non si trova alcun compratore di queste cose immobili ancorchè il creditore ne pubblichi la vendita sendo dette cose obbligate al creditore e perciò non trovandosi alcuno che ne voglia fare l' acquisto, i giudici di questa felicissima città della gloriosa nostra repubblica, giusta la giurisdizione ad essi delegata, e nelle provincie i presidi, aggiudicheranno una parte dei beni immobili corrispondente al debito dietro esatta stima colla cauzione che può dare il debitore. L'aggiudicazione delle cose mobili dovrà farsi nel seguente modo: le cose migliori dovranno darsi

Digitized by Google

cunque quidem meliora sunt, dentur creditori: quae vero deteriora, apud debitorem, post debiti solutionem manere sinantur: etenim non erit iustum dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, sed coactum suscipere possessionem immobilem non saltem meliora rerum debitoris percipere: et per hoc habere consolationem, quia si aurum non recipit, aut alia rerum, quae portari possunt, tamen licet ei possessionem non inutilem habere: sed hoc quidem fit clementia quadam legis. Agnoscant autem creditores, quia etsi hanc non scripsissemus legem, necessitatis ratio ad hoc causam perduceret. Si enim non sit idoneus pecuniarum debitor, nec ullus emptor sit: nihil aliud facturus erat quam propriis bonis cedere, et rursus res ad creditorem merito venirent, aurum percipere non valentem: quamobrem quod cum iniuria et affectu acerbo perduceret creditorem et debitorem, hoc nos clementer simul et legaliter decidentes, et infelicibus debitoribus auxiliamur et acerbis creditoribus non apparebimus duri, causam eis deputantes ad quam si permanerent inobedientes, tamen modis omnibus advenirent. Si itaque creditor paratus est praeparare quendam emptorem: necessitatem habere debitorem hoc agere, praebentem huiusmodi cautionem arbitrio iudicantis, qualem omnimodo est dare possibile: undique enim ita creditoribus providendum est, ut non debitores graventur.

§. 1. Et absolute creditorem ponimus, antiquas sequentes leges, omnem qui actionem habere contra aliquem potest, licet non sit mutuum gestum, sed alter quidem contractus consistat: argentariorum quippe sponsionibus propter utilitatem contrahentium in ordine moderno durantibus.

EPILOGUS.

+ Quae igitur a nobis pro cautela subiectorum sancita sunt, cognoscens tua eminentia, solemnibus programmatibus ei hic et in omni ditione fieri manifesta procuret: ut etiam inter gentes agnoscant subiecti, quanta fuerit nobis pro illorum utilitate providentia. Dat. ante diem XVII. Kal. April. Indict. XIII. Consulatu Flavii Belisarii V. Claris. 539.

al creditore e le peggiori dovranno restare presso il creditore dopo soddisfatto il debito; imperocchè non è giusto che quegli il quale diede danaro e che non può essere pagato in danaro sia costretto a ricevere la cosa immobile contra sua voglia non solo, ma eziandio la peggiore. Il creditore che non riceve danaro sarà in parte compensato col ricevere, se non cose mobili, almeno cose di un possesso non inutile. Ammettano poi essi creditori che se anche noi non avessimo fatta questa legge, la ragione di necessità li condurrebbe a tal provvidenza. Imperocché se il debitore non è idoneo e non si trova alcun compratore, non resta a farsi che la cessione dei beni e ad investire il creditore dei beni qualora non possa ricever danaro sonante. In tal modo ciò che dapprima era dannoso ed al creditore ed al debitore viene da noi riformato con clemenza e legalità; si viene in soccorso degl' infelici debitori senza ledere l' interesse degl' inesorabili creditori, i quali se non volessero adattarsi al mezzo da noi esibito, lo dovrebbero in avvenire. Pertanto se il creditore è disposto a porre in vendita i beni del debitore, questi sarà obbligato a ciò fare dando la possibile garanzia ad arbitrio del giudice. In tal modo sarà provveduto ai creditori ed i debitori possibilmente meno gravati.

§. 1. Per creditore poi intendiamo (seguendo le antiche leggi) qualunque persona, che abbia un'azione contro di un altro, benchè non avesse dato a prestito, ma fosse intervenuto tra essi un altro contratto. Dovranno poi restare in vigore le prescrizioni fino ad ora osservate riguardo alle promissioni dei banchieri e ciò in vista dell' utilità dei contraenti.

EPILOGO.

Dunque la tua eminenza, venuta in cognizione di ciò che da noi fu sanzionato per la garanzia de' nostri sudditi, lo farà manifesto con programmi formali in tutta la sua giurisdizione affinchè ognuno venga a conoscere le provvidenze da noi fatte per l'utilità dei nostri sudditi. Data prima del giorno 16 marzo, correndo la indizione decima terza, sotto il consolato di Flavio Belisario, uomo illustrissimo, anno 539.

Digitized by Google

TIT. VI.

Quomodo oporteat episcopos et reliquos clericos ad ordinationem adduci et de expensis ecclesiarum.

NOVELLA CONSTIT. VI.

Imp. Justin. August. Epiphanio Archiepiscopo et Patriarchae Constantinopolitano.

PRAEFATIO

Maxima quidem in hominibus sunt dona Dei a superna collata clementia, *sacerdotium et imperium*: et illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis praesidens ac diligentiam exhibens: ex uno eodemque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas: cum utique et pro illis ipsi semper Deo supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique, et apud Deum fiducia plenum: imperium autem recte et competenter exornet traditam rempublicam, erit consonantia quaedam bona, omne quicquid utile est humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera Dei dogmata, et circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima bonis bona dabuntur a Deo, et ea quae sunt, firma habebimus, et quae nondum hactenus venerunt, acquiremus. †. *Bene autem universa geruntur et competenter, si rei principium fiat decens et amabile Deo.* Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam iusti et laudandi et adorandi inspectores et ministri Dei verbi tradiderunt apostoli, et sancti patres custodierunt et explanaverunt.

CAP. I.

De episcopi ordinandi moribus, vita, honestate, et fortuna.

Sancimus igitur sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequenti omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius eius vitam secundum sanctum Apostolum, si honesta et inculpabilis, et undique irreprehensibilis sit, et in bonis testimonium habeat, et sacerdotem decens.

§. 1. Et neque ex officiali aut ex curiali veniat fortuna: nisi tamen ex novella aetate (secundum quod iam dispositum est) in monasterio constitutus fortuna liberetur: quartam tamen prius substantiae reddens curiae.

§. 2. Neque enim idiota, ex iis qui vocantur laici existens, ita mox ad episcopatum ascendat: nec ima-

TITOLO VI.

Come debba essere condotta l'ordinazione dei vescovi e dei chierici, e delle spese delle chiese.

NOVELLA COSTITUZIONE VI.

L' Imperatore Giustiniano Augusto ad Epifanio arcivescovo e patriarca di Costantinopoli.

PREFAZIONE

Sono doni assai grandi che Dio fece agli uomini per sua clemenza, il sacerdozio cioè, e l'impero; il primo amministra le cose sacre, il secondo presiede alle cose umane e di esse ha cura; e derivando entrambi da un solo e medesimo principio, fanno bella la vita dell'uomo. Pertanto niun' altra cosa agl' Imperatori potrà stare a cuore quanto l'onestà dei sacerdoti, sendo essi che pegl' imperatori innalzano preci a Dio. E diffatti se da ambe le parti non havvi colpa, ma anzi piena fiducia in Dio, l'impero sarà retto debitamente e con giustizia, ne deriveranno i beni e tutto ciò che potesse essere utile per l'uman genere. Noi dunque abbiamo gran cura de' veri precetti di Dio e dell'onestà dei sacerdoti, credendo noi che qualora essi siano di questa forniti, Dio ci concederà sommi beni col loro mezzo, acquisteranno stabilità le cose presenti e ci sarà dato di conseguire ciò che ancora non abbiamo. Tutto va a dovere se le cose hanno buon principio e gradito a Dio. Siam certi che ciò sarà per avverarsi qualora si osservino le regole della religione trasmesseci dai giusti, adorabili apostoli, ministri di Dio, custodite ed illustrate dai santi Padri.

CAPO I.

Dei costumi, della vita, onestà e condizione del vescovo da ordinarsi.

Prescriviamo quindi che giusta le regole, qualora trattisi dell'ordinazione di un vescovo, si debba prima esaminare se la di lui vita è apostolica, onesta, scevra di colpa, irreprensibile, attestata buona, e qual dev'essere quella di un sacerdote.

§. 1. Egli non dev'essere nè di condizione inserviente ad officine, nè curiale, qualora per altro egli nella sua prima età (come abbiamo sopra disposto) non si fosse dato alla vita monastica, per cui si fosse liberato da tale condizione. Egli dovrà però prima dare alla curia la quarta parte del suo patrimonio.

§. 1. Perchè un idiota del numero di quelli che chiamansi laici non potrà di botto ascendere al ve-

Digitized by Google

ginariam suscipiat ordinationem: tanquam modo quidem idiota, mox autem clericus deinde parvum aliquod tempus praeteriens, episcopus appareat.

§. 3. Et neque uxori (alii) copulatus: sed aut in virginitate degens a principio, aut uxorem quidem habens, ex virginitate autem ad eum venientem, et non viduam neque seiunctam a viro, neque concubinam.

§. 4. Neque filios aut nepotes habens neque cognitos legi, neque illi odibiles: alioqui qui praeter hoc aliquid agit: et ipse cadet sacerdotio: et qui eum ordinat, fortis episcopatum sectabitur, hanc legem ostendens.

§. 5. Sed neque pecuniis oportere emere sacerdotium ei permittimus: solum vero eum respicere Domini Dei culturam volumus; et non plurimis humanis cogitationibus distrahi.

§. 6. Sed neque ineruditus existens sacrorum dogmatum, ad episcopatum accedat.

§. 7. Prius autem aut monachicam vitam professus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohaerens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super Deo amabilibus episcopis quaerimus: sicut etiam prius duabus nostris constitutionibus hoc sancitum est: per quas dudum cohaerentes uxoribus, non perscrutamur, omne praeteritum relinquentes, de caetero autem nulli permittentes a positione legis uxorem habenti, talem imponi ordinationem: quam legem etiam nunc renovamus: ne forte, si praeter hoc aliquid fiat: et ipse cadat sacerdotio et ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus, aut ex monachis aut ex clericis sit, etiam in huiusmodi vita testimonii boni, vita bonus et honestus, et gloria fruens bona: et hoc fundamentum pontificatus deponens suae animae.

§. 8. Sed etiam sic eum constitutum, et ad episcopatum praeparatum, competens est venerabiles et undique probatas lege regulas ante ordinationem, quas recta et inviolata nostra suscipit fides, et catholica Dei apostolicaque disposuit et tradidit ecclesia: et dum ex frequenti earum lectione transierit qui ad ordinationem deducitur, tunc is qui ordinationem impositurus est, interroget eum si sufficiens est custodire et agere quae sacrae regulae sancierunt. Et si quidem ille declaraverit et dixerit praecepta sacrarum regularum non se valere servare: nullo modo ei ordinationem imponi: si vero susceperit, et dixerit, quia quantum homini est possibile, complebit haec quae his continentur, tunc monere eum, et dicere, quia nisi haec observaverit, et a Deo alienus erit, et cadet a iam dato honore: et neque civiles leges delictum inultum relinquent: eo quod a praecedentibus nos imperatoribus, et a nobis ipsis recte dictum est, oportere sacras regulas pro legibus valere: et si etiam sic permanserit causam amplectens: tunc super his professionibus unumquemque sacram suscipere episcopatus ordinationem.

scovado; ma da idiota dovrà essere fatto chierico, poscia, scorso un tratto di tempo, potrà essere fatto vescovo.

§. 3. Non dovrà essere unito ad una seconda moglie, ma o da principio vergine, o avendo moglie che dalla verginità a lui siasi unita, non già vedova, nè separata dal marito o concubina.

§. 4. Non dovrà avere nè figli nè nipoti, o riconosciuti dalla legge, o da questa riprovati, e quegli che avendone fosse ordinato vescovo, ne sarà destituito, e quegli che lo ordinò sarà allontanato dalla giurisdizione episcopale, offendendo egli la legge.

§. 5. Non gli permettiamo, che possa comperare con danaro il sacerdozio, ma vogliamo che abbia in mira soltanto il culto di Dio e non aver luogo alcun pensiero umano.

§. 6 Neppure quegli che non è addottrinato dai sacri dommi, potrà essere vescovo.

§. 7. Quegli che ha moglie o nipoti, prima di essere eletto vescovo dovrà essere separato dalla stessa ed aver professato la vita monastica, o essere stato chierico almeno per sei mesi. Vogliamo questo requisito nei vescovi a Dio diletti, come è stato stabilito da due nostre costituzioni riguardo agli ammogliati. Noi non guardiamo il passato, ma per l'avvenire, dalla promulgazione di questa legge, prescriviamo che il vescovo non abbia moglie. In caso che si contravvenisse a questa legge, l'ordinato sarà destituito dal sacerdozio come pure quello che l'ordinò. Quindi si dovrà ordinare vescovo od un monaco od un chierico che sia di conosciuta onestà di vita e di buona fama, dovendo sopra ciò basarsi il pontificato.

§. 8. Ma anche uno dotato di questi requisiti e preparato ad essere vescovo, conviene che prima dell'ordinazione legga le venerabili regole le quali insegnò, e fece la nostra fede e dalla cattolica ed apostolica Chiesa: dopo la quale replicata lettura, quegli che lo ordina dee interrogarlo s'egli si sente atto ad eseguirle. Se l'ordinando dichiara che egli non si sente atto ad eseguire tali precetti, non potrà in alcun modo essergli imposta l'ordinazione; se poi dirà ch'egli, per quanto è umanamente possibile, le osserverà, in allora lo si dovrà avvertire, che se egli non le osserverà si allontanerà da Dio e sarà destituito dalla dignità episcopale, ed inoltre che neppure le leggi civili lasceranno tal delitto senza la competente pena; poichè sì i nostri predecessori, quanto noi stessi abbiamo comandato che si osservino le sacre regole. Se quindi egli prometterà di eseguire tutto ciò, in allora potrà essere ordinato vescovo.

Digitized by Google

§. 9. Et hanc non pecuniis emere, neque per rerum aliquarum donationem suscipere, sed puram percipere, et sine mercede, et tanquam a Deo datam. Nam si etiam alia omnia habeat utilia quae prius a nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatum etiam emisse, sciat se et ab episcopatu casurum, et hoc munus retributurum ordinanti: ut ille episcopatum amittat, et a clero cadat: et utrique causa talem praestet retributionem, ut et hic quidem non adipiscatur quae sperabat, ille autem etiam quae habebat, amittat: veruntamen pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis, sanctissimae assignandis ecclesiae, sive episcopus sit accipiens, et propterea a sacerdotio cadens, sive etiam quilibet alius in clero constitutorum; nam et illi aequam imponimus poenam: ut ab ordine quem inter sacerdotes habuerit, cadat, et reddat aurum, aut res quae ordinationis occasione datae sunt, iniuriam passae quantum ad ipsum ecclesiae. Si quis autem extraneorum sit, et non in clero constitutus, qui aurum aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit: et maxime si administrationem aliquam gerat, habebit quidem ipse a Deo poenam, et succedent ei de coelo supplicia, verumtamen etiam illud quod datum est totum ablatum ab eo, sanctissimae ecclesiae omnibus reddatur modis in duplum. Insuper etiam si quam administrationem habet, ea cadat, et perpetuo exilio condemnetur. Illud quoque sciat aperte qui pecuniis aut rebus aliis emerit praesulatum: quia si prius diaconus aut presbiter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium veniat: non solum cadat episcopatu, sed nec prior ei relinquetur ordo, presbyterii forsitan, aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud, utpote decentia indigne concupiscens: et omni sacerdotali excludetur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tempore eum qui imponit eam illi, coram omni fideli populo sanctissimae ecclesiae haec omnia praedicere, ut agnoscens eum omnia quae prius dicta sunt a nobis habere, ad sacram eum deducat ordinationem, ut etiam ille coram omnibus haec audiens, non solum habeat Dei timorem, sed etiam coram omnibus denuntiationem, et professionem erubescat.

§. 10. Si quis autem talis quidem esse putetur, et ad episcopatus ordinationem transeat, contradicat autem aliquis atque dicat *conscium se esse alicuius illicitorum eius*: non prius mereatur episcopatus ordinationem quam examinatio querimoniarum fiat, et appareat undique innoxius. Quod si etiam post huiusmodi contradictionem, non passus is qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi causae, currat ad ordinationem: sciat, quod ab eo fit, pro nihilo esse, sed et is qui contra legem facit, cadat sacerdotio: et qui sine probatione imponit ordinationem, et ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali, reus autem erit Deo, qui praecipue omnium quaerit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator aut in ipso principio,

§. 1. Igitur quoniam antiquis Romanis vehementer Praetoris placuit nomen, propterea existimavimus eos Praetores plebeios oportere nominare, qui ad custodiam et disciplinam constituti sunt, et plebeiam possunt compescere seditionem, et sicut caeteri praetores sunt in curia Senatus, libertatum et tutorum et talium praesides, ita sint et isti praetores super populorum rectitudine, et nostra quidem voce plebis Praetores appellentur, Graeca vero ista et communi (lingua) Praetores populorum. Praetoris enim qualiter est honestum nomen, qualiter non longe constitutum a consulatu, qualiter vicinum legi affictum, manifestant leges, consulatui coniungentes praetores, secundum eis cum lege dantes ordinem. Et quemadmodum antiquitus consules fuerunt, qui magnae praeerant curiae, principes autem plebis qui plebem gubernabant, ita et nunc sunt praetores quidem Senatus, qui ea quae pridem a nobis dicta sunt, agunt: principes vero populorum hi, qui quietem eorum defendunt, et quod eis expedit, provident.

§. 2. Revera enim dignitatem hanc olim honestam constitutam et in seniore Roma in usu frequentatam splendide, in temporibus non solum quae Imperatores habuerunt, sed et adhuc longius, et magna civitas hanc suscipiens dignitatem, non despectam habuit. Neque enim veteribus temporibus didicimus aliquas magnas dignitates administratas, quae circa Imperium sunt, et post haec non dignari de hac re sollicitudinem fieri, paulatim [vero] ita res abiecta visa est et nullius rei digna, uti neque ex codicillis nostris (fieret,) iaceret autem sub gloriosissimis praefectis felicissimae huius civitatis, et multa ex ordine eorum ista susciperet dignitas et administraret eam pessime. Etenim si quis inspiciat antiquitatis eius cingulum, vehementer eam qualis pridem erat, et de his, quae nunc sunt, docebitur, cognoscet enim eam, et forum proprium et officium commentariensis habentem, et alia omnia quae pene civitatis cingulo a legibus deputata sunt.

CAP. II.

Quia igitur nos omnia perscrutantes, quae facta sunt pridem, festinamus in meliorem ordinem et antiquam honestatem et huius rei reducere ornamentum, ut non furta ab iis fiant frequentia, et societates cum furibus, et iudicia negligi et sperni, et nullius dignae procedant rationis, propterea existimavimus, quae circa ea sunt, definire. Scimus enim, quoniam si propter pecuniarias lites, in quibus non magnum est periculum, nisi in pecuniis solis, attamen dignitates eas iudicant magnae, et multotiens etiam coniudices dantur, et innumerabiles nobis solicitudines sunt, ut non causae sine iudicio procedant: quomodo non competens est de est de iudicibus, quibus super animabus iudicantium est periculum, omnem ponere providentiam, qualiter alicuius digni efficiantur rationis, ne quando animam perdant hominis nati quidem semel, recipere autem eam dum perdiderit, non valentis?

§. 1. Laonde, piacendo ai Romani sopra le altre la denominazione dei pretori, abbiamo deliberato che questi tali chiaminsi pretori plebei, sendo essi preposti alla custodia ed alla disciplina e potendo essi frenare le sedizioni della plebe, e nello stesso modo che gli altri pretori sono nella curia del senato come presidi delle libertà, dei tutori e simili, così saranno questi pretori del popolo e si chiameranno con voce patria pretori della plebe, e con voce greca e comune pretori del popolo. Il nome di pretore è nome onorato, non molto distante dal consolato, come dichiarano le leggi le quali avvicinano i pretori al consolato giusta le proprie competenze. E nello stesso modo che in antico vi furono consoli i quali presiedevano alla gran curia, e principi della plebe che governavano la plebe, così ora vi saranno pretori del senato che avranno le incumbenze de' primi, e principi del popolo, saranno coloro che difendono il popolo e provvedono a ciò che ad esso abbisogna.

§. 2. E, di vero, questa dignità fu in onore e praticata nell' antica Roma non solamente ai tempi degli imperatori, ma anche prima. Inoltre non si conosce che questa dignità, la quale fu da principio in onore, in avvenire siasi resa vile. E difatti se alcuno considererà quale si fu in antico questa dignità e quale sia stata posteriormente, verrà a conoscere ch'essa ebbe il suo proprio foro ed altre prerogative dalle leggi attribuite alle cariche.

CAPO II.

In vista di tutto ciò ci disponiamo a ridurre allo antico onore ed a miglior ordine tale carica, affinchè non avvenga che a cagione delle estorsioni si sprezzino le persone di questi magistrati. E di fatti se per le cause pecuniarie in cui non è in pericolo che il danaro, sono costituite molte grandi dignità alle quali il più delle volte si dànno assistenti, e nostra somma cura è che tali cause vengano giudicate; come mai non sarà conveniente di fare ogni provvedimento riguardo a quei giudici che pongono in pericolo la vita, bene che non si può riacquistare allorquando una volta è stato perduto?

Digitized by Google

Cap. III.

Primum quidem (igitur) sancimus neminem omnino in praedicta dignitate adesse, priusquam a nobis codicillos administrationis accipiat, et nulla ratione praesumere citra Imperiales codicillos ad curam istam accedere, sed expectare imperium, et exinde conscriptum iudicium. Nos enim nulli praedictam dignitatem trademus, nisi magnificis, illustribus aut spectabilibus comitibus consistorianis, aut clarissimis Tribunis praetorianis et notariis, qui hanc suscipiant dignitatem, aut aliis administrationes agentibus, et apparentibus nobis aptis, et nostro dignis testimonio, quatenus eos praedictam habentes honestatem et honorem defendere, praesertim pro iustitia, propter quod pro animabus est intensio, et multis homicidii consueverunt litibus habitare, et de adulteriis, et invasionibus, et rapinis, et si quid tale est.

§. 1. Oportet ergo talibus criminibus praesidentem, virum esse undique honestum, et irreprehensibilem, et huiusmodi auditorii dignum, et omnis abstinentem furti seu munerum acceptionis, et puras habere manus. Habere autem, et consiliarium probatum unum, etenim neque citra usum consolationis eos relinquemus, sed unicuique eorum tot solidos occasione annonarum annis singulis dabimus, quatenus hi sufficientes his, nulli adquiescant furto aut venalitati.

§. 2. Sed neque per dationem fieri omnino, quemadmodum in quibusdam fiebat temporibus, neque ὠρολεσθαι aurum ulli. In aequali enim crimine efficitur, et qui dat alicui occasione dignitatis, quod si factum fuerit, adquiescens, ut secundum dandum ab eo iusiurandum manifestatur.

Cap. IV.

Didicimus autem eis ad obsequium esse officia maligna: dicimus autem latronum cognitores et veneficiarios et cingulorum incisores et aliam multitudinem, quorum unumquemque competens est, castigare magis, quam taliter vivere. Neque enim latronum cognitor talis est, quomodo, in bonum qui agere, sed in hoc tantummodo cognoscunt fures, ut lucrum sibi et iudicibus suis venentur, quae omnia competens est eos, qui nunc a nobis in praeturam populi transeunt, odisse et aversari, et mundis uti manibus, et resecare omnia quae praecepta sunt, sive de furto, sive de aliis delictis, et civitatem nobis emundare ab his, quae furta operantur, bestiis, et viris industriis uti ad haec ministris, et proprio officio offerri competenter, quatenus timor eos habeat sui indicis, et omnia agant cum vehementia et bona voluntate, et digne iudicio de se, neque multi aliqui fures erunt, et furta celeriter invenientur, et peccantes imminuentur, timentes dignitatem, quoniam nemo comparet pecuniis. Sed et crimina vel si ve-

Capo III.

Prima di tutto prescriviamo che niuno possa entrare in tale dignità senza aver ottenuto l' imperiale diploma. Noi non daremo tal carica se non ai magnifici, illustri e spettabili comiti concistoriani od ai chiarissimi tribuni pretoriani e notai od altre persone che sostengono altre cariche, risguardate da noi come capaci di assumere tale carica, di buona fama, come conviene trattandosi della vita, di omicidii, di adulterii, di invasioni, di rapine e simili delitti.

§. 1. Laonde conviene che quegli il quale presiede a tali delitti sia un uomo onesto ed irreprensibile, degno di tal carica, alieno da estorsioni e dal ricever doni e che abbia pure mani. Egli inoltre dovrà avere un approvato consigliere; i quali consiglieri per loro competenza, avranno per ciascuno tanti solidi quanti bastano affinchè non si diano al furto od alla venalità.

§. 2. Tale carica dovrà essere gratuita a differenza di ciò che facevasi negli antichi tempi. E difatti pari è il delitto di chi dà qualche cosa per ottenere una dignità e di chi non si oppone a ciò che si fa illecitamente, come si scorge dal giuramento che si dee prestare.

Capo IV.

Officio di questi magistrati sarà la persecuzione dei ladri e degli altri delinquenti. Questi magistrati dovranno essere di pure mani e spurgare la città dalle persone delittuose. Faranno cognizione dei delitti di violenza, sederanno i tumulti popolari non facendo alcuna cosa che non sia buona e degna della nostra approvazione.

Digitized by Google

hementissima sint, cognoscent, et populares sedabunt turbas, ita gloriosae huius et regiae Iudici civitatis; sed nobis obsequentes, et omni digni eo honore, tanquam iudices minores a iudice maiore evacuent eius sollicitudines, nihil eligentes agere, quod non est bonorum virorum et imperialis testimonii dignum.

§. 1. Si vero aliquando contigerit (hoc quod non optamus) fieri aliquod in hac civitate incendium, oportet, eos praesentes esse et ministrare: et maximum hoc opus habere: ne fures et subtrahentes infelicissimorum res, eripere et salvare quantum possunt res ab ignis violentia. Etenim si circa hanc dignitatem facti fuerint industrii, maior eos sedes excipiet et honestior dignitas, et cognoscent quantum est, quod cum honestate vivitur, quam hanc contemnere, uti autem multis manibus, et per eas impie agere propter quod nihil horum quae ita congregantur, consuevit manere, sed male colligere et statim deperdere, ut igitur nostros subiectos invitare quidem per hanc aestimavimus oportere occasionem, et solatium eis dare tantum, et homines honoratos ad medium adducere, ut eorum virtutem sentiant subiecti. Habebunt autem spectabiles populorum praetores et consiliarium nostro super eo iudicio, sicut diximus, dignum.

§. 1. Se in questa città scoppiasse un incendio (tolgalo Iddio), essi dovranno esservi presenti e somministrare tutte le cose necessarie all' uopo, affinchè i ladri non sottraggano qualche cosa, e si possa salvare tutto ciò ch' è possibile dalla voracità delle fiamme. Se essi bene diporterannosi in questa loro carica, la loro dignità si accrescerà e conosceranno quanto sia più vantaggioso il vivere onestamente, di quello che valersi della forza che hanno in mano per commettere azioni illecito. Pertanto noi credemmo che per tale riguardo i nostri soggetti dovessero prestare a tali magistrati il competente emolumento dovuto ad onorate persone. Gli spettabili pretori del popolo avranno inoltre un degno consigliere.

Cap. V.

Assistent autem eis et viceni milites et triceni matricarii (quos nunc constituimus) dispositionibus obsequentes eorum, et sicubi ΔΕΟΙ eos, qui indecenter agunt detinentes et competenti ordini tradentes [disciplinam.] Oportet autem eos manifeste scire, quod si mundos semetipsos constituerint, et Dei auxilium habebunt, et nostra placatione non fraudabuntur, et longior eis dignitas erit. Quis enim bene et recte agentem amovere velit?

Capo V.

I pretori del popolo avranno al loro ordine venti miliți e trenta matricarii che ora noi instituiamo, i quali dovranno eseguire gli ordini dei medesimi, ed arrestare le persone malefiche. Conviene inoltre che tali persone sappiano che se esse si diporteranno con onestà, saranno da Dio aiutate, approvate da noi ed in onore. E difatti, chi rimoverà dalla sua carica quello che onestamente si diporta?

Cap. VI.

Sed si transmittatur eis aliquis a iudicio viri clarissimi praefecti huius felicissimae civitatis, quatenus suppliciis subiiciatur, scrupulose inquirant dignitatem, et doceantur in quibus, occidunt hominem, aut auferunt membrum, aut tale aliquid, sciscitantes et ab ipso glorioso praefecto, si et hoc praeviderit, ut cum subtilitate proferant sententiam aut animae aut membri alicuius auferendi a destinato.

§. 1. Quemadmodum enim spectabiles praetores populorum talibus honoravimus donationibus, dignos eos facientes et codicillis a nostra procedentibus manu et annonis et appellatione tanta et aliis quae dicta sunt, ita eos exigimus reddere nobis suam puritatem et in omnibus vigilantiam, et cuncta agere aequali et iusta conscientia et pura manu: Si enim aliquid apparuerint delinquentes, aut furantes, aut furibus adquiescentes, aut non omnibus resecantes modis, et

Capo VI.

Se poi a questi viene consegnato qualcuno, per giudizio del chiarissimo prefetto di questa felicissima città, onde essere sottoposto al supplicio, essi dovranno diligentemente esaminare quale sia la dignità della persona da assoggettarsi al supplicio od alla amputazione di qualche membro, affinchè venga sottoposto al competente supplicio.

§. 1. Noi abbiamo impartito queste facoltà agli spettabili pretori del popolo, li abbiamo resi degni dell'imperiale diploma ed abbiamo ad essi conceduto i detti emolumenti affinchè si conservino sempre puri. Se poi avverrà ch'essi commettano qualche delitto o furto, ovvero permetteranno che altre persone commettano ciò, non opponendovisi, saranno assoggettati all'ultimo supplizio qualora il delitto sia dei più gravi, ovvero saranno espulsi da questa città.

Digitized by Google

dignos quidem morte supplicii subdentes, mediocria vero agentes, expellentes a magna hac civitate ubi nos praeceperimus: sciant quod ipsi pro his reddent rationem non Deo solum, sed et nobis, et rei fient, et omni damno quod subiectis contigerit, et nostrae indignationi, et velociter cum infamia a dignitate repelli nostra: propterea enim et laborem sustinemus expensis magnis adquiescimus, ut non alicui nostrorum subiectorum inferatur aliqua calumnia aut pecuniarum aut animae perditio, et quae talia constituta sunt, sed omnia cum examinatione fiant competenti.

EPILOGUS.

+. Hanc igitur omnes nostram voluntatem per hanc praeceptionem divinam et legem cognoscentes, et quia quod expedit vobis nullatenus derelinquimus, pro nostro orate imperio, sic vos tuente, sic vos proprios existimante, in his quae in unoquoque contigerint, ita paternam in omnibus vobis custodiente providentiam. Proponatur Constantinopolitanis civibus nostris. Dat. x. Kal. Octobr. Constantinop. D. N. Belisario V. C. Ccns. 535.

Sappiano inoltre che dessi dovranno rendere conto a Dio, saranno soggetti alla nostra indignazione, si renderanno rei e responsabili del danno cagionato ai soggetti, e saranno destituiti dalla carica con infamia, poichè noi ci siamo addossati sì grave cura e sì gravi spese, affinchè i nostri soggetti siano protetti sì nelle loro sostanze, come nella loro vita.

EPILOGO

Laonde tutti obbedendo a questa imperiale legge dovrete innalzar voti per la prosperità di questo impero, che padre può dirsi di tutti. Si proponga ai nostri cittadini di Costantinopoli.

Data ai 22 di settembre in Costantinopoli, sotto il consolato di Belisario, anno 535.

TIT. IV.

De Mandatis Principum

Novella Constit. XVII.

Imperator Justinianus August. Triboniano Quaestori sacri nostri Palatii et Exconsuli.

PRAEFATIO LATINA

Ex libris antiquis, qui iura Romani nominis continebant, non ignorat tua sublimitas, quanta *de mandatis principum* legum latores in suo quisque volumine conscripserunt. Quia igitur nobis reparantibus omnem vetustatem iam deperditam ac diminutam, placuit etiam omnibus iudicibus nostris, qui minores vel medias administrationes gerunt sive inter correctores, sive inter Consulares, sive inter Spectabiles ordinentur, non solum codicillos praestare, sed etiam *Mandata* dare, quibus inspectis omnia gubernare laudabiliter possint: ideo librum *Mandatorum* composuimus, qui subter per utramque linguam annexus est: ut detur administratoribus nostris secundum locorum qualitatem, in quibus Romana vel Graeca lingua frequentatur, scire eorum sanctionem: ut nihil ex his audeant praeterire, sed saluberrimas dispositiones nostras observantes, in perpetuum nostras provincias, nostroque imperio subiectos gubernare festinent. +. Illustris igitur auctoritas tua, ad quam quaestoria pertinet censura, eadem mandata et in libris legum transcribi, et in sacro laterculo deponi praecipiat: quatenus ex his una cum codicillis suscipiendis, administratores, quemadmodum possint reipubblicae subvenire, non ignorent. Dat. xvi. Kal. Maii, post consulatum Belisarii V. C. Cons.

TITOLO IV.

Dei mandati dei principi.

Novella Costituzione XVII.

L' Imperatore Giustiniano Augusto a Triboniano questore del nostro sacro palazzo e già console.

PREFAZIONE LATINA

Tua sublimità sa bene le disposizioni dei legislatori circa i mandati dei principi, le quali trovansi negli antichi libri di diritto romano. Ma non osservandosi queste disposizioni od avendo perduto esse la propria autorità in forza del tempo, ci siamo determinati non solamente a mandare codicilli, ma eziandio i mandati ai nostri giudici sì minori che maggiori che sostengono le cariche minori o di mezzo tra i correttori, i consolari, gli spettabili, dietro i quali possono lodevolmente sostenere la loro carica. Quindi abbiamo dettato il libro dei mandati in ambedue le lingue greca e romana affinchè venga dato ai nostri amministratori, presso i quali è in uso o l' una o l' altra lingua. In tal modo essi non potranno osare di contravvenire ad alcuna di quelle disposizioni che debbono in perpetuo osservarsi nelle nostre provincie. Laonde l' illustre tua autorità spettante alla censura del questore ordinerà che tali prescrizioni vengano trascritte nel libro delle leggi, e che siano depositate nell' imperiale palazzo, affinchè gli amministratori mediante queste ed i codicilli possono governare lo Stato.

Data ai 16 di aprile, dopo il consolato di Belisario.

Digitized by Google

In Nomine Domini Iesu Christi Dei nostri, Imperator Flavius Iustinianus, Alamanicus, Gotichus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, foelix, gloriosus, victor, triumphator, semper adorandus, Augustus.

Jam quidem in generali nostrae pietatis lege omnia declarata sunt, in quibus conveniens est administrationes accipientes, eas gubernare, memorantes iusiurandum quod super his praestatur. Necessarium tamen existimavimus etiam nunc percipienti tibi administrationem, designare quod a progenitoribus reipublicae nostrae adinventum est: qui ad administrationes directis certa praecepta dabant, *Mandata principum* ea vocantes, secundum quae oporteret eos gubernare administrationes.

CAP. I.

Ut gratis creati magistratus, gratuitas quoque manus servent, erga Deum, Imperatorem, et legem.

Oportet igitur te pure sumentem administrationem, et sine omni suffragio, prae omnibus aliis mundas servare Deo nobisque et legi manus, et nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus: neque captiosum quiddam contra subiectos facere, negotiatione: sed contentum esse solis a fisco tibi ministratis, et tam per te quam per eos qui circa te sunt purum eis undique servare ius. +. Et festinare primum quidem *fiscalia tributi exigi vigilanter*, nihil diminuens circa publicam curam requirere, ne forte fiscus inde minuatur, et salvare ei undique quae propria sunt. Sicut enim privatos iniustitiam passos adiuvamus, sic et publicum illaesum manere volumus. Collatores namque omni alia calumnia liberi conservati, facile et in promptu solvent tributa: et qui in furta prius dantes, manebant debentes adhuc fiscalia, ex nunc ipsis fiscalibus exsolventes, liberabunt facile se tributis.

CAP. II.

Ut caveant Magistratus, ne quae seditiones, excitentur, et quieti publicae omnium ordinum invigilent.

Deinde conveniens est te providere, ut nulli populi civitatum alterutris seditiones facient, sed omnem pacem esse Dei civitatibus, dum aequitas etiam hinc nostris subiectis servatur, et neque lucri neque passionis alicuius causa, ad aliquam partium declinatur.

CAP. III.

Ut breviores et viliores causae sine scripto decidantur: et sportularum modus servetur.

Sit tibi quoque *tertium* studium, *lites cum omni aequitate audire*, et omnes quidem breviores, et quaecunque maxime vilium sunt, ex non scripto decidere,

In nome del signor Iddio nostro Gesù Cristo, l'imperatore Cesare Flavio Giustiniano, Alemanico, Gotico, Francico, Antico Alanico, Vandalico, Africano, pio, felice, glorioso, vincitore, trionfatore, sempre venerabile, Augusto.

In una legge da noi promulgata sono contenute le prescrizioni, giusta le quali debbono condursi gli amministratori dello Stato, ricordevoli del giuramento che debbono prestare. Per altro noi credemmo bene di indicare a te, che assumi l' amministrazione, ciò che prescrissero i nostri progenitori, i quali spedivano agli amministratori editti, che chiamavansi mandati dei principi, giusta i quali doveva sostenere l'amministrazione.

CAPO I.

I magistrati gratuitamente creati non debbono essere venali per rispetto dovuto a Dio, all' imperatore ed alla legge.

Conviene dunque che tu, entrando nell' amministrazione gratuitamente e senza protezione, ti conservi, sopra gli altri di pure mani, pel rispetto dovuto a Dio, a noi ed alla legge, e che non percepisca alcun lucro nè di molta, nè di poca entità, che non ponga in opera alcun raggiro verso i sudditi, che ti accontenti di ciò che ti somministra l' erario In primo luogo conviene che con tutta vigilanza presieda all'esazione dei tributi fiscali, esigendo tutto ciò ch'è al fisco dovuto affinchè esso non sia danneggiato nei suoi diritti; poichè nello stesso modo che noi vogliamo non essere danneggiati i nostri soggetti, così vogliamo che sia illeso il pubblico interesse. I contributori, liberi da qualunque soperchieria pagheranno facilmente i tributi, e quelli che sono in arretrato facilmente pagheranno il loro debito mediante diligenti esattori.

CAPO II.

I magistrati debbono provvedere che non si suscitino sedizioni e debbono invigilare alla quiete pubblica di tutti gli ordini.

Inoltre è necessario che tu provvegga affinchè il popolo non faccia sedizioni e le città siano tranquille, osservandosi la giustizia e non avendo luogo alcuna causa di lucro o passione.

CAPO III.

Che le cause di minore entità vengano verbalmente decise e che si osservi la misura delle sportule.

In terzo luogo tu dovrai far cognizione della causa con imparzialità, osservare il processo verbale per le cause di poca entità, e far sì che si esigano le spor-

Digitized by Google

et iudicare, et liberare omnes alterna contentione, et non permittere in aliquo ultra quam continetur sacra nostra constitutione, occasione causalium expensarum damnificari si tamen sufficientes in datione consistant: alioqui etiam gratis lites audire, et non permittere ex negligentia de provincia alicuius praesidis quemquam ad hanc currere felicissimam civitatem, et nobis molestum esse. Scito namque, quia si quis veniat, et aditionem nobis faciat, et a nobis interrogatus si prius te adiit, deinde te dicat adiisse, et quod iustum est, non impetrasse, et hoc verum inveniamus, in te indignationem convertemus. +. Si vero cum te non adierit, venire ad hanc regiam praesumpserit civitatem, et remittemus eum cum omni correctione, et responsum non dabimus.

tule giusta la misura contenuta nella nostra costituzione. Dovransi poi rimettere le sportule, qualora le parti non potessero pagarle. Non sarà permesso che per negligenza dei presidi provinciali i soggetti siano obbligati di venire in questa felicissima città e di ricorrere a noi; imperocchè tu devi sapere che se alcuno ricorrerà a noi e ci dirà di essersi a te presentato e di non aver ottenuto ciò che giustamente domandava, e risulteranno vere tali asserzioni, tu incorrerai nella nostra indignazione. Quegli poi che ricorresse a noi senza prima presentarsi al tuo tribunale, sarà rimandato colla debita correzione e non sarà ascoltato.

Cap. iv.

Ne praesides permittant Executores aut Magisterianos aliquid formarum et portuum causa exigere.

Deinde competens est te etiam hinc venientes sive ex Magisteriano, sive ex quolibet foro, non permittere laedere, nec super exigere subiectos nostros. Sed si quis adierit tale aliquid quaestus: hoc et exequi, et indemnitatem ei procurare, et neque permittere alicui proferenti praecepta cuiuscunque fori, haec videlicet quae solemniter, diriguntur, *formarum etiam aquae causa, et portuum, et itinerum sternendorum, et imaginum, et murorum, et domuum destructionis tamquam in publico factarum, et aliarum talium* damnificare nostros subiectos. Non enim volumus, nec per talem causam ullum eis inferri damnum. Ipse vero omnium horum providebis sine damno omni gestum. +. Si quis autem cui tale aliquid iussum est, veniat: omnino non respicias eum nisi sacram nostram Pragmaticam ostendat formam pro hoc scriptam: tunc tu suscipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuntians secundam praeceptionem nostram suscipias.

§. 1. Sed etiam pro ubertate necessariorum, et operum civitatum diligentiam habebis: procurans ex civilibus pecuniis *Patres* quae valde necessariae sunt operum facere, et pontium, similiter et viarum, et portuum, et in quibus omnino sunt locis provinciae cui praesides: portuumque, et murorum curam habebis: et quidquid omnino est publico, et civitatibus utile et cogitabis, et facies, et nunciabis.

§. 2. Habebis autem obedientes tibi, et qui in provincia sunt milites, in quibus eorum opus habueris ad ministerium iustum. Quod si deliquentes inveneris: sub omni castigatione decenti insuper ex emolumentis eorum satisfieri laesis procurabis.

Capo IV.

Che i presidi non permettano agli esecutori o magisteriani alcuna esazione a causa di ordini o di porti.

Inoltre è conveniente che alcun magistrato non leda i nostri soggetti ne faccia esazioni straordinarie. Non sarà permesso ad alcun magistrato di emettere decreti per causa di acque, di porti, riattazioni delle strade, statue, mura, demolizioni di edificii ed altre cause; ma dovrassi osservare ciò che porta l'imperiale nostra prammatica, e non si potrà fare alcuna cosa prima che sia riferita a noi.

§. 1. Inoltre tu invigilerai sopra le opere che si fanno in città, procurando di ottenere dal pubblico il danaro bisognevole all'uopo, vale a dire, pei ponti, strade, porti di tutti i luoghi ai quali tu presiedi; in una parola, tu avrai la cura e farai a noi rapporto di tutto ciò che appartiene ai porti, alle mura della città ed a qualsiasi cosa pubblica.

§. 2. Saranno soggetti ai tuoi ordini i militi che trovansi nella provincia. Se poi essi commetteranno mancanze, tu li castigherai, e compenserai quelli che soffrirono danno dalle loro violenze coi loro proprii emolumenti.

Digitized by Google

Cap. V.

De criminibus.

Non permittas privilegiis aliquibus uti nocentes sed illud solum eis in auxilium observabis, ut undique puri horum quae eis inferuntur, et innoxii videantur. Homicidia autem, et adulteria, virginumque direptiones, et invasiones, et oppressiones, ita cum vehementia corrige, puniens delinquentes secundum nostras leges, ut paulatim supplicium alios omnes faciat salvos.

§. 1. Praecipue vero Officiales tuos retinebis, non permittens eis subiectos nostros depraedari: neque ut illi officiales videantur quidem subiecti tibi, pro veritate autem tuae praesint voluntati.

§. 2. Festinabis etiam *Consiliarium*, et quicunque fuerit circa te, assumere virum optimum, et purum undique, et contentum iis quae a fisco dantur, et si quid praeter spem accesserit, et non inveneris eum custodientem tibi fidem iustam: illum quidem expelles: alio vero uteris Consiliario, legem et iustitiam cum puris servante manibus.

§. 3. Talem vero praebebis temetipsum omnibus et publice, et privatim, ut terribilis quidem sis delinquentibus, et indevotis circa fiscalia: mansuetissimis autem et mitis omnibus placidis et devotis, et paternam eis exhibens providentiam.

Cap. VI.

De fide publica aut securitate non passim danda.

Sed neque haec quae dicuntur *Verba*, id est iusiurandum, prompte dare festines, in amplius tempus: sed et cum examinatione in tempore mediocri, et non transcendente *triginta dierum inducias*, ne ex hoc infinitae sint hominibus ad invicem contentiones. Si vero etiam aliquem sub nuncupato *Verbo* feceris: deinde aliquis adierit adversus eum: deduces quidem eum, custodiens datum ei *Verbum*: et examinabis negotium, *Verbo* ubique servato; et si etiam contra eum sententia necessaria sit, condemnabis eum et duorum propones electionem, utrum velit dato *Verbo* absolute abrenuntiare, et agere quae iudicata sunt, an non. Certe si hoc non: sacris eum terminis restitues et ibi executionem inferes temperate et cum debita venerabilibus locis reverentia.

Cap. VII.

Ut termini sanctorum homicidis, etc. non prosint.

Neque autem homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum custodies *cautelam*, sed etiam inde extrahes, et supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus: ut non talia a

Capo V.

Dei delitti.

Non permetterai che i rei si valgano dei loro privilegi, ma soccorrerai soltanto coloro che sono innocenti. Punirai l'omicida, l'adultero, il seduttore di vergini, l'invasore, l'oppressore, giusta le nostre leggi, onde l'esempio della loro punizione raffreni gli altri.

§. 1. In particolar modo frenerai i tuoi officiali, non permettendo ch'essi esercitino alcuna violenza; e ciò affinchè non sembri ch'essi, soggetti ai tuoi ordini, commettano tali cose illecite per tuo ordine.

§. 2. Avrai cura inoltre che il tuo consigliere e le persone che ti avvicinano siano persone probe, le quali si accontentino degli emolumenti ad esse accordati dal fisco. Se avverrà che tali persone non siano probe, le espellerai, chiamando presso di te un consigliere che osservi la giustizia ed abbia pure mani.

§. 3. Tu poi sì in pubblico che in privato ti diporterai in modo da essere inesorabile verso i rei e quelli che non vogliono assoggettarsi al pagamento dei tributi, dolce e mansueto verso quelli che riconoscono il loro dovere, dimostrandoti verso di loro qual padre.

Capo VI.

Non si debbono concedere i salvo condotti.

Tu non potrai rilasciare salvocondotti che trascendano il termine di trenta giorni onde evitare le liti. Se poi ad alcuno avrai conceduto tali salvocondotti e qualcuno ricorresse contra il medesimo, lo ricondurrai, salvo sempre il salvocondotto; esaminerai l'affare, e se sarà condannabile, lo condannerai. Gli darai la scelta o di rinunciare al salvocondotto, e fare ciò che porta la sentenza, ovvero di non far ciò. Se sceglierà di non far ciò, restituito ai luoghi sacri, lo farai colà subire la condanna sempre col rispetto dovuto a tali luoghi.

Capo VII.

I luoghi sacri non debbono prestare asilo agli omicidi.

I luoghi sacri non potranno servire di rifugio agli omicidi, agli adulteri, ai rapitori di vergini; ma questi tali dovranno essere condotti fuori di tali luoghi ed assoggettati al supplicio; imperocchè questi luoghi debbono servire di asilo a quelli che soffrono le vio-

Digitized by Google

praesumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed laesis, datur a lege: et non erit possibile utrumque tueri cautela sacrorum locorum, et laedentem, et laesum.

§. 1. Publicorum vero tributorum exactiones etiam intra templa decenter fieri procurabis: quoniam *fiscalium ratio et militibus, et privatis ipsisque templis, et cunctae reipublicae utilis et necessaria est.* Auxiliabuntur tibi ad hoc etiam Deo amabiles ecclesiarum Defensores, et Oeconomi: nullum horum, qui fiscalia tributa exigunt, abripientes exactioni, sed neque permittentes violentum aut seditiosum aliquid pati exactionem inferentes: scientes quia si quid tale gesserint, de suo satisfacere fisco cogentur.

Cap. VIII.

Ut cogant exactores tributorum in apochis suis exprimere quantitatem zygocephalorum.

Coges autem publicos *Exactores* in suis *de susceptis* manifesta facere omnia in quibus ea dederunt, nempe quantitatem *zygocephalorum*, aut *iugorum*, aut iugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupantur: et pro quibus haec et quaelibet praediis exiguntur: et datorum quantitatem, sive in speciebus, sive in auro. Et interminaberis eis, et magnum damnum *et manus amputationem*, si hoc quod praecipitur quidem semper, usque nunc autem non custoditum est non deinceps omnibus servent modis. ⊣. Si vero (ut assolet) declinationem inveniant aliquam, dicentes non posse iugorum poni quantitatem: maxime quidem eos malignari putamus: sed tamen nihil hinc laedatur fiscus nec collatores: fiscus etenim sine praeiudicio omnia sua percipiat, et solenniter celebrata suscepta percipiant ii qui haec exsolverint, nihil exigendi amplius. Causa vero in nullo laedatur, et secundum consuetudinem quidem tributa solvantur ab eis, et inferantur fisco. ⊣. Nuntietur autem ad gloriosissimos nostros praefectos de istis primatis cogendis censualibus nuncupatas *expositiones* subtiliter dare, ut ex hoc fiat causae diiudicatio: et sic interim secundum consuetudinem quidem de fiscalibus inculpabiliter inferendis, quicquid in iis quae dubitantur, gloriosissimi nostri praefecti iudicaverint, in iis quae controversa sunt, haec valere: necessitatem habentibus exactoribus, post cognitam veritatem super his quaestionibus, et in illis de caetero quantitatem zygocephalorum, et aliorum omnium describere, secundum quod a nobis iam ordinatum est.

§. 1. Non permittas autem curialibus, aut *Censualibus*, dum vendita sunt praedia eorum, aut in alias personas mutatur possessio, tergiversationibus uti quibusdam, et non transferri a venditoribus ad emptores praedia: sed coges eos omnino facere mutationes sine damno. Si vero dixerint minus idoneos esse emptores, et propterea non fieri migrationem : hoc ipsum examinabis sine quolibet damno: et si quidem

lenze, non già a quelli che le commettono e non è possibile che i sacri luoghi servano di tutela ed all'offeso ed all' offensore.

§. 1. Le esazioni dei tributi poi potranno farsi anche entro i sacri templi ; poichè i diritti fiscali sono necessari e giovano ai militi, ai privati, agli stessi templi, ed a tutto lo stato. Ti presteranno soccorso in ciò anche i difensori e gli economi delle chiese, accetti a Dio, i quali non dovranno dar ricetto agli esattori dei pubblici tributi che malamente sostengono la loro amministrazione, nè quelli a che sediziosamente non li pagano ; dovendo essi sapere che se contravverranno a questa legge dovranno col proprio risarcire il fisco.

Capo VIII.

Gli esattori dei tributi debbono esprimere nelle quietanze le quantità della somma pagata.

Tu obbligherai gli esattori dei tributi ad esprimere nelle loro quietanze le somme pagate dai contribuenti a qualsiasi titolo, i nomi degli stessi contribuenti e la qualità della cosa pagata sia in ispecie o danaro ; e ciò sotto gravissime pene. Se poi, come spesso accade, essi dichiarano che non possono determinare la quantità, si riputeranno non sinceri ed il fisco dovrà ricevere tutto ciò che gli compete, e queglino che pagano dovranno ritirare le loro quietanze. Se insorgeranno quistioni, queste dovranno essere decise dal gloriosissimo nostro prefetto, e gli esattori, dopo la decisione, dovranno esporre la quantità dei tributi, come già abbiamo detto.

§. 1. Non permetterai poi ai curiali od ai censuali in caso che fossero venduti i fondi o si dovessero fare trasmissioni di possesso, di valersi di tergiversazioni e li costringerai a fare il cambiamento. Se poi diranno che i compratori non sono idonei, e che perciò non fanno la mutazione, tu esaminerai l'affare; e se risulterà essere idonei i compratori, li costringerai, a fare il cambiamento. Se poi risulterà che i compra-

Digitized by Google

idonei fuerint emptores coges fiscalium praesules omnibus modis et sine quolibet damno celebrare transpositionem. Si vero pro veritate eos inveneris non satis idoneos, coges venditores hoc ipsum profiteri ad gesta, quia periculo eorum transpositio fit fiscalium tributorum in eos qui ab ipsis emunt: hoc quod etiam in Oriente novimus in multis fieri gentibus. Sic enim neque fiscus nocebitur, et fiscalia tributa a possessoribus inferentur, ut non alii quidem sint possessores, alii vero collatores. Oportet enim maxime contra possessores fieri collationes: sed non contra non detinentes neque possidentes terras.

tori non sono in fatti idonei, questi dovranno fare atti che portino il trasferimento a pericolo dei venditori, come sappiamo essere stato fatto in Oriente e presso altri popoli. In tal modo non sarà danneggiato il fisco, saranno pagati i tributi, di modo che i possessori ed i contribuenti saranno le stesse persone; imperocchè conviene fare le esazioni contro i possessori, non già contro i detentori delle terre.

Capo IX.

De profectionibus praesidum, ne provinciales angariis, etc. vexent, etc.

Illud tamen te volumus nosse, quia si quando praeceperimus ad alias forte proficisci te provincias, competens est contentum te iis quae de fisco largiuntur, non gratis expendere: neque nostros subiectos atterere, sed ex quibus in provincia consistens expendebas, ex his ipsis et ad alias proficiscentem regiones facere expensas: neque angariis collatores affligentem, neque te, neque obediens tibi officium: sed propriis quidem subiugalibus propriaque expensa agere iter, hoc ipso custodiendo, vel si non ultra terminos properes provinciae: sed propter quandam occasionem necessariam circumeas civitates.

Capo IX.

Allontanamento dei presidi; essi non debbono vessare i provinciali con angarie, ec.

Vogliamo che tu abbia presente che allorquando noi ti ordineremo di andare in altre provincie, ti debba accontentare di ciò che ti somministra il fisco e che non aggravi i nostri soggetti con angarie facendo quelle spese che faresti, se restassi nella tua provincia. Lo stesso dovrà pur fare il tuo officio. Dovrai quindi fare il viaggio coi tuoi proprii mezzi di trasporto ed a tue spese come se restassi entro i confini della tua provincia e la girassi per qualche bisogno.

Cap. X.

Eos autem qui vocantur loci servatores, dare iudices in civitatibus provinciae cui praesident, (licet spectabiles viri, vel clarissimi, vel praesides sint) omnibus interdicimus modis. Sed neque si milites aliqui sequantur te, neque illos gratis permittas expendere, sed ex propriis emolumentis. Si vero hoc non egerint, sed ex tributis expenderint, et angarias acceperint: omne quicquid damnificabuntur subiecti, hoc ex eorum emolumentis exigens proprio periculo laesis sarvabis.

Capo X.

Proibiamo che quelli i quali chiamansi conservatori del luogo non vengano dati a giudici nelle provincie che presiedono, benchè siano spettabili, chiarissimi o presidi. I militi che ti seguissero dovranno pure viaggiare senza aggravio dei soggetti, vale a dire, coi loro emolumenti. Se contravverranno a queste prescrizioni, riceveranno contribuzioni ed imporranno angarie, i danneggiati dovranno essere risarciti sopra i loro emolumenti

Cap. XI.

Ut praeses oblatas sibi de religione iussiones contemnat.

Neque occasione Religionum Haeresumque quaestionis permittas alicui provinciam commovere, aut aliter quandam perceptionem iniungi provinciae cui praesides: ipse vero providebis cum competenti utilitate fiscalibus, et quae alia sunt perscrutari: et non permittere aliquid contra nostras fieri praeceptiones occasione religionum. †. Si vero canonicum sit quod quaeritur, una cum Metropolita provinciae hoc disponere, et decernere, sive Episcopi dubitent, sive

Capo XI.

Il preside non può contravvenire a queste prescrizioni a pretesto di religione.

Non permettiamo neppure che a pretesto di religione o di quistioni ereticali, si aggravino i provinciali e s' impongano altre contribuzioni a quelli, ai quali tu presiedi. Tu dovrai provvedere all' uopo coi mezzi erariali e non dovrai permettere che alcuno contravvenga alle nostre disposizioni a pretesto di religione. Se poi l' affare risguardasse i canoni, dovrassi decidere assieme col metropolita e darsi un fine grato a Dio e conveniente, di modo che venga con-

Digitized by Google

alii quidam, et causae dare Deo amabilem, et decibilem terminum, qui et decenter ortodoxam custodiat fidem, et indemnitatem procuret fiscalibus, et nostros subiectos servet inviolatos.

Cap. XII.

De capitali crimine damnatis, ut bona eorum non publicentur, sed propinquis relinquantur.

Oportet autem te, et in hoc omnem ponere providentiam, cum aliquis dignus apparuerit poena illum quidem punire, res autem eius non contingere, sed sinere eas generi et legi, et secundum illam ordini. Non enim res sunt, quae delinquunt, sed qui res possident, at illi reciprocant ordinem: eos quidem qui digni sunt poena, dimittunt, illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, ques lex forte ad illorum vocavit successionem.

Cap. XIII.

De iniustis patrociniis prohibendis.

Patrocinia quoque iniusta quae cognoscimus in nostris provinciis fieri, omnibus corrige modis, non sinens ulli aliorum vitas in se suscipere, non ampliare sibi praedia nullo modo ei competentia, non in aliorum laesionem promittere patrocinium, non quemadmodum fraudant fiscum, suam virtutem obiicere. Neque sit tibi cura cuiuslibet sint haec agentes dominii: sufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem et lex, et imperii favor.

Cap. XIV.

De alienis colonis, et capite censitis, ut nemo eos suscipere audeat

Sed etiam suscipientes alienos agricolas sic odio habebis, sic compelles cito reddere quod suscipiunt male, ut si plurimum manserint inobedientes, omne quicquid in onus provinciae est, illorum possessionibus hoc impones. Si vero in aliis provinciis agricolae dicantur esse constituti, literis uteris publicis ad provinciarum praesides, ut in eas fugientes agricolas confitentes aut convictos tradant possessionibus, et revocentur ad provinciam cui praesides, et inobedientes vehementer corripies minus idoneorum adiectione. Competens enim est, talia studentem, hinc onus, et rerum diminutionem in sua facultate cognoscere: ut minoratus cognoscat, quantum est laedere, et delinquere in alios. Sed hoc ipsum age sive praedia possidentes in provincia sint, sive aliquorum aliis competentium gubernatores sint. Oportet etenim et possessores illa solum habere quae eis dat lex, et gubernatores alienarum illis praeesse solummodo, quae per conductionem aut alium legitimum eis sunt tra-

servata la fede ortodossa, siano salvi il fisco ed i nostri soggetti.

Capo XII.

I beni del condannato capitalmente non dovranno essere confiscati, ma si dovranno lasciare ai loro propinqui.

Conviene inoltre fare la seguente provvidenza. Allorquando taluno viene condannato, non si debbono confiscare i di lui beni, ma lasciarsi ai di lui parenti secondo la legge. E diffatti non sono le cose che commettono delitti, ma i possessori delle medesime. Questi ultimi sono degni della pena, e facendo diversamente si verrebbe a punire quelli che sono scevri di colpa e che per avventura sono dalla legge chiamati alla successione.

Capo XIII.

Proibizione degl' ingiusti patrocinii.

Dovrai assolutamente impedire gl' ingiusti patrocinii che sappiamo aver luogo nelle nostre provincie, non permettendo che alcuno si valga del suo potere per proteggere un altro, che si estendano indebitamente i proprii fondi, che si protegga alcuno in danno di un altro, che si frodi in qualsiasi modo il fisco. Nè ti sia d' ostacolo il potere che alcuno per avventura avesse, poichè tu sei abbastanza soccorso dalla legge e dall' adempimento del tuo dovere verso l' impero.

Capo XIV.

Niuno può ricevere presso di sè gli altrui coloni censiti.

Dovrai pure frenare quelli che ricevono presso di sè gli altrui coloni, costringendoli a restituire ciò che illegalmente tengono presso di sè, e se saranno inobbedienti ai tuoi ordini dovranno risarcire il danno colle proprie possessioni. Se poi i coloni fossero andati in altre provincie, spedirai ai presidi di quelle lettere requisitorie affinchè ti vengano spediti nella provincia cui tu presiedi, e quelli che non obbediscano agli ordini saranno puniti con coloni meno idonei; imperocchè è giusto che quelli, i quali vollero recar danno sentano essi medesimi il danno nelle proprie possessioni. E diffatti conviene che ognuno abbia il governo soltanto di quei coloni altrui che gli furono dati dalla legge o dalla conduzione od in altro legittimo modo e non già altri; proteggendo gli altrui coloni, danneggiando gli altri e procurandosi così un indebito vantaggio.

Digitized by Google

dita modum: extraneis autem abstinere: et non providere quidem aliis, laedere vero alios et sibimet lucrum impium ex hoc acquirere.

Cap. XV.

De titulis affixis alienis praediis.

Titulos autem imponere praediis alienis, aut ergasteriis in civitatibus constitutis, et superscribere sua vocabula ita praesumentibus periculosum esse scias, ut agnoscant, quia haec agentes ipsi suam substantiam applicabunt fisco. Si enim causam soli imperio et fisco datam tentaverit aliquis arripere, in suis agnoscat experimentum: et suis rebus titulis impositis publicis, fiat aliis exemplum abstinentiae: qui si iisdem implicentur malis, similibus subdentur poenis. Haec igitur omnia observa, sciens nostram circa te voluntatem atque sententiam, qualis quidem erit delinquente te, qualis autem probato, et nostra sequente praecepta, ac leges.

Cap. XVI.

Quid primum facere debeant praesides cum provinciam ingrediuntur.

Mox autem ut ingredieris provinciam, convocatis omnibus in metropoli constitutis (dicimus autem Deo amabili Episcopo, et venerabili clero, et Nobilibus civitatis) insinuabis haec nostra sacra praecepta sub gestorum insinuatione; et propones exemplar eorum publice, non solum in metropoli, sed etiam in aliis provinciae civitatibus, transmittens ea per officiales tuos sine damno: ut omnes cognoscant in quibus suscepisti cingulum, et videant, si hoc conservas, et nostro dignum temetipsum ostendis iudicio.

Cap. XVII.

De armis.

Haec enim conservata apud te faciunt praesentem tibi cingulum diuturniorem, et gloriosiorem, si quidem super alia, neque armis uti non militantem permittes aliquem. ┼. Haec te et Deo, et legibus et nobis carissimum constituunt. ┼. Sed et illud providebis, ut, si quis eorum qui populum in turbas solicitant, tentarit aliquando ab hac magna civitate fugere aut solus, aut cum aliis, et venerit in provinciam cui praees: quatenus investigare de hoc, et examinare cum omni subtilitate et cautela [cures] et ubi constiterit, nunciare hoc si forte dignae inquisitione sint personae, et adduci ad hanc felicissimam civitatem, et poenas sustentare, quas lex de talibus constituit. Dat. xvi. Kal. Maii, Constantinop. Belisario V. C. 535.

Capo XV.

Titoli affissi ai predii altrui.

Quelli che affiggono titoli ai predii od officine altrui che sono nelle città e scrivono sopra il loro nome, si espongono al pericolo che siano confiscati i loro beni; imperocchè se essi tentarono di danneggiare il fisco, dovranno essere danneggiati nei loro beni e servire di esempio agli altri. Laonde tu osserverai queste nostre disposizioni, dovendo sapere qual pena ti minaccia se contravvenissi alle medesime, e quale approvazione da noi avresti qualora le nostre disposizioni fossero da te osservate.

Capo XVI.

Cosa debbano fare i presidi al momento ch' entrano nella provincia.

Appena che sarai entrato nella provincia, convocherai il vescovo accetto a Dio, il venerabile clero ed i nobili della città principale, e comunicherai ad essi questi ordini imperiali ponendoli negli atti. Esporrai al pubblico una copia dei medesimi, e ne trasmetterai un' altra alle altre provincie soggette alla città mediante i tuoi officiali, affinchè tutti vengano in cognizione di quali incumbenze tu sei incaricato, e conoscano se tu le adempia e se sei degno della tua promozione.

Capo XVII.

Armi.

La tua carica sarà più durevole e gloriosa se non permetterai che alcuno, non essendo milite, porti armi. Tale tua cura ti renderà a Dio, alle leggi ed a noi carissimo. Inoltre allorquando taluno di quelli che sollevano il popolo fuggisse da questa grande città o solo od in compagnia di altri e venisse nella provincia da te presieduta, dovrai investigare con ogni diligenza ov' esso si trovi e far rapporto a noi onde venga ricondotto a questa felicissima città e sia assoggettato alla pena portata dalle leggi.

Data ai 16 di maggio in Costantinopoli, sotto il consolato di Bellisario, anno 535.

Digitized by Google

TIT. V.

De triente et semisse, et successionibus filiorum et nepotum naturalium et collationibus, vel distributionibus, necnon et literarum aut numerationum, atque rerum ex quibus detinent, inficiationibus.

Novella Constit. XVIII.

Imperat. Iust. August. Ioanni gloriosissimo praefecto sacrorum per Orientem praetoriorum, iterum exconsuli et patricio.

PRAEFATIO.

Iam quidem magnae huic, et ut ita quis dicat, bene a Deo constitutae reipublicae (dicimus Romanorum) plurima de testamentis disposita sunt, et pleni legum codices de talibus consistunt: et non solum sapientes antiqui haec scripserunt, aut piorum potestas imperatorum: sed etiam a nobis iam non aliquo priorum principum minus legislationes prolatae sunt: Deum vero semper considerantes, et quatenus ei placiti videamur, et aliquid bonorum dignum in nobis agamus: nitimur aliquid adinvenire semper, et naturae consequens, et quod possit priora corrigere. +. Frequenter igitur et alia vice mirati sumus, quomodo legitimis et benevolis filiis, quibus agunt gratias parentes, quibusque quod relinquitur, iam etiam debitum vocant: solum triuncium definierunt ex necessitate relinqui: reliquum vero iacet in voluntate parentum: et capiunt quidem cognati omnia, et extranei, vel cum libertate servi: filii vero licet multi consistant: etiamsi nihil offenderint parentes, confunduntur: et triuncium dividunt solum, vel si decem forte aut amplius fuerint: et pauperes erunt filii patris, donec vixerit, idonei.

Cap. I.

De legitima portione liberis relinquenda, id est, triente, si intra quaternarium numerum consistant: aut semisse: si quaternarium numerum excedant.

Haec nos moverunt corrigere legem, et non eam despicere semper erubescentes, talique modo determinare causam, ut si quidem unius est filii pater aut mater: aut duorum vel trium, vel quatuor: non triuncium eis relinqui solum, sed etiam tertiam propriae substantiae partem: hoc est, uncias quatuor: et hanc esse definitam mensuram usque ad praedictum numerum. Si vero ultra quatuor habuerint filios, mediam eis totius substantiae relinqui partem, ut sexuncium sit omnino quod debetur, singulis ex aequo quadriuncium vel sexuncium dividendo: et hoc non sub iniusta circumstantia rerum (forsan enim ob hoc etiam alii iniustitiam patiuntur, et aliis

TITOLO V.

Della terza parte e metà dell'asse, e delle successioni dei figli e dei nipoti naturali e delle collazioni o distribuzioni, nonchè della negoziazione di scrittura, di numerazione di danaro e di cose detenute.

Novella Costituzione XVIII.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto degl' imperiali pretorii di Oriente, già console per la seconda volta e patrizio.

PREFAZIONE.

Questa repubblica grande e bene costituita da Dio ha molte disposizioni circa i testamenti, ed i codici sono pieni di leggi circa le tavole testamentarie, non solamente dettate dagli antichi sapienti o dagli antichi imperatori, ma eziandio da noi. Volta però sempre la nostra mente a Dio e cercando di piacergli procuriamo, per quanto le nostre forze il permettono, di correggere le antiche leggi e di dare alle medesime maggior convenienza Più volte noi ci meravigliammo che i legittimi figli e cari ai genitori, ai quali viene lasciata la successione come un debito naturale, non possano avere per legge che la sola quarta parte delle sostanze paterne, e che il restante sia a disposizione dei genitori, di modo che questo viene portato via dai cognati e dagli estranei. Per tal modo non viene fatta distinzione se i figli sono in molti, se non fossero i genitori e quindi essi si dividono tra di loro soltanto la quarta parte delle paterne facoltà, ancorchè fossero in dieci o più; di modo che i figli di un padre ricco restano miserabili.

Capo I.

Legittima porzione da lasciarsi ai figli, vale a dire, la terza parte dell'asse qualora non siano più di quattro, e la metà qualora siano più di quattro.

Questi furono i motivi che ci indussero a dettare la presente legge. Se il padre o la madre ha uno, due, tre o quattro figli, non dovrà lasciare ad essi la quarta, ma bensì la terza parte della propria sostanza, vale a dire, quattro oncie; e questa dovrà essere la misura, qualora i figli non trascendano questo numero. Se poi avrà più di quattro figli, dovrà lasciare ad essi la metà di tutta la loro sostanza, vale a dire, sei oncie, da dividersi tra di loro in parti eguali. Questa divisione poi dovrà farsi in parti eguali sì in quantità che in qualità, non dovendo a taluni toccare la cosa migliore ed agli altri la peggiore. Ciò avrà luogo tanto se il lascito sarà stato fatto mediante istituzioni, le-

Digitized by Google

quidem meliora, aliis vero deteriora percipientibus) sed quod contigerit unumquemque per omnia aequum esse in qualitate et quantitate, sive quis illud institutionis modo, sive per legati, idem est dicere, et si per fideicommissi relinquat occasionem : licebit enim ei reliquum octuncium forte aut sexuncium habere : et largiri sicut voluerit filiis ipsis: aut cuilibet extraneorum : et natura primo curata competenter, sic ad extraneas largitates accedere : hoc observando in omnibus personis, in quibus ab initio antiquae quartae ratio de inofficioso lege decreta est.

Cap. II.

Ut legitima portio filiorum curialium sit dodrans.

Excipiatur autem a nobis de curialibus nuper posita lex, quae filiis curialibus aut filiabus curialibus nubentibus noniuncium omnino dari vult, reliquo triuncio a parentibus secundum potestatem dispensando omnibus aliis de inofficioso positis legibus, et precipue nostris, in sua virtute servandis, et de ingratis filiis, et de naturalibus praeter solam quantitatem, quam ad praesens auximus secundum omnes praedictas definitiones.

Cap. III.

Si liberis suis pater nudam proprietatem, et uxori usumfructum omnem reliquerit.

Prohibemus autem et illud grave existens, et habens quidem aliquam legalem occasionem, in duram tamen incidens crudelitatem et amaritudinem. Novimus enim aliqua testamenta secundum quae morientes, non paterne, nec ut viros oportebat, sed nimis moliter atque remisse fecerunt institutiones uxoribus, siquidem illis omnem reliquerunt suarum rerum usumfructum, filiis autem proprietatem nudam. Quamobrem arbitror studium esse huiusmodi testamentis, uxores etiam proprietatem acquirere, filiis forte fame peremptis. Unde enim, et in medio gubernentur, et quotidianum habeant cibum, nihil eis derelicto, uxoris ira, forsan et irrationabili, intercidente, quae eis etiam quotidianam gubernationem abripiat? Non licebit igitur de caetero ulli omnino filios habenti, tale aliquid agere, sed modis omnibus eis huius legitimae partis quam nunc deputavimus, et usumfructum insuper et proprietatem relinquat, si vult filiorum non repente fame morientium, sed vivere valentium vocari pater. +. Et haec omnia dicimus non in patre solo, sed et in matre, et avo, et proavo, et adiunctis unicuique foeminarum personis, id est, avia et proavia, sive paternae, sive maternae sint.

gato o fedecommesso quanto per qualsivoglia altro titolo. I genitori avranno quindi la libera disposizione di ott'oncie o di sei oncie, le quali potranno lasciare tanto ai figli stessi, quanto ad estranei; sendo di già soddisfatto il dovere di natura. Queste disposizioni dovranno applicarsi a tutte le persone alle quali spettava la quarta per legge d'inofficioso testamento.

Capo II.

Nove oncie è la porzione legittima dei figli curiali.

La legge sopra esposta dovrà soffrire eccezioni riguardo ai curiali, poichè noi prescriviamo che ai figli curiali ed alle figlie maritate a curiali si debbano lasciare nove once; lasciando il restante a libera disposizione dei genitori, resteranno ferme le leggi da noi fatte circa l'inofficioso testamento, circa i figli ingrati e naturali.

Capo III.

Caso che il padre abbia lasciato ai figli la nuda proprietà, ed alla moglie l'usufrutto.

Vietiamo poi ciò che in sè stesso è crudele, ma che ha una certa legalità. E diffatti alcuni, non già da padri o da uomini, ma mollemente e senza dare a dividere la cosa, instituirono le mogli col dare ad esse l'usufrutto di tutte le loro sostanze e lasciando ai figli la nuda proprietà; per lo che ben avveniva che le mogli acquistassero anche la proprietà, morti essendo di fame i figli. E, diffatti, come mai essi potevano avere il giornaliero alimento, se niente ad essi era lasciato, e se le mogli avevano tutta l'amministrazione e la sostenevano forse male? Laonde per l'avvenire niuno che abbia figli potrà fare le dette disposizioni, ma dovrà assolutamente lasciare ai figli l'usufrutto e la proprietà della porzione che ora viene stabilita, se vorrà che i figli non muoiano di fame, ma anzi che abbiano di che sostentarsi e se vorrà dimostrarsi padre verso i medesimi. Queste disposizioni poi non solamente si applicheranno al padre od alla madre, ma eziandio all'avo ed al proavo, all'ava ed alla proava, sì paterni, che materni.

Digitized by Google

Cap. IV.

Quemadmodum liberi ab intestato per foemininum sexum descendentes, succedere debeant.

Neque illo de caetero servando in nepotibus, et pronepotibus non suis, et sub potestate constitutis, minus tertia parte eos habere, quam eorum parentibus viventibus oportebat relinquere testatores. Non enim excipimus ulterius nepotes, qui ex filio paternis avis accrescunt, ut illi quidem integram accipiant partem, quantam eorum acciperet pater vivens: nepotes autem ab avo per mediam filiam venientes, aut avia paterna vel materna minus tertia accipiant: sed unum ordinem in omnibus ponimus nepotibus, et pronepotibus, non ferentes foeminam a masculo in talibus minui. Neque enim masculus ipse in se neque foemina solum ad nativitatis propagationem sufficiens est: sed sicut utrumque eorum coaptavit Deus ad generationis opus, ita etiam nos eandem utrisque servamus aequalitatem.

§. 1. Sed nec usque in hoc statuimus legem. Haec enim dicimus, et in illis filiis qui ex nuptiis sunt legitimi, licet non sint secutae nuptias dotes, sed affectus indubitatus, et manifestus inter coniuges existens filios praestet esse legitimos. Dotem etenim celebrant, nuptiae: nuptias autem dotes non faciunt, sed coniunctorum affectus.

+. Hoc idem obtineat, et in iis qui ex posteriori affectu cum dotibus secundum nostras constitutiones, legitimi fiunt: et haec sit sanctio legitimae soboli.

Cap. V.

De concubinis et naturalibus liberis, quomodo hi ab intestato succedant.

Consideremus autem allquid ad solam naturam clemens. Multi namque molesti sunt nobis semper, precesque crebrae, et flentes filii. Et semper equidem clemens aliquid definimus: sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus: ideoque causae etiam legem adiicientes, ipsi quidem populos removebimus: dabimus autem omnibus habere ex lege remedium. + Quia enim testari naturalium filiorum patribus etiam ipsis dedimus, legitima quidem existente prole, usque ad unam solam unciam quam abebunt una cum matre: (hoc quod etiam prius fuit) filius autem non existentibus legitimis, usque ad medietatem totius substantiae: hoc dicunt a nobis positae leges, non in testamentis solum patribus concedentes hoc agere, sed etiam aliis munificentiis, quas et superstites donant, praesens autem lex de iis quae ab intestato sunt, loquitur, et novi aliquid introducit. +. Nunc enim si quis moriens legitima sibi penitus sobole non existente (filiorum dicimus aut nepotum, aut caeterae successionis) neque uxore legitima, proinde moriatur, non disposita substantia, et veniat

Capo IV.

Come debbano succedere ab intestato i figli discendenti da femmina.

In avvenire, riguardo ai nipoti e pronipoti non suoi, costituiti sotto podestà avrà luogo ciò che praticavasi, vale a dire, ch'essi avessero meno della terza parte che i testatori dovevano lasciare ai loro genitori viventi. E non eccettuiamo i nipoti ulteriori che accrescono agli avi paterni, di modo che essi ricevano l'intiera porzione che avrebbe dovuto ricevere il loro padre vivente, ed i nipoti discendenti da femmina ricevano meno della terza parte; ma li poniamo tutti nello stesso ordine senza alcuna differenza s'essi discendano da maschi o da femmine. E difatti il solo maschio non basta per sè alla propagazione della prole; ed Iddio fece che tanto il maschio quanto la femmina debbano concorrervi, e perciò noi diamo ad essi eguale porzione.

§. 1. Ma non ci limitiamo a ciò solamente. Tali prescrizioni debbono applicarsi anche ai figli legittimi, benchè non abbia avuto luogo la dote, imperocchè le nozze dànno esistenza alla dote, non già la dote dà esistenza alle nozze; ma bensì il mutuo affetto dei coniugati, queste prescrizioni avranno pur luogo riguardo ai legittimati per susseguente matrimonio. Tutto ciò poi risguarda i figli legittimi.

Capo V.

Come le concubine ed i figli naturali succedano ab intestato.

La presente legge favorisce la natura. E difatti di continuo sonovi figli che si lagnano e piangono. Noi sempre siamo stati compassionevoli; ma poichè ora le disposizioni che facciamo non sono appoggiate ad alcuna legge, così conviene che noi ora facciamo un'appendice alle leggi e poniamo il conveniente rimedio. Noi abbiamo concesso ai padri di figli naturali di disporre per testamento in favore di questi figli fino ad una sola oncia ch'essi dovranno avere in comune colla madre, qualora però non esistano figli legittimi (come era anche anticamente disposto), e della metà della loro sostanza, qualora esistessero figli legittimi; e le nostre leggi non concedevano soltanto di ciò fare per testamento, ma eziandio con atto tra vivi; ma la presente legge applica ciò alle successioni intestate ed inoltre fa delle innovazioni. Poichè se alcuno muore, non avendo prole legittima (vale a dire, figli, nipoti od altri discendenti), nè moglie legittima e senza disporre della propria sostanza e siano cognati, ovvero un altro a cui siano dovuti i suoi beni, ovvero l'erario (im-

Digitized by Google

eognatio forsan, aut certe manumissor bonorum possessionem movens, et insurgens, aut etiam nostrum aerarium: (nec enim illi quantum ad hoc parcimus) sit autem ei domi donec vivit libera mulier in habitu concubinae cum eo degens, et filii ex ea (talibus enim solis haec sancimus, ubi omnino indubitatae sunt sive concubinae in domo habitae, sive naturalium ibidem proles (et nutrimentum damus eis, et intestato parentibus morientibus duas habere uncias paternae substantiae, cum matre partiendas, quanticumque fuerint filii, ita ut proportione unius filii, et mater accipiat. Et haec dicimus si uni concubinae cohabitaverit, et filios ex ea habuerit, aut praecedente concubinae morte forsan aut divisione, filii domi sint: tunc enim damus eis ab intestato duarum unciarum successionem. +. Si autem confusa concupiscentia ita fiat, ut alias superinducat priori concubinas, et multitudinem habeat concubinarum fornicantium (sic enim dicere melius est) et ex eis filios faciens moriatur, multas simul relinquens concubinas: odibilis quidem nobis est iste, qui talis est: procul autem omnibus modis ab hac lege expellatur. Sicut enim quis legitimae uxori coniunctus alias superinducere, non poterit matrimonio consistente, et ex eis legitime filios procreare; sic neque post cognitam (quemadmodum diximus) concubinam et ex illa filios dabimus, si aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad successionem eius introduci, si mortuus fuerit intestatus Nam si hoc non constituimus, indiscretae erunt mulieres, quam magis, aut quam minus amaverint: indiscreti etiam filii; et nos non praebemus luxuriantibus, sed caste viventibus legem. +. Non autem distinguimus de filiis sive masculi sive foeminae sint. Sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur: ita nec nos alteram in masculis, et alteram in foeminis secundum hoc ponimus legem. + Valebit itaque haec lex nobis in futuris, et maxime omnium haec: quoniam earum quae dudum non recte tenebant plurima et emendavit, et explanavit: et quod praeteriit, non potest ab ea quae nondum erat, regulae subiici. Haec a nobis de praedictis successionibus sunt sancita.

Cap. VI.

De collationibus dotis, vel donationis propter nuptias.

Illud quoque bene se habere credimus hac lege complecti: prioribus enim legibus volentibus, in collationibus si quidem sine testamento morerentur parentes, collationes secundum earum virtutem fieri: si vero testati nihil dicentes de eis, locum non fieri collationibus, sed res habere per dotem forte aut alio modo datas: et quae sunt relicta defendere: Nos sancimus, non esse omnino talem opinionem: sed sive quispiam intestatus moriatur, sive testatus, quoniam incertum est ne forsan oblitus datorum, aut praetumultu mortis angustiatus, huius non est memoratus

perocchè noi non diamo a tale riguardo alcuna facoltà), e vi sia in casa una donna libera come concubina ed una figlia avuta da lei (queste sole persone sono contemplate dalla presente legge, cioè essa ha luogo qualora vi siano in casa concubine permesse dalla legge, ovvero vi siano figli naturali) concediamo a questi figli il nutrimento e due once della sostanza paterna da dividersi colla madre, qualunque sia il numero degli stessi figli; la madre poi dovrà partecipare della porzione di ciascun figlio. Queste disposizioni si applicheranno al caso che vi sia una sola concubina e figli dalla medesima procreati, ovvero soltanto figli avuti da una concubina che mori, di modo che questi figli avranno due oncie della sostanza. Se poi per ismodata concupiscenza taluno ebbe molte concubine dopo la morte della prima, procreò figli colle medesime e mori lasciandone molte, egli sarà odioso ai nostri occhi e sarà eccettuato dalla presente legge. Imperocchè se non è lecito di condurre in casa altre donne allorquando vive una legittima moglie e procreare con queste legittimi figli, così non saranno ammessi alla successione intestata i figli avuti da altre concubine introdotte in casa colla concubina permessa dalla legge. E, diffatti, se ammettessimo ciò, si moltiplicherebbero le concubine ed i figli e noi non prestiamo soccorso ai libidinosi, ma a quelli che vivono castamente. Non facciamo poi distinzione tra figli di sesso mascolino o femminino, distinzione che non sarebbe ammessa dalla natura. Questa legge pertanto avrà luogo pei casi avvenire; poichè, modificando essa le precedenti, i casi già avvenuti non hanno potuto essere regolati dalla medesima.

Capo VI.

Collazione della dote e della donazione a causa di nozze.

Le antiche leggi disponevano che se i genitori morissero intestati, dovessero farsi le collazioni secondo le disposizioni delle medesime leggi; che se poi i genitori nel loro testamento non avessero fatto menzione della collazione, questa non si dovesse fare, considerandosi in tal caso le cose date a titolo di dote o ad altro titolo e dovendo essere validi i lasciti. Ma noi prescriviamo che la cosa non debba essere così e che non si debba distinguere il caso in cui taluno sia morto testato od intestato; poichè havvi dubbio se questi siasi dimenticato di aver dato le cose, e se

Digitized by Google

(omino esse collationes, et exinde qualitatem. secundum quod olim dispositum est, nisi expressim designaverit ipse se velle non fieri collationem, sed habere eum qui cogitur ex lege conferre, et quod iam datum est, et ex iure testamenti: omnibus quae prius de collationibus a nobis sancita sunt in sua virtute manentibus.

Cap. VII.

Si res suas pater inter liberos distribuere voluerit.

Et quod saepe nobis iudicantibus placuit, necessarium credimus nunc partem fieri praesentis legis. Frequenter enim quidam plurimorum filiorum constituti patres. deinde putantes mox substantiam dividere, ut a fraterno certamine eos praeservent: ad maiores adhuc et saeviores eos contentiones adducunt. Cum enim oporteret si hoc vellent, aut aperte omnia dividere in testamentis suis, aut si non hoc vellent, partes facere, et eas subscribere, et sic indubitatam dare filiis divisionem: at illi non hoc faciunt, sed partem quidem aliquam per se ipsi scribunt, et neque hanc continue, sed forte interscriptam alterius cuiuspiam literis, et in descriptione abiecta, et nulla custodia digna positam: residua vero pars nequaquam illorum est manus. sed subscriptoris cuiuspiam forte corrupti, aut cuiuscunque: et hinc illis litium occasiones decies millies, utrum haec voluntate gesta sint patris, an alicuius artificis operarii certaminis et contentionis, et ad favorem partis alicuius scribentis. +. Haec nos molestare de caetero nostros subiectos nolentes sancimus: si quis voluerit suas res filiis aut dividere aut omnes, aut etiam aliquas forte relinquere praecipuas: has maxime quidem, si possibile est, dicat in testamento, et indubitatam det filiis hinc utilitatem. Si autem hoc non agat, propter aliquas necessitates, quae plurimae circumassistunt hominibus licet tamen descriptiones facere rerum quas partiri voluerit: et subscribere omnibus aut ipsum aut filios universos subscribere praeparare, inter quos res dividet, et ex hoc causae dare indubitatam fidem et quod secundum hanc fit speciem, ratum fit atque firmum, aliaque cautela non indigens. Si vero aliquis hoc non egerit, sed dispersam (sic ut plerumque) sine testimonio subscriptionem fecerit: sciat nihil hinc filiis sese praebiturum utilitatis: sed quasi nihil sit factum divident substantiam filii, in certas et plerunque sine testimonio conscriptiones non sequentes: neque iudicibus causae (quos iudices familiae erciscundae leges appellant) has sequi cogendis. Oportet enim providere subtiliter cautelae filiorum, et non aliud quidem minuere, aliud sub errore relinquere, quod difficilium insuper et insolubilium, crebro etiam crimina ferentium causarum occasionem praestat. De successionibus itaque et collationibus et aliis quae praedicta sunt, usque in hoc sancitum sit.

non abbia fatto menzione oppresso dall' agonia; e quindi prescriviamo che debba sempre farsi la collazione e con ciò conservarsi l'eguaglianza, qualora il testatore non abbia espressamente dichiarato ch'egli non vuole che non si faccia la collazione e che quegli, il quale è per legge obbligato a farla, ritenga ciò che fu dato in forza del testamento; restando ferme le prescrizioni da noi fatte riguardo alle collazioni

Capo VII.

Caso che il padre abbia voluto che si distribuissero le sue cose tra i figli.

I principii da noi adottati nei nostri giudizii vengono ora da noi convertiti in legge, spesso i padri di molti figli, volendo dividere tra i medesimi la propria sostanza onde evitare i contrasti ne dànno occasione a maggiori. Essi quindi o dovrebbero fare la chiara divisione nei loro testamenti, ovvero nei codicilli colla loro sottoscrizione, ed in tal modo escludere qualsivoglia dubbio Essi però non fanno nè l'una, nè l'altra cosa, ma indicano questa divisione. non di proprio pugno e non in iscrittura continuata, per lo che essa non merita veruna fede; quindi insorgono innumerevoli liti, a causa del dubbio se tale disposizione sia veramente del padre, ovvero opera di qualche raggiro, e fatta per favorire qualche persona. Non vogliamo che in avvenire tali disposizioni non molestino i nostri soggetti. Se alcuno vorrà dividere le proprie sostanze ai figli, o tutte od in parte, ovvero lasciare ad essi partitamente qualche cosa, egli, s'è possibile, dee fare tali disposizioni nel testamento, a scanso di ogni dubbio. Se poi per qualche circostanza non potrà far ciò, egli potrà descrivere le cose che vuole essere divise e comprovare tale sua divisione o colla sua sottoscrizione o con quella dei figli; ed in tal modo il documento farà piena fede, nè arà d'uopo d'altre cautele. Che se taluno non osserverà tali prescrizioni, e farà una descrizione senza alcuna sottoscrizione. sappia che i figli non ritrarranno da essa alcun utile; si considererà come non fatta; i figli divideranno la sostanza e non si avrà ad essa riguardo nei giudizii di divisione di eredità. E difatti con ogni diligenza conviene provvedere alla garanzia dei figli, nè torre, nè dare ad essi qualche cosa; locchè porterebbe seco difficoltà insolubili.

Digitized by Google

Cap. VIII.

Si quis prolatam manum suam negaverit.

Studium vero malevolentiae quod fit ab aliquibus, necessariam nobis fecit plebis denuo legislationem approbare: quam per quendam suorum protulit tribunorum, et quae Aquiliae nuncupationem ab illo suscepit: secundum quam pro abnegatione duplicibus subdebat exactionibus malevolentes, et abnegare tentantes, ubi etiam aliae quaedam actiones ad eundem cooptatae sunt ordinem, sed paulatim mutata clementia, ablata est, quae consuevit iniquorum enutrire malevolentiam. Quamobrem etiam nobis necessarium visum est indecentes et turpes abnegationes praedictae poenae subiicere: Si enim protulerit aliquis scripturam, alter autem eam negaverit, cum haec literas eius habeat, ita ut necessitatem patiatur actor causas pati circa probationem eius, aut literas quidem suscipiat, dicat autem, non solutum debitum sibi, et probaverit, hoc legitimis modis actor: condemnationem adversus eum duplicem in utroque casu fieri sancimus: non quia amarioribus legibus delectamur, sed quia lites eorum minores efficimus: quatenus timore poenae citius dicant quod confiteri competit. In talibus itaque omnibus modis condemnationem hoc fieri volumus modo: et si praeter haec egerit iudicem scire, quia transcendens legem ipse tenebitur his poenis. +. Haec autem dicimus nisi probationibus actor abrenuncians, sacramento rei usque nunc abnegationem factam solvi voluerit. Si enim tale aliquid egerit: si quidem mox ab initio post abnegationem intulerit iusiurandum, et ille continuo confessus fuerit quod in negationem deductum erit, sine periculo erit quantum ad duplum.

+. Si vero longiori facta lite, tunc actor inferat sacramentum, at ille etiam sic quod infertur, profiteatur, de dupli quidem eum eximimus poena: omnes vero expensas quae usque tunc factae sunt propter probationes, actori iureiurando eius definitas, exolvere eum qui ab initio quidem negavit, postea vero confessus est, iubemus. +. Si quis autem adnumerationem in se factam pecuniarum negans, postea utatur solutionibus a se factis: tali homini nullam utilitatem horum quae vere soluta sunt, esse sancimus, sed totum eum debitum exigi praecipimus, et hanc solam sustinere negationis poenam, hoc quod etiam quidem ante nos imperator constituit: nullo iudicantium neque in hoc flectendo, sed integritatem legis custodiente. +. Si autem etiam reus proferat literas actoris, deinde ille eas neget, at ille probet eas non solum illud reputetur de quo negatio fuit, sed etiam tantum aliud adiiciatur. Hic quoque de iurisiurandi datione similiter etiam in actore introducatur ratio.

Capo VIII.

Caso che taluno neghi di essere di sua mano la scrittura.

La malizia di taluno fece sì che noi mettiamo in vigore il plebiscito, che chiamasi legge Aquilia, la quale prese il nome dal tribuno della plebe che la propose; essa portava la pena del duplo contra i maligni che negavano falsamente; ma le azioni derivanti dalla medesima furono in appresso alterate, la quale alterazione favoriva la malizia. Per lo che a noi sembrò necessario il proibire le false negative ed assoggettarle alla predetta pena. Laonde se alcuno produrrà una scrittura, e l'altra parte negherà essere di sua mano, affinchè al primo incumba la prova essere tale scrittura di mano della parte avversaria, quegli che impugna la scrittura sarà assoggettato alla pena del doppio, allorchè sarà provato non essere stato pagato il debito o la scrittura essere di suo pugno. E facciamo ciò non per vaghezza di porre in attività leggi aspre, ma colla mira di diminuire le liti, affinchè per timore della pena venga tosto confessato quel debito ch'è in realtà sussistente. Se il giudice poi non osserverà queste prescrizioni, sarà egli stesso assoggettato alla medesima pena. Tale pena però non avrà luogo allorquando l'attore rinunciando alle sue prove, abbia deferito al reo convenuto il giuramento; poiché se il reo convenuto, allorquando gli viene deferito il giuramento, tosto confesserà ciò che da principio negò, sarà salvo riguardo al doppio. Se poi, essendo bene avanzata la lite, l'attore deferirà al reo il giuramento, e quest'ultimo confesserà ciò che da principio negò, sarà salvo dal doppio, ma dovrà pagare le spese della lite sostenuta. Se poi taluno negherà che gli è stata pagata una somma, non potrà in seguito prevalersi dei pagamenti da lui fatti, nè tali pagamenti potrannogli essere di alcun giovamento, ma dovrà esigersi tutto il debito, questa dovendo essere la pena della sua negativa, come porta un'imperiale costituzione promulgata dai nostri antecessori e che dovrà essere dai giudici pienamente osservata. Se poi il reo convenuto produce scritture dell'attore, il quale le neghi, e poscia il reo medesimo provi la verità delle medesime, non solo avrà luogo la pena dell'importare dell'affare, ma inoltre dovrà aggiungersi altrettanto. La ragione vuole che si osservino le prescrizioni sopra fatte circa il deferito giuramento anche riguardo all'attore.

Digitized by Google

CAP. IX.

De tutore, vel curatore inficiatore.

Si vero lis agatur per curatores nimirum pertinens ad personas quae curatoribus indigent, huiusmodi negationis poenam (quando in ipsorum curatorum fuerit literis) non adversus eos quorum sunt curatores, sed adversus eos ferri, qui turpem et indecentem hanc negationem fecerint. Si vero aliud condemnationis augmentum aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum ab antiquis legibus: aut principum introductum est constitutionibus: maneat quidem illud secundum propriam formam, sicut nos illud in nostris Institutis et Digestis et Constitutionum libro sancimus: hoc autem nunc augmentum priorum sit.

CAP. X.

De improbis possessorum exceptionibus.

Illud quoque in iudiciis arbitramur oportere melius quam omnes ante nos determinare, et constituere. Si quis enim conventus fuerit res habere alterius: ille vero dicat res non esse illius de quo dicit actor, et cogatur qui actionem infert, aut documentis, aut testibus, aut aliis uti laboribus, ut ostendat res illius esse: postea vero is qui semper abnegaverat illius hoc non fuisse, uti voluerit illius iure, et dicere quia ex hypoteca aut aliis causis in illam personam relatis propinquior est, quam ille qui causam movet: aliae quidem sententiae vacent, quae prioribus nostris placuerunt: mediocris autem quaedam, et clemens, et ipsi causae conveniens poena abnegantibus inferatur: pro abnegatione namque circa hoc, et actoris laboribus dum adhuc causa dicitur, ad actorem transferatur rerum, de quibus est quaestio facta, possessio: licentiam habente eo qui hanc reddet, si qua iura habeat ex illa persona, de qua prius negationem passus est, competentia sibi haec proponere, et legum iustitiam promereri, poena in sola translatione possessionis constituta. †. Haec a nobis pro successionibus, et collationibus, et distributionibus, et litigantium cautela, et ut moltitudo litium minuatur, et inventa sunt, et sancita: et de caetero tenebunt: quatenus et successiones agnoscant, et collationes non ignorent: sed circa distributiones non resultent: et neque petulantes suarum literarum abnegationibus insiliant malignari volentes, neque annumerationes abnegent, neque postea forsan solutionibus utantur, neque res ex quibus detinent, abnegent personis, sed mediocres, et mites ex causis ostensi, mediocri etiam potiantur iudicio.

CAP. XI.

Quomodo concubinae servilis conditionis constitutae legitimae uxores fiant.

Quod autem ab aliquibus maligne dubitatur, in quibusdam nostris constitutionibus, et in iudiciis qui-

CAPO IX.

Tutore o curatore che nega.

Se poi la lite si fa mediante curatori, vale a dire, la lite stessa appartiene a persone che debbono essere difese mediante curatori, la pena della negativa dovrà colpire non quelli che sono difesi dai curatori, ma bensì quelli che sostennero la turpe negativa. Dovranno poi restare in pieno vigore le dispòsizioni delle costituzioni degl'imperatori nostri predecessori riguardanti il duplo, il triplo, ed il quadruplo, come abbiamo prescritto nelle nostre istituzioni, digesti e costituzioni; dovendo a tale proposito aver luogo tale aumento di pena.

CAPO X.

Inoneste eccezioni dei possessori.

Crediamo bene di determinare e stabilire riguardo ai giudizii i seguenti punti, molto meglio di quello che precedentemente fu determinato e stabilito. Se taluno convenuto per possedere egli una cosa altrui, sostiene che la cosa non appartiene a quello che dice l'attore, di modo che l'attore dee provare con documenti o testimonii od altri mezzi che la cosa è sua; e poscia lo stesso reo convenuto dice che per ipoteca od altre cause la cosa è affetta più a lui che all'attore, non sarà egli ascoltato, il possesso si dovrà trasferire dall' attore e poscia avrà luogo l' azione ipotecaria; per la qual cosa il reo convenuto sarà punito colla perdita del solo possesso. Le disposizioni da noi fatte per le successioni, le collazioni, le distribuzioni, la garenzia dei litiganti, la diminuzione delle liti, avranne vigore per l'avvenire.

CAPO XI.

Come le concubine di condizione servile possano diventare legittime mogli.

Colla presente legge noi togliamo quei dubbii che per lo innanzi insorgevano nei giudizii sopra le no-

Digitized by Google

dem plurimis motum est: cum sit iustum ulterius non quaeri, praesenti coniungimus legi. Constituentibus enim nobis, ut si quis respexerit aliquam mulierem clemens, et hanc sortiatur absque dotalibus documentis, deinde faciat filios: postea vero maritalem ad eam receperit affectum, et scripserit huiusmodi instrumenta, et fecerit filios: non solum eos qui post hoc nati fuerint filii, sed etiam priores esse legitimos, et propter circumvenientium, et maligne interpretantium calliditatem: etiam iam aliam scribentibus constitutionem: quia haec volumus tenere, licet secundi non sint nati post dotem filii, aut existentes moriantur: adinvenerunt quidem etiam aliam dubitationem, non recipientes haec tenere in iis qui libertabus copulantur: cum utique recte coniicientibus nostram intentionem etiam hoc fuerit iam sancitum. Si enim ad libertam non omnino nuptiae prohibentur: certum fuit quia etiam in illis haec tenere volumus. Sed quoniam utique hoc dubitatum est: sancimus, *Si quis uxorem non habens legitimam, aut filios legitimos, ad ancillam propriam habuerit quandam meliorem intentiam, et filios protulerit ex ea in servitute constituta: postea vero libertate honora verit, et ancillam et natos, et ius eis aureorum petierit annulorum, et regenerationis, et in ingenuos secundum iustos reduxerit modos, et nuptias consummaverit, postea vero nuptialia conscripserit documenta, et aut fuerint filii postea, aut non fuerint,* (ut utriusque nostrae constitutionis amplectamur casus) *sit et uxor legitima et filii sub potestate ipsius, et sui, et ab intestato heredes genitori:* (dicimus autem eos qui ante nuptias nati sunt) *his viis per quas ad ingenuitatem, secundum quod praedictum est, venerunt, et celebratione postea dotalium, ius legitimorum eis praebentibus.*

EPILOGUS.

+. Tua igitur excellentia, quae bene nobis et sancte visa sunt, et pro nostrorum quiete adinventa, omnibus gentibus, quibus praees, per praecepta propria faciat manifesta: ut agnoscant quia nulla maxima cura per quam semper aliquid adiicit Deus nostris sceptris, extra nos consistit pro eorum solicitudine et providentia. Datum Kalend. Maii, *Constantinop.* post consulatum Belisarii V. C. Cons. 537.

TIT. VI.

De filiis ante dotalia instrumenta natis.

Novella Constit. XIX.

Imp. Iustin. August. Ioanni gloriosissimo sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli et patricio.

PRAEFATIO.

Pervenit ad nos dubitationem vanam quibusdam incidisse, si quod sancitum est a nobis de filiis procreastre costituzioni. Se taluno senza formare i documenti dotali coabitò con una donna ed ebbe con essa figli, e poscia preso da vero affetto presso di lei, formò i documenti ed ebbe altri figli. non solamente quelli che nacquero dopo l'erezione degl' istromenti dotali, ma eziandio quelli che nacquero prima saranno legittimi contra l'opinione di quelli che malamente interpretavano la nostra costituzione. Ma si dubitava inoltre nel caso in cui taluno si fosse unito ad una liberta. Siccome poi non sempre non è proibito il matrimonio alle liberte, così anche riguardo ad esse avranno luogo le disposizioni di questa legge. E per risolvere ambidue questi dubbii prescriviamo: Se taluno non avendo legittima moglie o figli legittimi coabitò con una serva, ebbe da essa figli mentre era ancora di condizione servile, e poscia le diede la libertà, e domandò per lei e per i figli il gius degli anelli d'oro, la restituzione dei natali, la ridusse di condizione ingenua, contrasse nozze seco lei, formò in appresso i documenti dotali; tanto se ebbe figli, quanto se non ne ebbe dopo da lei, essa sarà di lui moglie legittima, i figli saranno sotto la sua podestà, eredi suoi e succederanno ab intestato (parliamo di quei figli che nacquero prima delle nozze), acquistando essi la legittimità per la celebrazione delle nozze.

EPILOGO.

Laonde tua eccellenza a tutti quelli ai quali tu presiedi farà manifeste le provvide disposizioni da noi fatte a vantaggio dei nostri soggetti, onde vengano a conoscere che non v'ha cura dataci da Dio pel nostro impero, la quale possa distoglierci dal provvedere ad essi.

Data al primo di maggio in Costantinopoli, dopo il consolato di Bellisario, anno 537.

TITOLO VI.

Dei figli nati prima della formazione degli instrumenti dotali.

Novella Costituzione XIX.

L' Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto dei pretorii in Oriente, già due volte console e patrizio.

PREFAZIONE.

Fummo avvertiti che in taluni insorse l'irragionevole dubbio se le disposizioni da noi fatte riguardo ai

Digitized by Google

tis ante dotalium celebrationem, postea dotalibus factis. non etiam in praeteritum feratur in iis quae non decreto aut transactione sunt terminatae quaestionibus. Nobis utique cum particulariter poneremus leges, expressim in prima constitutione quae hoc sancivit memorantibus ut sive supersint eis patres, sive defuncti sint, nondum tamen huiusmodi quaestiones aut sententiis aut transactionibus susceperunt terminum: omnino ita iudicari sicut nostra dicit lex quam complentes, etiam secundam posuimus legem, eadem valere sancientes etiamsi non post dotes procreentur filii aut procreati moriantur, nihilominus et ante dotes natos legitimos esse, et in hanc quoque secundam nostram constitutionem similiter adiecimus, oportere eius legislationem et ad seniora referri tempora, exceptis illis causis, quas aut iudicialis sententia, aut transactio terminavit. †. Sed quoniam quidam post has nostras claras leges audaci mente nostram praesumpserunt male interpretari legislationem et sensum: tertiam coacti sumus exponere constitutionem, per quam iussimus, si quis legitimam uxorem habens, et legitimos ex ea filios: deinde ea moriente, aut matrimonio repudio soluto, habuerit filios ex alia, ad quam nuptiae non interdicuntur: postquam vero hi nati sunt, dotalia confecerit in eam documenta: legitimos etiam ita ei natos filios existere. Sed quia in ipsa nostra constitutione non adiecimus aperte valere huiusmodi legislationem, etiam in illis quorum patres adhuc supersunt, aut defuncti quidem sunt contentio autem neque iudiciali sententia, neque amicabili interventione decisa est: hanc quidam arbitrati sunt nos nullatenus velle ea quae in memoratis continentur legislationibus de filiis qui ante celebrationem dotium nati sunt, valere etiam in illis qui ante huiusmodi legislationem nati sunt, et maxime eo, quod huius pars in prima et secunda constitutione posita. ablata sint a nobis in Codicis compositione. Quod absurde arbitrati sunt. Iustissime namque et primae et secundae hoc subtraximus constitutioni, et tertiae non adiecimus, in particularibus namque positis legislationibus necessarium erat forte hanc accipere in praeterito legislationis relationem: in omni vero coacervatione legum Codicis cognominis nostri recte abscindere talia proposuimus: quatenus non multitudo superflua in Codice scriberetur. †. Tertia vero constitutione non adiecimus aliquid de temporibus cum omnibus manifestum sit, oportere ea quae adiecta sunt, per interpretationem in illis valere, in quibus interpretatis legibus sit locus.

figli procreati prima della formazione degl' instrumenti dotali si debbano applicare anche al passato per le quistioni che non furono terminate mediante sentenza o transazione. E, difatti, allorchè noi trattammo tal punto nella nostra prima costituzione abbiam detto che tanto se sono superstiti i genitori, quanto se morirono, debbano essere osservate le prescrizioni della legge, qualora le quistioni non siano state terminate da sentenza o transazione. A questa prima legge abbiamo aggiunto un'altra nella quale è detto che debbono considerarsi legittimi quei figli che nacquero prima della formazione degl' instrumenti dotali, ancorchè non ne fossero nati dopo, o, se nati, fossero morti ed inoltre che quella legge doveva applicarsi alle quistioni antecedenti, tranne quelle terminate da sentenza o transazione. Ma poichè dopo leggi sì chiare alcuni audacemente usarono interpretare malamente le nostre disposizioni, così fummo obbligati a promulgare una terza costituzione, colla quale abbiamo prescritto che se quegli il quale ebbe figli da una legittima moglie che egli perdette o per morte o per iscioglimento di matrimonio, ne procreò degli altri con un'altra colla quale non gli era interdetto di contrar nozze, e se dopo la nascita di questi si formarono gl' istrumenti dotali, anche questi figli siano legittimi. Però in tale nostra costituzione non avendo noi aggiunto che la si dee osservare anche per quei casi in cui i genitori vivono ancora o sono morti ed in cui la quistione non è stata terminata da sentenza giudiziale o transazione amichevole, alcuni credettero essere nostra intenzione le disposizioni di queste costituzioni circa i figli si dovessero applicare anche ai figli che nacquero prima della promulgazione di queste leggi, specialmente per la ragione che tal parte posta nella prima e seconda costituzione fu soppressa nella compilazione del Codice, opinione falsissima; poichè noi a buon dritto abbiamo soppresso tal parte nella prima, seconda e terza costituzione, mentre le leggi risguardanti materie singole debbono essere poste in relazione alle leggi vigenti. Per tutta la compilazione del Codice noi abbiamo ordinato di sopprimere simili prolissità che inutilmente impinguerebbero il Codice. Nella terza costituzione noi non abbiamo fatta alcuna menzione del tempo, al quale la legge deve applicarsi, sendo manifesto che le cose ora soggiunte dovevano essere supplite dall' interpretazione, avendo essa benissimo luogo in tal caso.

Cap. I.

Ut caput ultimum Novell. XII ad praeterita pertineat nondum iudicata aut transacta.

Quia vero omnino emerserunt quidam et de sic manifestis se dubitare contendentes, vel errantes, hanc

Capo I.

Il capo ultimo della Novella XII risguarda casi già avvenuti, non ancora giudicati ed assopiti da transazione.

Avvegnachè taluni caddero in dubbio od in errore circa tali disposizioni chiare per sè stesse, abbiamo

Digitized by Google

adiicemus legem, sancientes in praedictis tribus constitutionibus factam a nobis legislationem valere, in quibus etiam expressim primae positae a nobis legi adscripsimus: hoc est, sive superesse contigerit talium filiorum patres, sive mori: nondum vero huiusmodi negotio aut decreto aut transactione finis acceptus est: secundum haec tales causae ad leges a nobis positas deducantur: exceptis illis negotiis, quae contigit ante leges a nobis positas aut decreto iudicum aut transactione determinari.

EPILOGUS.

+. Quae igitur nobis placuerunt, et praesente sacra declarata sunt lege, tua sublimitas manifesta omnibus facere studeat. Dat. xv. Kal. Aug. Constantinop. post consulatum Belisarii V. C.

TIT. I.

De nuptiis.

Novella Constit. XXII.

Idem Imperator Ioanni gloriosis. sacrorum per Orientem praetoriorum praefect. iterum exconsuli et patricio.

PRAEFATIO.

Plurimae quidem iam variaeque positae sunt leges a nobis unicuique parti prius a nobis sancitorum quidem aut dispositorum, visorum autem nobis habere non recte, ad meliora dantes viam, et exponentes subiectis quo competat degere modo: hoc autem quod nunc a nobis fit, lex quaedam est communis omnibus et propria, rebus competentem ordinem ponens. Si enim matrimonium sic est honestum, ut humano generi videatur immortalitatem artificiose introducere, et ex filiorum procreatione renovata genera manent: iugiter Dei clementia, quantum est possibile, nostrae immortalitatem donante naturae, recte nobis studium est de nuptiis. Alia namque omnia quae sancita sunt a nobis, non omnibus competunt, nec hominibus, nec rebus, nec temporibus: studium vero nuptiarum totius est (ut ita dicatur) humanae sobolis: ex quo etiam renovatur solo: et ampliori quam alia sollicitudine dignum est. +. Antiquitas equidem non satis aliquid de prioribus aut secundis perscrutabatur nuptiis: sed licebat et patribus et matribus et ad plures venire nuptias, et lucro nullo privari: et causa erat in simplicitate confusa. +. Maioris autem Theodosii temporibus amplior sollicitudo facta est circa huius rei tractatum, donec circumiens per caeteros imperatores, in Leonem piae memoriae pervenit, virum fortiter atque viriliter etiam de istis plerunque sancientem. Nos autem in constitutionum compositione multa quidem et alia de

aggiunto la presente legge portante che debba aver luogo la legislazione contenuta nelle suindicate tre costituzioni, legislazione espressa nella prima delle medesime, vale a dire, che tanto se i genitori di questi figli sono viventi, quanto se morirono, qualora la quistione non sia stata assopita da sentenza o transazione, i casi debbano essere decisi a norma delle esposte prescrizioni di legge, ad eccezione di quelli che furono transatti o giudizialmente decisi.

EPILOGO.

Laonde tua sublimità farà a tutti manifeste le disposizioni di questa legge.

Data ai 18 di luglio in Costantinopoli, dopo il consolato di Belisario.

TITOLO I.

Delle nozze.

Novella Costituzione XXII.

L' *Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto dei pretorii in Oriente, già due volte console e patricio.*

PREFAZIONE

Abbiamo fatte molte leggi sopra ciascuna parte delle antiche disposizioni legislative che non ci sembravano giuste o convenienti pei nostri soggetti. Le prescrizioni da noi fatte sono di un' applicazione comune e dànno il competente ordine a tutte le cose. E difatti, se il matrimonio è cosa di tanta importanza che, si può dire, per suo mezzo si impedisca la distruzione dell' uman genere, rimovendosi esso sempre colla procreazione dei figli, per cui, mercè la clemenza di Dio, immortale si rende l'umana natura; esso meriterà tutta la nostra considerazione. Le disposizioni da noi fatte riguardo ad altri oggetti non sono proprie nè di tutte le persone, nè di tutte le cose, nè di tutti i tempi; ma le disposizioni relative al matrimonio risguardano tutto il genere umano, per cui esso merita una particolare considerazione. E per verità gli antichi non avevano bene esaminata la materia delle prime e seconde nozze e permettevano ai padri ed alle madri di contrarre più matrimonii e non li privavano di alcun vantaggio; per cui nella loro stessa semplicità le leggi producevano confusione. L' imperatore Teodosio fece qualche provvedimento sopra tale materia, e l'imperatore Leone da uomo grande, promulgò molte buone leggi in proposito. Anche noi abbiamo fatto molte disposizioni nelle nostre costituzioni; ma presa la cosa in più maturo esame, ci siamo determinati di correggere non solamente le disposizioni fatte dagli altri, ma eziandio

Digitized by Google

istis decrevimus: existimavimus autem oportere nunc consiliis perfectioribus causam considerantes etiam quaedam corrigere, non aliorum solummodo, sed etiam quae a nobis ipsis sancita sunt. Non enim erubescimus si quid melius etiam horum, quae ipsi prius diximus, adinveniamus, hoc sancire, et competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare corrigi legem.

quelle fatte da noi stessi e non ci vergogniamo se, conoscendo noi potersi perfezionare le nostre leggi, ci accingiamo a correggerle senza aspettare che ciò venga fatto dagli altri.

Cap. I.

Ut haec constitutio in futurum valeat, non in preteritum.

Duo igitur haec praemittantur huic legi. +. Et primum illud; ut omnia quidem quaecunque in prioribus sancita sunt, sive a nobis, sive a prioribus nostris, haec valeant singula secundum propria tempora non habentia ullam ex praesenti lege novitatem: sed et in suis casibus valitura atque tractanda: et suos eventus ex iis quae iam positae sunt legibus expectantia, et nihil communicantia praesenti legi. Praesentem vero legem ex nunc valere volumus in omnibus futuris casibus, et in omnibus postea nuptiis, sive prioribus, sive deinceps, et in posteris aut futuris, sive nuptialibus lucris, sive successionibus quae ex filiis sunt: etenim quod quidem omne iam praecessit conscriptis relinquimus legibus: quod vero futurum est, per praesentem munimus legem. Unde sive secundae provenerint nuptiae, sive parentibus successiones ex prioris matrimonii filiis, sive lucra ex dotibus, aut antenuptialibus donationibus, aut ex alia causa: sive existentibus ex secundo matrimonio filiis, sive etiam non: in prioribus temporibus haec serventur secundum sua singula tempora: et fruantur tam viri quam mulieres prioris legislatione, sive ad alias venerint nuptias, sive etiam usque ad priores steterint: sive successerint filiis sive aliquid omnium egerint priores sequentes leges. Illis enim credentes, et ita contrahentes nullus culpabit quare non futurum sciverunt: et hoc quod videbatur quidem et tractabatur omnibus modis crediderunt: quod vero nondum factum erat, non formidaverunt. Unde illa quidem omnia maneant suum servantia ordinem: deinceps vero tempus in posterioribus pariendis casibus omnia in una hac lege posita atque collecta respiciat quaecunque de futuris (sicut dictum est) nuptiis competunt valere. Unum itaque hoc praemittatur legi.

Capo I.

Questa costituzione dee aver forza obbligatoria per l' avvenire, non già pel passato.

Due premesse debbonsi fare a questa legge. E primieramente le antecedenti disposizioni di legge debbono valere pei casi già avvenuti, non ricevendo esse alcuna innovazione dalla presente; in secondo luogo la presente legge dee valere pei casi futuri relativamente alle prime, seconde ed ulteriori nozze, ai lucri nuziali, alle successioni dei figli; di modo che i casi avvenuti dovranno essere retti dalle precedenti leggi; i casi avvenire dalla presente. Quindi le seconde nozze, le successioni dei genitori ai figli del primo letto, i lucri dotali, le donazioni antenuziali o per altra causa, tanto se esistono, quanto se non esistono figli del secondo matrimonio, saranno rette dalle leggi vigenti ai tempi nei quali ebbero luogo; e sì i mariti che le mogli saranno soggetti all' antica legge tanto riguardo alle prime e seconde nozze, e riguardo alle successioni dei figli. E, difatti, essi non potevano sapere le leggi che si sarebbero in seguito promulgate, e quindi essi agirono senza poter temere alcuna contraria disposizione di legge. Quindi in tale materia si osserveranno le leggi vigenti ai tempi in cui successero i fatti, e la presente non potrà applicarsi che ai casi futuri.

Cap. II.

Ut poenam hac lege secundis nuptiis constitutam, coniuges testamento sibi remittere possint.

Secundum vero illud: Ut omnia quaecunque ex hodierna die testator disposuerit de talibus sive vir

Capo II.

I coniugi possono rimettere col testamento la pena stabilita da questa legge per quelli che passano a seconde nozze.

Oggigiorno qualunque disposizione che il testatore, sia uomo, sia donna, faccia sopra questa mate-

Digitized by Google

sive mulier consistat, haec valeant. Disponat itaque unusquisque super suis, ut dignum est, et sit lex, eius voluntas: sicut et antiquissima nobis lex et prima pene reip. Romanorum disponens ait, (dicimus autem duodecim tabularum) secundum antiquam et patriam linguam ita dicens, Uti legassit quisque de sua re, ita ius esto, nullo valente circa illius voluntatem, nec si sacram impetret formam, nec si quidpiam aliud omnium, aliquid, aliter disponere in rebus alienis.

§. 1. Si vero nihil testator dixerit aut disposuerit, quod non iam positis et valentibus praeoccupatum sit legibus nec aliquid contra universales leges ordinaverit: tunc haec nobis lex posita sit, omnia quantum est homini possibile comprehendens et transiens in brevi, et ea quae in prioribus erant corrigens nuptiis, et quae in secundis et ea quae in successionibus et in solutionibus nuptiarum, sive ex morte, sive ex separatione: et ea quae ante luctuosum tempus sunt, et post illud, et unam quandam continuationem faciens totius huius conscriptionis atque legislationis: olim quidem inchoatam, ex quinque vero praecipue et quinquaginta et centum annis frequentius motam, et particulariter correctam simul, et paulatim colligatam ad semetipsam et cohaerentem, et confusam in plurimis, et quadam semper egentem correctione, puramque et consonam sibi omnino declarans.

ria, sarà valida. Ciascuno disponga delle cose sue come gli piace, e sia legge la sua volontà; come dispone la prima quasi delle leggi dei Romani, vale a dire, la legge delle dodici tavole, che nell' antica e patria lingua diceva: *Uti legassit quisque de sua re, ita ius esto*; non potendo aver forza l'altrui volontà nelle disposizioni testamentarie, nè per imperiale rescritto od altro.

§. 1. Se poi il testatore niente disse o dispose, subentra in allora la presente legge, la quale, per quanto è umanamente possibile, fa brevi disposizioni e corregge le antiche leggi circa le prime e seconde nozze, le successioni e lo scioglimento di matrimonio, il tempo luttuoso, formando una compiuta legislazione, cominciata ad un tempo, trattata in seguito pel corso di centocinquantacinque anni e particolarmente corretta ed a poco a poco unita insieme, ma confusa per lo più e bisognevole di correzione, ed ora ridotta pura consona e che risolve tutti i casi.

Cap. III.

Efficiens Nuptiarum, et quae res constituat nuptias, sive dissolvat.

Nuptias itaque affectus alternus facit, dotalium non egens augmento cum enim semel convenerint sub puro nuptiali affectu, sive etiam oblatione dotis, et propter nuptias donationis: oportet causam omnino sequi etiam solutionem aut innoxiam, aut cum poena: quoniam eorum quae in hominibus subsequuntur, quicquid ligatur, solubile est. Ut autem etiam super indotatis matrimoniis distractione facta, poena merito subsequatur: hoc nos adinvenimus primi.

Capo III.

Cosa formi le nozze, cosa le costituisca, e cosa le sciolga.

Il mutuo affetto forma le nozze senza bisogno delle stipulazioni dotali; imperocchè le nozze si costituiscono col puro affetto nuziale od anche coll' offerta della dote o della donazione a causa di nozze; ma tali nozze potranno essere sciolte od incorrendo in pena, ovvero non incorrendo, poichè ogni legame incontrato dagli uomini può essere sciolto. Noi per altro pei primi indicheremo le pene dello scioglimento dei matrimonii indotati.

Cap. IV.

Contraria Nuptiarum, et de divortiis bona gratia *factis, et aliis modis.*

Distrahuntur itaque in vita contrahentium matrimonia: alia quidem consentiente utraque parte: pro quibus nihil hic dicendum est, pactis causam sicut utrique placuerit, gubernantibus: Alia vero per occasionem rationabilem, quae etiam *bona gratia* vocatur: alia vero citra omnem causam: alia quoque cum causa rationabili.

Capo IV.

Scioglimento delle nozze; divorzio detto di bona gratia e di altre specie.

Il matrimonio può sciogliersi in vita dei contraenti e col consenso dell' una e dell' altra parte, sopra il quale scioglimento non può dirsi alcuna cosa, sendo in tal caso unica norma i patti stabiliti.

Il matrimonio poi si scioglie anche per occasione ragionevole che chiamasi di bona grazia; per nessuna causa o per causa ragionevole.

Digitized by Google

Cap. V.

De monachismo.

Secundum occasionem, itaque inculpabilem, quando conversationem altera eligit pars, ad meliorem migrans vitam, et sub castitate conversationem concupiscens: tunc enim lex alia nostra dicit licentiam esse viro et mulieri ad meliora migranti, transigere matrimonium, et abscedere, quodam brevi dimisso, ei qui relinquitur, solatio. Quodcunque enim pacti fuerint, contrahentes ex morte fieri lucrum, hoc habere oportet eum qui dimittitur ab altero sive vir, sive mulier sit: eo quod et iste; quantum ad matrimonium, videtur mori, aliud pro alio vitae eligens iter.

Cap. VI.

De Impotentia.

Per occasionem quoque necessariam et non irrationabilem distrahitur matrimonium, quando aliquis impotens fuerit coire mulieri, et agere quae a natura viris data sunt: si biennium quidem secundum de hoc a nobis pridem scriptam legem transcurrat ex nuptiarum tempore: ille vero quia pro veritate est vir, non ostendat: licebit enim mulieri aut eius patribus, disiungere matrimonium, et mittere repudium, vel si noluerit hoc maritus: et hic siquidem dos (si quae omnino data sit) sequetur mulierem: et reddet hanc vir, si contigit eam accipi: propter nuptias autem seu ante nuptias donatio manet apud virum, nihil de suo damnificandum. Hanc itaque legem corrigimus brevi quadam adiectione: non enim biennium numerari solum ex ipso tempore copulationis, *sed triennium* volumus: edocti namque sumus ex iis, quae ante haec provenerunt, quosdam amplius quam biennium temporis non valentes, postea potentes ostensos ministrare filiorum procreationi.

Cap. VII.

De Captivitate.

Sed etiam *Captivitatis* casus talis est, quale est *bona gratia* distrahere matrimonium: sive enim contingat tale infortunium viro, muliere in rep. manente, sive rursus mulier quidem in captivitatem ducatur, maneat autem vir in republica: scrupulosa quidem et subtilis ratio transigit nuptias: (servitute namque semel superveniente alteri personae fortunae inaequalitas aequalitatem ex nuptiis manere non sinit) attamen humanius talia contemplantes, donec quidem est manifestum superesse aut virum, aut uxorem, manere insoluta matrimonia sinimus: et non venient ad secundas nuptias neque mulieres, neque viri, nisi voluerint videri ausu temerario hoc egisse, et poenis

Capo V.

Monachismo.

Per occasione incolpabile si scioglie il matrimonio allorquando uno dei coniugi vuol darsi ad una santa e casta vita. In tal proposito una nostra legge dice: Il marito o la moglie che vuol dedicarsi ad una vita più perfetta, potrà sciogliere il matrimonio lasciando qualche soccorso al coniuge che abbandona. Il lucro poi, che i contraenti pattuirono doversi percepire in caso di morte dovrà spettare a quel coniuge che viene abbandonato, tanto se questi è il marito, quanto s' è la moglie; poichè quello che elegge un' altra vita si considera morire riguardo al matrimonio.

Capo VI.

Impotenza.

Per occasione necessaria e non irragionevole si scioglie il matrimonio allorquando taluno impotente alla copula non possa eseguire l' atto matrimoniale per due anni da computarsi dal tempo delle nozze, giusta una nostra legge già promulgata; imperocchè la moglie di lui od i genitori di lei potranno sciogliere il matrimonio e mandare il ripudio al marito anche contra voglia di lui. La dote dovrà essere restituita alla moglie, come pure le donazioni antenuziali o per causa di nozze dovranno appartenere al marito, il quale non dovrà da ciò soffrire nessun danno. Noi per altro ora correggiamo la sopraindicata legge prescrivendo che non debba scorrere un biennio, ma bensì un triennio dal primo momento dell'unione matrimoniale, poichè dai casi avvenuti fummo istruiti che molti essendo impotenti alla copula per più di un biennio, divennero poscia potenti alla procreazione dei figli.

Capo VII.

Cattività.

Anche la cattività è una causa come quella di buona grazia di scioglimento di matrimonio. Poichè se il marito cade in cattività mentre la moglie resta cittadina, ovvero se la moglie cade in cattività ed il marito resta cittadino; una ragione scrupolosa e sottile scioglie il matrimonio (mentre qualora un coniuge cade in cattività, l' ineguaglianza della condizione non è compatibile colla eguaglianza del matrimonio); per altro per viste più umane, qualora si abbiano prove che il coniuge caduto in cattività è in vita, il matrimonio dee sussistere, nè l' altro coniuge potrà passare ad altre nozze senza essere soggetto alle pene portate per tal caso. Il marito avrà diritto all'esazio-

Digitized by Google

succumbere: illum quidem ante nuptias donationis dicimus exactioni illam vero dotis. Si vero incertum sit, utrum superest, an non quae ad hostes persona devenit: tunc *quinquennium* expectandum est sive a viro, sive a muliere: post quod, sive manifestum de morte fiat, sive incertum maneat, nubere licebit si ne periculo: hoc enim et in nuncupatis *bona gratia* transactionibus,a praecedentibus connumeratum est: nos quoque in hoc consentimus, ut hic neque repudio fiat opus, ita personis distantibus ab alterutris,et nullus ex hoc lucrabitur, neque vir dotem, neque mulier ante nuptialem donationem, sed unusquisque in suis manebit.

Cap. VIII.

De servitute poenae.

Quod autem prius ex legum severitate introductum est, nos clementi cessione resolvimus. Si enim ex decreto iudiciali in *metallum* aliquis aut vir aut mulier dari iussus esset, (quale nunc est in Proconneso et in appellata Gypso servitus quidem erat et ab antiquis legislatoribus sancita, et ex supplicio illata:separabatur vero matrimonium, supplicio possidente damnatum, sibique servientem. Nos autem hoc remittimus: *et nullum ab initio bene natorum ex supplicio permittimus fieri servum.* Neque enim mutamus nos formam liberam in servilem statum: qui etiam dudum servientium manumissores esse festinavimus. Maneat igitur matrimonium hoc nihil ex tali decreto laesum, utpote inter personas liberas consistens.

Cap. IX.

Servilis conditionis detectio.

Si vero decretum iudiciale libertum aut libertam aut horum filios in servitutem redigat: constat quidem ab initio matrimonium, postea vero apparens servitus separat eos ab invicem, tanquam morte secuta: quoniam praecedentes nos dicunt super venientem servitutem non procul a morte differre. + Idcirco hoc quidem quod proprium est, unusquisque recipiat, placitum vero solum quod ex morte est, liberis acquiratur: reliqua vero veniant ad eum qui redigitur in servitutem.

Cap. X.

De iis qui ancillam duxerunt putantes esse liberam.

Si vero ab initio putaverit aliquis liberae iungi personae, illa vero famula postea declaretur existens: non dicimus solvi matrimonium, sed ab ipso initio neque matrimonium fieri, secundum prius a nobis dictam causam, propter inaequalitatem fortunae:un-

ne della donazione antenuziale, e la moglie a quella della dote. Se poi è incerto che la persona caduta nelle mani dei nemici sia in vita, in allora dal marito o dalla moglie dee aspettarsi un quinquennio, trascorso il quale, l'altro coniuge potrà contrarre nuovo matrimonio tanto se si hanno prove, quanto se non se ne hanno della morte del coniuge. Questa causa di scioglimento di matrimonio è annoverata tra quelle che chiamansi di buona grazia. Noi pure la riponiamo tra queste cause, poichè in tal caso non havvi bisogno di mandare il ripudio, e nè l'uno nè l'altro coniuge non percepisce alcun lucro, ma ognuno ha il proprio.

Capo VIII.

Servitù della pena.

La nostra clemenza abolisce ciò che venne introdotto dalla severità delle leggi. Imperocchè se un coniuge veniva condannato alle miniere per sentenza giudiziale, sendo per le leggi reso schiavo della pena, il matrimonio si scioglieva. Noi per altro non ammettiamo questa massima e non permettiamo che alcuno di libera condizione si renda servo in forza della pena; poichè non cangiamo lo stato libero in servile, tanto più che anzi procurammo di liberare dallo stato servile.

Laonde resti sussistente tale matrimonio senza che possa essere leso da alcuna sentenza, come se fosse un matrimonio di persone libere.

Capo IX.

Scoperta della condizione servile.

Se avvenga che un decreto giudiziale dichiari servo un liberto od una liberta od i figli, ovvero se risulti essere in servitù uno dei coniugi, avrà luogo lo scioglimento di matrimonio, poichè le precedenti leggi dicono che la servitù sopravveniente non differisce gran fatto dalla morte. Per lo che ciascuno riceverà ciò che gli appartiene, ed i figli acquisteranno ciò che ad essi spetta pel caso di morte. Il restante dovrà appartenere a quello che viene ridotto in servitù.

Capo X.

Di quelli che condussero in moglie una serva creduta libera.

Se qualcuno condusse in moglie una donna di condizione servile credendola libera, la quale poscia fu dichiarata serva, il matrimonio non diciamo *sciogliersi*, ma bensì essere stato nullo fino da principio in forza della disuguaglianza di condizione; quindi non

Digitized by Google

de neque lucrum ex matrimonio contemplandum esse neque aliquid tale esse, sed puram rerum competentium per congruas actiones redditionem. ✝ Haec autem decernimus: et tale non esse dicimus matrimonium, si causam animus incertus disponat solum, neque consensu domini, neque malignitate eius aliqua, neque negligentia convicta.

avrà luogo alcun lucro da tale matrimonio, ma bensì la restituzione delle cose a ciascuno competenti. Tale unione poi non potrà dirsi matrimonio qualora non sia intervenuta incertezza circa lo stato, nè consenso, nè alcuna malizia o negligenza.

Cap. XI.

Nam si tradiderit tanquam liberam suam ancillam dominus: ille autem liber existens, et credens tradenti hanc accipit, forsan etiam dotalibus celebratis documentis, aut neque celebratis quidem, eius autem voluntate causam gubernante: non erit iustum, tale non constare matrimonium: sed tacitam libertatem sequi sive virum, sive mulierem. Et cum tale aliquid a domino fit: sancimus, et rapi talem virum aut foeminam ad ingenuitatem et causam tanquam super liberis, et ingenuis iudicari.✝ Si vero ipse quidem non celebraverit nuptias, alterius personae dominus, sciat autem quod agitur, et ex studio taceat, ut postea causam sarciat alteri coniunctorum: ulciscimur huiusmodi, si aperta probetur nequitia: et privamus dominum ita maligne cogitantem: sitque rursus hoc etiam matrimonium, tanquam si consensisset dominus ab initio: et ille quidem cadat dominio, ad ingenuitatem vero servilis persona rapiatur: hoc ipso eveniente effectu, sive consensit, sive malignatus est dominus. Palam itaque est, quia etiam filii ex talibus nuptiis, liberi et ingenui secundum hanc nostram erunt legem.

Capo XI.

Se poi un padrone diede in moglie la propria serva come fosse persona libera, ad alcuno di condizione libera, il quale nel riceverla credette alle asserzioni del padrone, in tal caso dovrà aversi in considerazione la sola volontà, il matrimonio non sarà nullo tanto se furono celebrate, quanto se non furono celebrate le nozze, ritenendosi che il padrone abbia tacitamente data la libertà a questa serva. Qualora il padrone si diportasse in tal modo, l'uomo o la donna di condizione servile acquisteranno la libertà, e tale matrimonio si risguarderà aver avuto luogo tra persone libere. Se poi il padrone che non fu autore delle nozze, seppe che si celebravano ed a bella posta se ne stette silenzioso, sarà in obbligo di riparare alla sua malizia, qualora questa venga manifestamente provata; sarà quindi privato del dominio sopra l'uno dei coniugi, il quale diventerà libero come se da principio egli avesse acconsentito al matrimonio. Egli è poi manifesto che i figli nati da simili matrimonii saranno liberi ed ingenui in forza di questa legge.

Cap. XII.

De servo et ancilla aegrotante.

Et multo potius haec valeant, si contigit dudum servum aut ancillam seu *languentes dereliquisse*, seu etiam contempsisse eos, aut etiam amisisse super dominio adversus eos voluntatem. Illi namque utpote iam constituti liberi, et secundum pro derelicto titulum sui, et non aliorum existentes, non in posterum inquietabuntur ab iis qui possidere eos olim odio habuerunt.

Capo XII.

Servo o serva ammalati.

Si dirà lo stesso ed a maggior ragione se il servo o la serva abbandonati furono dal padrone in istato di malattia, vale a dire, il padrone perderà il dominio sopra i medesimi. Essi quindi si considereranno liberi e di proprio diritto in conseguenza di tale abbandono e non potranno essere più molestati da quelli che mentre li possedevano nutrivano verso i medesimi sentimenti di odio.

Cap. XIII.

Deportatio tamen in quam migravit, et antiqua *ignis et aquae interdictio*, quam aqua et igni interdictionem vocant nostrae leges, non solvit matrimonia: haec enim et sacratissimo pridem placuit Constantino clemens quaedam causa, et a nobis quidem probata est, praesenti vero non copulata legi: unde neque effectus causae dicendi sunt, cum in suo maneat ordine.

Capo XIII.

La deportazione, l'interdizione dell'acqua e del fuoco non isciolgono il matrimonio, come dispose il clementissimo Costantino, disposizioni da noi confermate; non essendo tal causa annoverata dalla presente legge, quindi una tal causa non può avere l'effetto di sciogliere il matrimonio.

Digitized by Google

Cap. XIV.

Quintus modus disiungendi matrimonii bona gratia, et de desertione.

Novimus autem, et huius nostrae felicis. civitatis conditorem (divinae memoriae dicimus Constantinum) scripsisse legem, secundum quam si quis in expeditione fuerit, et tacuerit ad uxorem per quadriennium, et nullum ei fiat ab illo signum eius circa eam affectus, tunc licentia sit mulieri ad secundas nuptias veniendi, offerenti prius libellum militiae principi, et hoc ipsum testificanti: et si hoc fiat, inculpabiliter mulier ad virum alterum transiet,et non damnificabitur quidem dote: non tamen antenuptialem donationem lucrabitur. Hoc itaque sacratiss. Constantinus. Vehementer autem nobis immature habere illa constitutio videtur: actibus enim bellicis occupato marito, uxoris privationem inferre non minor est poena, quam ab hostibus capi. Ideoque non prius ad virum veniat secundum huiusmodi mulier, quam legislator iste proposuit, quam etiam decennii transeat tempus, et haec importuna quidem sit viro mittens literas, aut per aliquos verbis utens ad eum: ille vero aut aperte renuat nuptias eius, aut absolute conticeat:tunc quoque libellum offerat, aut gloriosiss. magistro militum, aut spectabili duci, aut clariss. tribuno, sub quibus ipse miles est: tunc enim licentiam damus, et preces porrigere imperatori, et inde hoc promereri. Sciat autem, quia si citra hoc aliquid egerit: tanquam temerarie nubens legitimis poenis subiacebit.

§. 1. Mitiores itaque nuptiarum solutiones, tanquam generali quadam ratione sub *bona gratia* factis disiunctionibus, sciendum est tales esse quodammodo.

Cap. XV.

Causae repudiorum.

Caeterae vero causam querunt inspicere,aut a viro aut ab uxore factam, ut damnificent temerarium in casu eorum quae ab eo data sunt: dotis dicimus, aut propter nuptias donationis. + Sed harum causarum antiquiores quidem faciebant plurimos diversosque tractatus: *Theodosius* autem *iunior* alias quidem causas deinde sumens, alias autem et ipse adinveniens, de repudiis scripsit constitutionem: a nobis autem,et aliae quaedam adinventae sunt causae,quas recte habere perspeximus ad culpam referri eius qui succubuerit.

§. 1. Si igitur secundum Theodosii piae memoriae constitutionem valuerit mulier ostendere maritum aut adulterio delinquentem, aut reum homicidii, aut veneficiis, aut seditionibus occupatum, aut (quod pessimum omnium peccatorum est) communicantem delicto (dicimus autem machinatum aliquid contra ipsum imperium) aut condemnatum falsitatis, aut

Capo XIV.

Quinto modo con cui si scioglie il matrimonio bona gratia ed abbandonato.

Sappiamo che il fondatore di questa felicissima città, l'imperator Costantino di felice memoria, promulgò una legge, giusta la quale se taluno sia andato in ispedizione senza avvertire di ciò la moglie per un quadriennio, e senza dare ad essa alcun segno di affetto, la moglie potrà contrarre nuovo matrimonio presentando prima al comandante della milizia il libello comprovante l'avvenuto; fatto ciò, la moglie potrà unirsi ad un secondo marito, non sarà danneggiata nella dote, ma per altro non lucrerà la donazione antenuziale. Quest'è il tenore della costituzione dell'imperator Costantino ; ma a noi sembra che non siano bene ponderate tali disposizioni, poichè il privar della moglie chi è occupato nelle bellicose imprese è una pena non minore di quella d'essere preso dai nemici. In vista di ciò la moglie non potrà accoppiarsi ad un altro marito prima che sia scorso un decennio, e se non avrà spedito frequenti lettere al marito, il quale od espressamente rinunci al matrimonio, ovvero non dia alcuna risposta. In allora la donna presenterà il libello al gloriosissimo maestro dei militi, od allo spettabile comandante, od al chiarissimo tribuno da cui il milite dipende ; farà istanza all'imperatore, ed otterrà il permesso di nuovamente maritarsi. Se poi ometterà alcuna di queste formalità, sarà soggetta alle pene di chi contrae matrimonio in onta alle leggi.

§. 1. Tale modo di scioglimento di matrimonio dovrà annoverarsi tra quelli di buona grazia.

Capo XV.

Cause di ripudio.

Conviene poi esaminare chi diede causa al ripudio, se il marito o la moglie, onde assoggettare o l'uno o l'altra alla perdita della dote o della donazione antenuziale. Queste cause poi erano diversamente annoverate dagli antichi, e Teodosio il giovane promulgò una costituzione sopra i ripudii, nella quale egli riportava alcune cause in antico stabilite ed introducevane di nuove ; ma a noi sembrò doversi a queste aggiungere delle altre che debbono imputarsi alla parte colpevole.

§. 1. Secondo la costituzione di Teodosio di felice memoria, erano cause di ripudio se la moglie provava che il marito si fece reo di adulterio, o di omicidio o di veneficio, o di sedizione, o quello ch'è peggio, complice del delitto d'alto tradimento, o reo del delitto di falso, di violato sepolcro, di furto sacrilego, di ladrocinio, di aver dato ricetto a ladri, o reo di abi-

Digitized by Google

sepulchra effodientem, aut ex aliqua sacrarum domuum aliquid rapuisse, aut latrocinii sectantem vitam, aut latrocinantes suscipientem, aut unum eorum qui appellantur abigei (quibus est cura alienis insidiari animalibus aut iumentis, et ea transponere alibi) aut probet plagiarium esse, aut ita luxuriose viventem, ut inspiciente uxore cum aliis corrumpatur, quod maxime mulieres nuptas, utpote circa cubile stimulatas, exasperat, et praecipue castas, aut si insidias se passam a viro probet circa ipsam salutem, aut venenis, aut gladio, aut per alium aliquem talem modum, (multae namque hominibus ad militiam viae sunt) aut etiam si flagellis super ea utatur. +. Si igitur mulier tale aliquid ostendere potuerit, licentiam ei dat lex repudio uti, et nuptiis abstinere, dotemque percipere, et antenuptialem donationem totam, non solum si omnes simul probaverit causas, sed etiam si secundum se unam.

§. 2. Et rursus licentiam dat viro mulierem abiicere, si adulteram inveniat, aut veneficam, aut delinquentem homicidium, aut plagiariam aut sepulchrorum violatricem, aut sacrilegam existentem, aut faventem latronibus, aut viro nesciente vel etiam prohibente gaudentem conviviis aliorum nihil sibi competentium: vel etiam invito viro citra rationabilem causam foris pernoctantem, aut extra eius voluntatem Circensibus congaudentem, et spectaculis inhaerentem, aut theatris advenientem, (dicimus autem ubi scaena, et talia sunt, aut etiam ubi bestiis adversus homines pugna est) aut insidias sibi facientem ex venenis, aut gladio, aut alio factas modo, ex quibus circa vitam periculum est, aut etiam consciam tyrannidem meditantibus, aut falsitatis ream constitutam, aut audaces eius manus inferentem sibi, scilicet tali aliquo facto dat lex haec viro abiicere mulierem, si vel unam harum, et solam probaverit causam: et lucrari quidem dotem, antenuptialem vero habere donationem.

§. 3. Si vero altera harum personarum irrationabiliter repudium miserit, et hoc ipsum solvendi matrimonium sine ratione: subdita erit dudum a nobis dictis poenis. Insuper etiam uxor rea omnino ex memoratis causis pro irrationabilis repudii missione facta, et in quinquennium totum ad secundum venire prohibetur matrimonium, et ante quinquennium nutias non esse sine reatu, neque legitimas vocari: sed omnis volens adeat, et accuset factum, tanquam contra legem praesumptum.

Cap. XVI.

Si vero etiam rationabiliter mulier repudium miserit, et in certaminibus vicerit, aut vir irrationabiliter eam abiicens subiacuerit poenis: lucretur quidem lucra primitus dicta: erubescat autem ante annum completum ad secunda vota venire. Quod non observandum nobis est in viro irrationabiliter obtinente talia lucra: cum et non obtinenti etiam repen-

geato (delitto che consiste nel portar via animali o giumenti), di plagio ; ovvero che conduce vita libidinosa, che si unì ad altra donna sotto i suoi proprii occhi, cosa che affligge sommamente le mogli, specialmente oneste ; che insidiò la vita di lei col veleno, con ferro ed in altro modo (sendo molti i modi coi quali gli uomini possono esercitare la loro crudeltà), ovvero che la percosse. Laonde se la moglie potrà addurre prove di tali fatti, avrà facoltà di ripudiare il marito, separarsi da esso, percepire la dote e tutta la donazione antenuziale, non solamente se concorsero tutte le suindicate cause, ma eziandio se ve ne fu una sola.

§. 2. La stessa costituzione dà facoltà al marito di ripudiare la moglie se la scopre rea di adulterio, di veneficio, di omicidio, plagiaria o violatrice di sepolcri, sacrilega, protettrice dei ladri, ovvero se viene a sapere aver essa assistito a conviti di uomini che non le appartengono senza sua saputa, od essendole da esso ciò proibito; ovvero abbia passato una notte fuori di casa, all' insaputa del marito e senza ragionevole motivo; aver assistito senza il suo consenso ai giuochi circensi, agli spettacoli, ai teatri (vale a dire, essere andata in luoghi ove è la scena o vi sono combattimenti di bestie con uomini), aver insidiato la vita di lui con veleno, con ferro, o con altro mezzo, avergli fatto mali trattamenti, essersi resa rea di falso, aver procurato di darsi la morte, provando una sola di tali cause la legge dà al marito la facoltà di ripudiare la moglie ritenendo per sè la dote e la donazione antenuziale.

§. 3. Se poi uno dei coniugi ripudierà l'altro senza causa, sarà soggetto alle pene da noi inflitte. La moglie rea delle suindicate colpe e che avrà dato un irragionevole ripudio non potrà contrarre nuovo matrimonio se non dopo che scorso sia un quinquennio; ed il matrimonio, che entro questo quinquennio essa celebrasse, non sarà illegittimo. Ognuno avrà la facoltà di accusarla di simile atto contrario alle leggi.

Capo XVI.

Se poi la moglie avrà ripudiato il marito per causa che fu riconosciuta giusta, ovvero se il marito la ripudiò senza giusta causa, spetteranno ad essa i lucri nuziali ; ma non potrà contrar nuovo matrimonio prima che sia scorso un anno dal primo. Ciò poi non dovrà osservarsi rispetto al marito, il quale, ancorchè non riceva i lucri nuziali, può però passar tosto ad

Digitized by Google

te nuptias facere licet: quoniam nulla circa sobolis confusionem rationabilis est suspicio: quod in mulieribus ante anni completionem recte prohibetur: et tanta est prohibitio ex hoc, quia licet bona gratia dissolvi matrimonium contingat, tamen etiam ex Anastasii piae memoriae constitutione, in annum prohibitio secundarum nuptiarum mulieribus instituta est.

§. 1. Has itaque causas nobis Theodosius explanavit: nos autem ex veteribus sumentes, et alias adiecimus tres. Si enim mulier tanta teneatur nequitia, ut etiam ex studio abortum faciat, virumque contristet, et privet spe filiorum: vel tanta libido est, ut etiam cum viris voluptatis occasione lavetur: aut etiam dum adhuc constat matrimonium cum viro, ad alios de nuptiis suis loquatur: licentia datur a nobis, viris mittere eis repudia, et lucrari dotes, et antenuptiales habere donationes: utpote etiam his causis rationabiliter solvere valentibus matrimonium: et sub eundem deferentibus ordinem, sub quem et poenas Theodosii divinae memoriae definivit constitutio.

Cap. XVII.

De adscriptitio, qui liberam mulierem habere non potest.

Adscriptitio autem alieno nubere liberam non licet, neque ignorante, neque sciente, neque consentiente possessore: sed licet aliquid tale ab adscriptitio geratur, licebit domino et ipsi per se et per provinciae iudicem, castigare plagis mediocribus hoc agentem adscriptitium, et abstrahere ab ea quae frustra ei coniuncta est: unde neque nuptiae sunt quod factum est, nec oblatio dotis, nec antenuptialis donationis: sed pura facti mali correctio.

§. 1. Sic itaque matrimonia dissolvuntur viventibus adhuc iis qui ea contraxerunt: et pecuniariae poenae circa dotem et sponsalitiam consistunt donationem.

Cap. XVIII.

De nuptiis sine dotalibus instrumentis contractis.

Sed a nobis aliquid etiam aliud adinventum est, ut etiam indotata matrimonia irrationalibus factis divisionibus castigationi tradantur competenti. +. Si quis enim duxerit uxorem, aut etiam mulier ad virum veniat, nuptiali quidem assumpta voluntate atque sententia, non tamen secuta dote, aut sponsalitia largitate, (ubi quoque praesumptive fieri solutiones contigebat, nullo ex hoc contra temerarium sequente periculo) constitutionem scripsimus dicentem: Si quis sub potestate constitutam mulierem voluntate parentum, aut etiam suae potestatis forte ducat uxorem, neque dote oblata, neque instrumentis dotalibus factis: nuptiae quidem sunt, licet dotalia instrumenta non sint conscripta: ut non ob hoc vir (quod in multis novimus factum) expellat domo uxorem sine ulla

un nuovo matrimonio, poichè riguardo a lui non havvi timore di confondere la prole come avviene riguardo alle donne. Questa proibizione di contrarre matrimonio entro l'anno è sì di rigore, che anche in forza di una costituzione dell'imperatore Anastasio di felice memoria alle donne è proibito di passare a seconde nozze prima che sia scorso un anno dallo scioglimento del primo matrimonio.

§. 1. Queste sono le cause di ripudio indicate dalla costituzione dell' imperatore Teodosio, alle quali noi ne aggiungiamo altre togliendole dagli antichi. Se la moglie è malvagia a segno di procurarsi l'aborto, affliggere il marito privandolo della speranza di aver figli, od è tanto lasciva da andare per solazzo al bagno assieme con uomini; ovvero faccia parola di matrimonio con altri mentre è ancora unita a suo marito; noi diamo facoltà al marito di ripudiarla, di lucrare la dote e le donazioni antenuziali, come avviene allorquando il matrimonio si scioglie per le ragionevoli cause menzionate dalla costituzione dell'imperatore Teodosio, tra le quali cause debbono annoverarsi anche queste.

Capo XVII.

Ascrittizio che non può condurre in moglie una donna libera.

L' ascrittizio non potrà unirsi in matrimonio con una donna libera, nè ignorando, nè sapendo, nè acconsentendo ciò il possessore. Se avverrà che un ascrittizio contragga un tal matrimonio, il padrone o da sè stesso o mediante il giudice della provincia potrà assoggettarlo a lieve castigo ed allontanarlo da quella donna colla quale egli illecitamente si unì; di modo che tale unione non si risguarderà come matrimonio, nè si considererà aver avuto luogo la dote o la donazione antenuziale. Soltanto si correggerà un malfatto.

§. 1. Pertanto tali matrimonii si scioglieranno viventi ancora i contraenti ed avranno luogo pene pecuniarie circa la dote ed i sponsalizii.

Capo XVIII.

Nozze contratte senza gl'istrumenti dotali.

Anche i matrimonii contratti senza gli istrumenti dotali debbono essere sottoposti a competente regola in caso di separazione senza ragionevole causa. Sopra il caso poi che taluno o taluna contrasse matrimonio senza aver luogo la dote o la donazione per causa di nozze, (nel quale caso in antico potevasi ripudiare impunemente il coniuge), abbiamo promulgato una costituzione del seguente tenore. Se taluno condusse in moglie una donna sotto podestà dei genitori col consenso di questi, ovvero una donna di suo diritto, senza che abbia luogo la dote o la formazione degl'istrumenti dotali, il marito non potrà per tale motivo ripudiare la moglie, ma dovrà concorrervi una delle cause stabilite dall' imperatore Teodosio e da noi stessi. Che se tale marito scaccerà la

Digitized by Google

prius dictarum rationabilium causarum, quasque et Theodosius, quasque et nos enumeravimus. Si quid autem tale fiat, et aut sine causa eam abiiciat domo, aut etiam ipse rationabilem causam praestet, ut mulier separetur ab eius matrimonio: quartam partem propriae substantiae cogatur exolvere ei: et usque ad quadringentas quidem auri libras substantiam habens, centum libris damnificabitur, hoc est quarta substantiae parte: minorem autem hac, in quantum quartae facit quantitas. Si vero etiam maiorem praedictae quadringentarum auri librarum quantitatis substantiam habeat: non amplius centum auri damnificetur libris: ad maximam namque plerumque respicientes dotem, legem hanc scripsimus: substantiam illam merito secundum nostras leges existimantes esse, quae pura debitis videatur. +. Ratio quoque ex ipsis causis e contrario procedat. Et si mulier per culpam propriam separetur a viro indotata existens, aut etiam mittat ei sine aliqua causa rationabili repudium: iisdem in omnibus subiaceat poenis: et si quidem per culpam eius matrimonium solvatur, quinquennium observandum est mulieri, et secundis non copulabitur nuptiis: si vero per causam vel culpam mariti, aut etiam bona gratia distrahatur: merito, et hic annum custodiat, propter seminis confusionem: ut per omnia nobis lex perfecta sit.

Cap. XIX.

De repudiis quae a filiis familias mittuntur.

Est quoque quoddam, et aliud a nobis piissimum simul et gratum adinventum, ubi etiam repudiis missis nuptiae consistunt adhuc. Eorum namque qui sub potestate sunt calliditates circa parentes habitas prohibemus: quoniam quosdam invenimus ex studio repudia scribere festinantes, et mittere suis uxoribus, aut etiam ex diverso et nulla rationabili penitus existente causa, solvere matrimonia, ut eorum parentes subiaceant exactioni dotis, aut sponsalitiae largitatis, quasi soluto matrimonio: et ipsi quidem forsan latenter miscentur alterutris: discedunt autem parentes damnificati, et hanc suae ad filios humanitatis habentes recompensationem. Ideoque legem scripsimus, volentem: Neque sub potestate constitutos, neque emancipatos filios, neque masculos, neque foeminas posse distrahere matrimonia in suorum laesionem patrum aut matrum, qui dotes aut antenuptiales donationes obtulerunt, aut susceperunt soli, aut etiam cum filiis: sed sicut in contractu nuptiarum expectamus patrum consensum, ita neque transigere matrimonia sinimus in parentum laesionem, citra illorum voluntatem: sed si mittatur repudium, competere contra eos exactionem poenarum non sinimus, sive ipsi dederunt hoc vel susceperunt soli, sive etiam cum aliis susceperunt. Non enim habet rationem, parentem quidem citra voluntatem filii non posse transigere matrimonium: filiis autem permittere

moglie ragionevole senza colpa, ovvero se egli stesso diede alla moglie ragionevole motivo di separarsi da esso, egli sarà obbligato di darle la quarta parte della propria sostanza, di modo che se questa importasse quattrocento libbre d'oro, dovrà dare alla moglie cento libbre d'oro; vale a dire, la quarta parte in proporzione della stessa sostanza; se poi la sostanza è d'un valor maggiore di quattrocento libbre d'oro, dovrà dare cento libbre d'oro e non più, sendo questo il massimo dovuto alla moglie in forza della nostra legge. Questa misura poi si dovrà osservare sopra la sostanza depurata dai debiti. Le stesse regole si applicheranno anche alle mogli. Quindi se la moglie indotata per propria colpa si separa dal marito, ovvero se dessa senza ragionevole causa ripudia il marito, sarà soggetta a tutte queste pene. Inoltre, se il matrimonio si scioglie per colpa della moglie, essa dovrà aspettare un quinquennio prima di passare a nuovo matrimonio; ma se il matrimonio viene disciolto per colpa del marito, ovvero nel modo detto *bona gratia*, essa dovrà aspettare un anno onde non confondere la prole. In forza di queste prescrizioni la legge è perfetta.

Capo XIX.

Ripudii dati dai figli di famiglia.

Si prescrive inoltre con ottimo e pio divisamento, che sussista il matrimonio anche dopo mandato il ripudio. Con tali prescrizioni noi sventiamo le astuzie dei figli di famiglia contro i loro genitori sotto la podestà dei quali essi sono. E di fatti essi mandano i libelli di ripudio alle loro mogli, o viceversa, senza alcuna giusta causa, affinchè i genitori debbano sborsare la dote od i doni per causa di nozze, essendo sciolto il matrimonio; e ciò avviene spesso per accordo dei coniugi. I genitori quindi soffrono pregiudizio e ricevono tale ricompensa del loro affetto verso i figli. In vista di ciò abbiamo promulgato la seguente legge: Nè i figli sotto podestà, nè emancipati, siano maschi o femmine possono sciogliere il matrimonio a danno dei loro padri o madri, i quali promisero la dote o le donazioni antenuziali od in persona propria od unitamente ai figli; ma nello stesso modo che nel contratto di nozze dee concorrere il consenso dei genitori; così il matrimonio non potrà sciogliersi senza il consenso dei medesimi in proprio discapito. Se i figli ripudiano il proprio coniuge, non competerà contra i genitori l'esazione delle pene, tanto se le promisero in persona propria, quanto se unitamente ad altri. E difatti, non è ragionevole, che non potendo i genitori sciogliere il matrimonio dei figli contro volontà dei medesimi, i figli poi in età minore possono scioglierlo in proprio vantaggio ed

Digitized by Google

forsan, et in minori aetate constitutis, neque quod utile sit scientibus, citra patrum voluntatem solvere matrimonium, et ex hoc parentes laedere.

†. Hoc autem bene quidem inchoans philosophissimus sancivit Marcus: Diocletianus autem hunc secutus est: nos autem similiter approbavimus: sitque terminus nobis hic disiunctionum, quae superstitibus contrahentibus fiunt.

in discapito degli stessi genitori. L'imperatore Marco da vero filosofo, adottò questa massima seguita poscia da Diocleziano e da noi approvata; massima che in avvenire regolerà tali scioglimenti di matrimonio.

Cap. XX.

Deinceps autem matrimoniorum terminum: quae omnia similiter solvit, expectat mors. Unde sive morte viri solvatur matrimonium, sive fine mulieris, lucrum sit viro quidem in dote secundum quod nuptialium instrumentorum continetur pacto: mulieri vero ex nuptiali donatione, sicut et ibi convenerit a principio contrahentibus: non prohibendis quidem in aequalibus secundum quantitatem oblationibus: prohibendis autem inaequalibus pactis, hoc quod fortissimus quidem Leo in suis conscripsit legibus, nos autem hoc sumentes, adhuc clarius ordinavimus. Si enim alter quidem amplius, alter vero minus in lucro paciscatur: incertum erit quale oportet esse, quod teneat, utrum quod plus, an quod minus, dubitatione ex utroque similiter insurgente: Unde nobis placuit immoderationes aversantibus ad minus pertrahere quod in pacto plus est, et non alii quidem licere tertiam, alii autem forsan quartam lucri pacisci: sed si quid tale fiat, quarta in utroque percipienda, et deinceps similiter in partibus: non tamen in constituta ex utroque quantitate.

§. 1. Soluto, igitur matrimonio secundum praedictas omnes disiunctiones, felix quidem et beatum est utrique contrahentium perdurare in priori coniugio, et non procreatam sobolem sequentibus matrimoniis forsitan contristare. Et si hoc egerint, et in prioribus steterint nuptiis: habebunt quidem propria, hoc est dotem quidem mulier: sponsalitiam vero largitatem vir: nihil perscrutantibus nobis hoc quod super secundis est nuptiis. Percipient autem lucra: vir quidem ex dote: mulier autem ex antenuptiali donatione, et erunt haec eis propria, nihil pene ab alia eorum differentia possessione: unde donec vixerint, omnem licentiam habebunt alienationis super his, sicut in aliis quae de suo ab initio habuerunt. Si vero etiam moriantur: liceat eis et legatis, et fideicommissis res has in alios migrare: talem quippe alienationem permissimus nos constitutionem pro his conscribentes.

§. 2. Si vero filios ex aliqua parte scripserint heredes, extraneos autem ex alia: maneant autem tales res, aut etiam quaedam earum non alienatae: non ob hoc alienatae hae videbuntur, quoniam aliquis etiam alter scriptus est heres: sed maneat etiam haec filiis. Non enim si scripserit omnes filios heredes ex inaequalibus partibus, has secundum hereditarias accipient portiones, sed ex aequo dividunt secundum

Capo XX.

Scioglie il matrimonio la morte, termine di tutto. Laonde se il matrimonio si scioglie per morte del marito o della moglie, il marito avrà il lucro nella dote, giusta i patti fatti nel contratto di matrimonio, la moglie avrà il lucro nella donazione antenuziale, giusta i patti fatti dai contraenti. E noi non proibiamo la ineguaglianza della quantità, ma bensì la ineguaglianza dei patti, come porta la legge dell' imperatore Leone, legge da noi posta in chiarezza. Imperocchè se uno degli sposi pattuisce una quantità maggiore di quella che pattuisce l' altro, diverrebbe incerto quale dei due patti debba osservarsi, vale a dire, se quello che contiene maggiore quantità, ovvero quello che contiene quantità minore. Quindi a noi piacque che si debba osservare la quantità minore patteggiata, di modo che uno non possa patteggiare la terza parte e l' altro la quarta; ma bensì se avvenne questo caso, l'uno e l'altro debba percepire la quarta parte, non già quella stabilita dall'uno e dall'altro.

§. 1. Sciolto che sia il matrimonio plausibilissima cosa sarebbe che il coniuge conservasse la fede al primo matrimonio e che non affliggesse i figli, contraendone un secondo. Quindi se la moglie od il marito non passerà ad un nuovo matrimonio, la prima percepirà la dote ed il secondo la donazione a causa di nozze, ed il marito percepirà il lucro della dote e la moglie quello della donazione antenuziale; cose che rimarranno ad essi proprie, di modo che mentre vivono avranno la facoltà di alienarle ed in morte di lasciarle in legato ed in fedecommesso, come abbiamo permesso in una nostra costituzione.

§. 2. Se poi avranno instituiti eredi i figli in una parte e gli estranei in un' altra, tali cose dovranno conservare la loro natura e restare ai figli. Imperocchè se avessero instituiti eredi tutti i figli in disuguali porzioni, essi non riceverebbero secondo tale partizione la loro quota, ma parti eguali secondo il loro numero; come se non avessero instituito alcun figlio erede, ma tutti estranei, le percepirebbero benchè

Digitized by Google

numerum suum : sicut etiam si nullum eorum scripserit heredem, sed extraneos omnes, eis per alios modos satisfactione habita, percipient eas, cum utique non sint heredes parentum. Placuit enim nobis per praesumptionem, quia pater dum non vivens alienaverit, aut expressim obligaverit aliquid harum rerum, aut moriens non expressim in alium eas transposuerit, voluerit magis servare filiis, tanquam ex causa illorum sibimet acquisitas, et non ad extraneos deducere : et dabuntur haec filiis honore praecipuo ex nostra lege, licet non fiant heredes aut patris, aut matris, aut utriusque: vel si quidam eorum fiant heredes, alii vero repudient : hoc enim nobis rectius quam prioribus placuit habere. Unde si praemium est ex lege descendens in eos: nulla adiectione neque turbetur, neque minuatur, nisi forte causam ipsi dent filii suae diminutionis.

Cap. XXI.

De ingratis liberis.

Si quis enim ex eis ingratus videtur, praemium hoc aliis damus nihil tale agentibus : ut et alios corripiamus parentes honorare, et ad fratrum exemplum respicere : Unde si tantum infortunium filiorum sit sobolis, ut omnes ingrati sint : ad heredes venient haec defuncti, tanquam illius substantiae constituta, non valentibus filiis ex parente a se exhonorato praemium habere : quod nos eis propter hanc causam non damus.

§. 1. Si vero filiorum alii quidem inter vivos sint, alii vero defuncti quidem sint, filios autem relinquant : defuncti portionem illius damus filiis, si heredes sint patris : alioqui ad fratres deducimus. Et ideo legem nostram perficientes, volumus haec valere non super dote solum, neque super sponsalitia largitate : sed etiam super indotatis matrimoniis: ex constitutione nostra introductis lucris: nam et illud, nisi ad secundas veniant nuptias parentes, sed servent, erit filiorum quo dudum diximus modo. Primae siquidem nuptiae, et hinc lucra et observationes, usque ad hoc dispositae sint.

Cap. XXII.

De secundis nuptiis.

Si qui vero prioribus non contenti nuptiis, etiam ad secundas venerint: necesse est legi hos se supponere, aut sine filiis existentes ex prioribus, ex secundis autem filios habentes: aut etiam ex diverso sine filiis quidem ex secundis, parentes autem ex primis: aut sine filius ex ambobus: aut parentes ex utroque. †. Si igitur sine filiis manserint ex prioribus, aut etiam ex ambabus nuptiis, nulla perscrutatio circa nuptias secundas est: sed viri quidem ibunt omnino omni observatione liberi: mulieribus autem solummodo imminebit metus, ut non ante annale tempus

non fossero eredi dei genitori. E, diffatti, secondo noi, allorquando il padre vivente non alienò od espressamente non obbligò tali cose ad alcuno, ed in morte non le fece passare in alcuno, havvi la presunzione che le volesse conservare ai figli come acquistate per loro mezzo e che non passassero ad estranei; quindi tali cose in forza di questa legge spetteranno ai figli benchè non siano eredi del padre, della madre, o dell'uno e dell'altro, ovvero se alcuni di essi sono eredi ed altri abbiano ripudiato. Ciò sembraci più giusto di quello che era portato dalle antiche leggi. Tale concessione fatta ai figli essendo un beneficio derivante da questa legge, non potrà essere alterata, nè diminuita, qualora gli stessi figli non fossero causa di tale diminuzione.

Capo XXI.

Figli ingrati.

Il figlio ingrato sarà privato da tal beneficio, il quale accrescerà agli altri che non si diportarono con ingratitudine ; e ciò a fine di obbligare i figli ad onorare i loro genitori. Se poi tutti i figli si diportarono con ingratitudine verso i loro genitori, le cose di cui si tratta passeranno agli eredi non potendo i figli diseredati dai genitori ottenere questo beneficio.

§. 1. Se poi alcuni figli morirono, restando superstiti alcuni altri, i quali lasciano figli, questi avranno la porzione dei defunti, qualora siano eredi del padre, in caso diverso, i fratelli. E perfezionando noi la legge prescriviamo che tali disposizioni valgano non solamente riguardo alla dote ed alle donazioni per causa di nozze, ma eziandio riguardo ai matrimonii indotati, introdotti essendo i lucri dalla nostra costituzione ; imperocchè questi, allorquando i genitori non passano a seconde nozze, spetteranno ai figli nel sopraddetto modo. Le disposizioni da noi fatte contemplano il caso in cui i genitori non contraggono un secondo matrimonio.

Capo XXII.

Seconde nozze.

Nel caso che i genitori fossero passati a seconde nozze, conviene distinguere s'essi hanno figli dal secondo matrimonio non avendone di superstiti dal primo, ovvero s'essi non nè hanno di superstiti dal secondo matrimonio avendone dal primo, ovvero s'essi non hanno figli superstiti nè dal primo nè dal secondo, ovvero s'essi ne hanno dal primo e dal secondo. Se essi non hanno figli dal primo nè dal secondo matrimonio, il contrar ch'essi fanno nuovo matrimonio non porta alcuna alterazione, potendolo i maschi in ogni tempo senza essere soggetti ad alcuna prescri-

Digitized by Google

ad secundum veniant matrimonium: aut sciant, quia si quid tale gesserint, et immaturas contraxerint nuptias, subibunt poenas, alias quidem si sine filiis ex prioribus sint matrimoniis: maiores autem si etiam filii sint. Si enim non est soboles, infamia mox sequetur: et erit omnino mulier propter nuptiarum festinationem infamis, et neque percipiet aliquid horum quae a priore relicta sunt ei consortio: neque fruetur sponsalitia largitate: neque marito secundarum nuptiarum ultra tertiam suae substantiae offeret partem: sed neque extrinsecus sentiet largitatem: neque percipiet penitus ab ullo extraneorum, non hereditatem, non fideicommissum, non legatum, non mortis causa donationem: sed haec veniant aut maneant apud heredes defuncti, aut coheredes eius, si poterat heres esse, utpote ea nullam utilitatem habente. Sed si scripti et alii sint heredes, sive etiam ab intestato vocentur: ad illos veniens quae tali mulieri derelicta sunt: non enim fiscus haec vindicabit:(ne aliquo modo videamur talia corripientes fisci providere utilitati) sed illa quidem quae extrinsecus ei derelicta sunt,ad alios venient.Quae vero a priore marito sunt ab ea sublata, venient ad decem personas relinquentis cognationis quae edicto continentur: hoc est ascendentes, et descendentes, et ex latere usque ad secundum gradum: gradibus in suo servandis ordine. Quibus non existentibus, ad aerarium venient.

La materia che segue è antica, ed ebbe molte correzioni non solamente da altri ma da noi ancora senza per altro giungere ad uno stato di perfetta regolarità al che ora mirando facciamo le presenti disposizioni. E, diffatti, l'antichissima legge Giulia Miscella, tutta intesa alla procreazione dei figli permetteva alle mogli, in onta alla proibizione fatta dai loro mariti, i quali ad esse avevano lasciata qualche cosa colla condizione che non passassero a seconde nozze, di contrarre un nuovo matrimonio qualora giurassero di far ciò ad oggetto di aver figli ed accordava ad esse ciò ch'era lasciato dai loro mariti, qualora facessero ciò entro l'anno. Scorso però l'anno, se esse volevano ricevere ciò che era lasciato dai loro mariti, dovevano dar cauzione di non passare a seconde nozze. Quest'aggiunta è dello stesso Giulio Miscello, prescrizione però che già prima di lui era stata fatta da Quinto Muzio Scevola esigendo egli tale cauzione per ogni condizione proibitiva di simil genere. Osservando noi però che le donne contraggono tali matrimonii non già in vista di ottener prole, ma in vista delle sole nozze, credemmo bene di evitare lo spergiuro. L'antica legge non imponeva tal giuramento alle sole donne che non avevano figli, ma eziandio a

Digitized by Google

periurium eis cohibere, nec sinere talia subire iuramenta, in quibus omnino periurium promptum est. Nam nec illud inerat legi, ut oporteret sine filiis existentes mulieres hoc iurare sacramentum; sed etiam filios habentibus hoc adiacebat iusiurandum, quod Deum simul, et defuncti animam contristaret: cum utique periurium quidem esset in promptu: filiorum vero procreatio in fortunae muneribus iaceret. Quia igitur hac nostra sancimus lege iusiurandum eis auferentes, et talem permittentes relictorum perceptionem, consideravimus (quoniam alterum quoque a nobis praetermissum est) oportere et defuncti animae mederi. Quapropter praesentem ponimus legem: non enim volumus deficientium nihil illicitum habentes, voluntates frustrari. Si enim diceremus oportere mulierem omnino viro praecipiente non nubere, hoc custodire; pro amaritudine habuisset hoc merito lex: nunc autem cum secundo praesto sit lex, sc. ut si voluerit nubere, accipiat quod relictum est: novissimi sceleris est despicere voluntatem defuncti ita fluctuantem, ut ei detur licentia nubendi, et accipiendi quod relictum est, et per omnia contristandi priorem maritum.

CAP. XLIV.

Unde sancimus: Si quis prohibuerit uxorem ad aliud venire matrimonium, sive etiam uxor maritum: (idem namque est utrinque) et pro hoc aliquid reliquerit: unam ex duabus conditionem habere contrahentium alterum: aut ad nuptias venire, et abrenuntiare praeceptioni, aut si hoc noluerit, sed honorat defunctum, omnino abstinere de caetero nuptiis.

§. 1. Sed ut non causa suspensa sit, et post tempora forsitan longa revertatur rursus exactio: propterea bene nobis visum est, huius rei determinare causam, et usque ad annum quidem non esse penitus petitionem relicti: nisi tamen modus sacerdotii adveniens alteri personarum statim praebeat exceptionem: utpote nequaquam nuptiarum existente spe.

§. 2. Si vero transire contigerit annale tempus: damus quidem personae huic accipere quod relictum est: non absolute tamen, nec simpliciter: sed si quidem immobilis fuerit res, non aliter hanc accipere, nisi iuratoriam cautionem exposuerit, et supposuerit, suas res, (hoc quod tacite ex hac lege damus) ut si ad secundas venerit nuptias, reddat quod datum est, tale quale percepit restituens, et quos accepit in medio fructus.

§. 3. Si vero mobilis fuerit res: si quidem idoneam habeat substantiam persona volens accipere, dari quod relictum est sub eadem cautione et iisdem hypothecis. Sed si quidem aliquid aliud mobilium fuerit: tale restitui, quale recepit, aut diminutionis medeatur partem.

§. 4. Si vero pecuniae fuerint etiam cum usuris, quas inde percipere valuerit: iureiurando restituentis hoc iudicando. Si vero non mutaverit quidem, sed usus est; tertiae centesimae reddat usuras.

quelle che ne avevano, di modo che esse oltraggiano Dio e la memoria del defunto. Per lo che abbiamo promulgato la presente legge, abolendo un simile giuramento e permettendo che tali donne possano ricevere i lasciti, e provvedendo in pari tempo all'adempimento della volontà del defunto. E se noi prescrivessimo che le donne alle quali il marito impose la condizione di non passare a seconde nozze, non potessero contrarre un nuovo matrimonio, la nostra legge sarebbe per esse troppo acerba, e se noi concedessimo alle medesime la facoltà di contrar nuovo matrimonio e di ricevere i lasciti, ne verrebbe che la legge adotterebbe l'empia massima di contravvenire alla volontà dei defunti.

CAPO XLIV.

Onde ordiniamo: Se uno vieterà alla moglie di passare ad un altro matrimonio, o viceversa, la moglie al marito (perchè vale lo stesso per ambidue) ed all'uopo avrà fatto qualche lascito, uno de' contraenti deve accettare una delle due condizioni: cioè o di passare alle nozze, o di rinunziare alla precapienza: o se ciò non vorrà, ma onora il defunto, dovrà in avvenire astenersi assolutamente dalle nozze.

§. 1. Ma affinchè tal causa non resti in sospeso e dopo lungo tempo forse ritorni alla domanda, perciò a noi sembrò ottima provvidenza il prescrivere che non si possa chiedere il lascito prima dell'anno, qualora per altro il petente non fosse asceso al sacerdozio: non potendo così nascere speranza che questi possa contrarre nozze in modo veruno.

§. 2. Se poi sarà scorso il tempo di un anno, concediamo a questa persona la facoltà di ricevere il lascito, non però in modo assoluto o semplicemente, ma se la cosa è immobile egli non la riceverà se non darà cauzione obbligando i proprii beni e non presterà giuramento che se passerà a nuovo matrimonio, restituirà ciò che percepì coi frutti del tempo intermedio.

§. 3. Ma se la cosa sia mobile, e la persona che la vuole ricevere ha una sostanza idonea, le si potrà dare in lascito la stessa cauzione, e le stesse ipoteche. Il mobile poi dovrà essere restituito nello stesso stato in cui lo ricevette col risarcimento dei deterioramenti.

§. 4. Se il lascito sarà stato in danaro dato ad interesse, dovrà prestare giuramento di restituirlo cogl'interessi; se poi tal danaro non è dato a prestito, dovrà dare l'interesse del quattro per cento.

Digitized by Google

§. 5. Si vero non valde locuples fuerit: etiam fideiussorem hunc exigi. Si autem non valuerit fideiussorem dare, tunc sub iuratoria cautione, et hypotheca (secundum quod dictum est) suarum rerum accipiat quidem quod relictum est.

§. 6. Mox autem, ut ad secundas nuptias venerit, hoc ab eo qui dedit, vindicetur, apud quamcunque apparuerit personam, tanquam si ab initio neque datum fuisse videretur, quod in omni restitutionis casu, sive mobile sive immobile sit quod futurum est, reddi valere sancimus.

§. 7. Si vero aurum fuerit quod relinquitur: minus idonee vero se habeat ad fideiussionem: et nec ipse dignus sit cui hoc credatur: manere quidem apud illum a quo relictum est: tertiam vero centesimae eius usuram praestari: quam usque tunc solvat, donec aut secundas ille contrahat nuptias (quando et restitutio praestitarum usurarum suscipiet facultatem) aut fiat manifestum nullatenus posse istum ad nuptias pervenire, sive secundum modum sacerdotii (tunc enim ei dabit quod relictum est) sive morte: accipient enim hoc omnino eius heredes, nihil neque de datis usuris reddentes.

§. 8. Hanc ipsam autem introducimus observantiam et eundem intellectum, etiamsi non coniuges alterutris sub tali reliquerint conditione: sed aliquis alius extraneus sive viro sive mulieri sub tali conditione dari quid voluerit, sc. fortuitorum casuum: secundum suam naturam, lege super hist am in praestandis quam in restituendis conservata. Haec igitur ex iam nuper factis a nobis occasione Juliae Miscellae constitutionibus retribuimus: alia vero sint firma secundum terminos et casus secundum quod haec exposuimus.

§. 9. Praefatae autem a nobis observationes dentur, (si institutionis sit pars aut legatum) heredibus aut substitutis, aut illis a quibus haec relicta sunt: si quidem mortis causa donatio: omnino heredibus. Si vero ex asse secundum talem conditionem conscribatur quis heres: substitutis si fuerint, aut omnino iis qui ab intestato vocantur ad hereditatem, huiusmodi observationes praestentur, ut undique lex habeat propriam perfectionem: nisi forte testator et hoc praecipiat, dicens licentiam habere eum cui dereliquit, sive per institutionem particularem, sive ex asse, aut per legatum vel fideicommissum, sive per mortis causa donationem, et accipere quod relictum est, et nullam cautelam dare: tunc enim sequenda est defuncti voluntas, studii enim nostri est, defunctorum conservare secundum legem voluntates.

Cap. XLV.

De administratione donationis propter nuptias. Idem dictum fuit supra Novell. 2. cap. 4.

Et quia parum antea de cautela rerum ediximus, et Leonis novimus divae memoriae constitutionem de secundis nuptiis, si ad eas veniens mulier non valeat dare fideiussionis cautelam, quia filiis restituat res, tertiam partem centesimae accipere: nos causam

§. 5. Se poi questo coniuge superstite non è molto ricco, si dee esigere un fideiussore. Se non potrà dare un fideiussore, riceverà il lascito previa cauzione giuratoria ed ipoteca dei suoi beni, siccome dianzi si è detto.

§. 6. Tostochè poi passerà a nuovo matrimonio, il lascito sarà vendicato da quello che lo diede in qualsiasi mano si trovi, come se mai fosse stato dato ad esso, tanto se la cosa è mobile, quanto s'è immobile.

§. 7. Se ciò che si lascia consiste in oro, ed il coniuge superstite non meriti bastante credito e non possa dare un idoneo fideiussore, egli riceverà l'interesse del quattro per cento, restando la cosa presso quello a cui carico fu lasciata. Se passerà a nuove nozze, dovrà restituire gl'interessi percetti. Qualora poi non siavi più dubbio ch'egli passi a nuovo matrimonio, se ciò avviene per essere entrato nel sacerdozio, riceverà il lascito; se per morte lo riceveranno i suoi eredi senza che abbia luogo la restituzione degl'interessi.

§. 8. Questa osservanza a spirito della legge ammettiamo anche pel caso in cui non già il coniuge, ma un estraneo, abbia fatto un lascito ad alcuno colla condizione che non contragga nuovo matrimonio, o per altri casi fortuiti. Dunque alle altre costituzioni da noi fatte all'occasione della legge Giulia Miscella aggiungiamo questa, restando salde le altre disposizioni.

§. 9. Le anzidette disposizioni poi si osserveranno riguardo agli eredi o sostituiti qualora abbia luogo una parziale istituzione, o legato, od in riguardo a quelli a carico de' quali fu fatto il lascito; se poi ha luogo donazione a causa di morte saranno sempre osservate in riguardo agli eredi Se poi ha luogo istituzione di erede nell' intero con tale condizione, le stesse disposizioni di questa legge si osserveranno riguardo ai sostituiti, ovvero a quelli che sono chiamati alla successione intestata, di modo che la legge abbia la sua piena osservanza. Sarà poi eccettuato il caso in cui il testatore abbia espressamente ordinato che quello al quale fu fatto il lascito sia mediante istituzione particolare, sia nell' intero, sia mediante legato o fedecommesso, sia per donazione a causa di morte, debba percepire lo stesso lascito senza dare alcuna cauzione; in tal caso si dovrà osservare la volontà del defunto, unico fine della legge.

Capo XLV.

Dell'Amministraz. della donazione a causa di nozze. Lo stesso fu detto sopra la Novella 2, cap. 4.

E perchè per l'innanzi abbiamo poco disposto circa la garanzia delle cose ed abbiamo avuta presente la costituzione dell' imperatore Leone di felice memoria intorno alle seconde nozze, che se la donna cioè passando a seconde nozze non possa dare la ga-

Digitized by Google

adhuc melius ab ea ca constituimus, illius super hoc statutis competentem adiicientes subdivisionem.

§. 1. Et sancimus (hoc quod pridem a nobis in quadam dictum est constitutione) ut si quis offerat res propter antenuptialem donationem: siquidem omnes immobiles constitutae sunt, maneat earum usus apud matrem ad secundas venientem nuptias: et eadem haec eligat, et non recuset, neque exigat a filiis pro aestimatione earum usuras: sed diligentiam earum habeat secundum quod lex dat usus dominis constitutis: conservet autem haec secundum leges filiis superstitibus: aut si omnes moriantur, secundum nostram legem casu filiorum non existentium, matri reliquo remanentibus filiorum heredibus conservando.

§. 2. Si vero universa constituta est forte in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio: tertiam partem usurarum accipiente matre, cum prius sancita cautela non exigi a filiis aurum, nisi forte sine invidia sit viri facultas, et habeat aurum et argentum, et vestes, et quicquid conscriptum est matri: damus etenim tunc electionem matri, si velit res accipere, et dare fideiussoriam cautionem, sive praedictas accipere usuras: dicimus autem ex tertia parte centesimae tam secundum anteriores leges, quam etiam secundum nostras.

§. 3. Si vero permixtae sint res, et donatio tam in pecuniis quam in immobilibus rebus sit, immobiles quidem omnino manere apud matrem: propter quod alimenta habeat exinde: in rebus vero mobilibus illa tenere, quae pridem sancivimus, si contigerit in mobilibus rebus omnia antenuptialis donationis esse constituta: providente muliere quod non negligat immobilia, neque imminuta haec faciat, sed qualia accepit, restituat.

Cap. XLVI.

De successione matrum in bonis filiorum pro qua parte fiat, et quomodo.

Hinc nos alia evocat ratio quae de filiorum successione est: quam accipient quae ad secundas veniunt nuptias. Iampridem enim de his scripta est lex a nobis ad Hermogenem gloriosae memoriae magistrum sacrorum nostrorum factum officiorum rescripta, Belisarii gloriosi praecedens consulatum, septimo decimo Kal. Aprilis, per quam sancivimus matres ad filii non relinquentis liberos, cum eius qui mortuus est fratribus, sine cautione vocari successionem: et eius cum usu etiam proprietatem habere firmam: sive priusquam heres relinquatur, sive postea ad secundas venerit nuptias: auferentes leges quae de his contrarium quid praecipiebant. Hanc autem nostram sanctionem firmam etiam modo manere super solas personas parentum, quae dudum ad secundum venerint matrimonium, sancimus: et quasdam propriorum accipientes filiorum, firme ei servantes, et se-

ranzia della fideiussione, perchè deve restituire le cose ai figli, ricever debba l'interesse del quattro per cento; così ponderata meglio la cosa, anche adesso, ci siamo determinati a promulgare la seguente suddivisione in aggiunta alle disposizioni di esso.

§. 1. E prescriviamo (ciò che pocanzi fu da noi detto in una certa costituzione) che se cioè un marito diede alla moglie alcune cose a titolo di donazione antenuziale, qualora esse consistano in immobili, resti l'uso delle medesime presso la madre che passa a nuovo matrimonio: non potrà ricusare di riceverle esigendo dai figli gl'interessi a norma del loro valore; e dovrà usare delle medesime in quel modo che la legge permette di usare a chi ha l'uso delle cose, dovendole conservare ai figli superstiti, ovvero se non resta superstite alcun figlio, agli eredi dei medesimi, colla ritenzione giusta la nostra legge risguardante la non esistenza dei figli.

§. 2. Se poi tutta nell'intero la donazione antenuziale consiste in danaro od in altre cose mobili, la madre riceverà la terza parte degl'interessi. Qualora poi nella sostanza del marito vi sia oro, argento e tutto ciò che venne lasciato alla moglie, questa avrà la scelta o di ricevere le cose dando ai figli fideiussione, ovvero di percepire i detti interessi; questi interessi saranno del quattro per cento, giusta le leggi anteriori e le nostre.

§. 3. Se poi la donazione antenuziale consiste in danaro ed in cose immobili, queste seconde resteranno presso la madre, onde da esse ritrarre gli alimenti; riguardo poi alle cose mobili avranno luogo le sopra esposte disposizioni risguardanti il caso in cui la donazione antenuziale consista per intiero in cose mobili; essa poi dovrà aver cura di non lasciar deperire gl'immobili e di restituirli nello stato in cui li ricevette.

Capo XLVI.

Della successione delle madri nei beni dei figli, per quale parte avvenga e come.

Di qui ci chiama un altro andamento sulla successione de' figli, che terranno quelle che passano a seconde nozze. Perchè già da gran tempo per queste fu da noi promulgata una legge diretta ad Ermogene di gloriosa memoria, maestro dei nostri imperiali officii, precedente, al consolato del glorioso Belisario, ai 16 di marzo, colla quale abbiamo stabilito che le madri senza cauzione siano ammesse alla successione del figlio che non lascia discendenti assieme coi fratelli del defunto, tanto se passassero quanto se non passassero a nuove nozze prima o dopo che fossero eredi togliendo le leggi che disponevano al contrario. Tali prescrizioni però saranno da applicarsi a quei genitori che in passato contrassero nuovo matrimonio tanto prima quanto dopo della successione dei figli. Riguardo poi a quelle madri che dopo la presente legge passano a nuove nozze, dovranno osservarsi le

Digitized by Google

cundum deinceps tempus: sive ante nuptias, sive post nuptias hereditatem in eas filii descendisse contigerit. +. De his autem quae post haec ad secundum veniunt virum, ita nobis praesens lex disponatur, et sanciatur. Ergo necesse est filio moriente, sive masculo, sive foemina, sive testatus moriatur, sive etiam sine hoc: interim ea, quae ex testamento sunt dicentes, ita ad ordinem qui ab intestato est, veniamus.

§. 1. Si igitur legitime filius testatus fuerit, et relinquat matri substantiam, sive partem eius aliquam: hanc illa accipiat per scripturam (quia ubique custodire morientium volumus voluntates) et habeat quod dimissum est, aut datum, et secundum proprietatem, et secundum usum. Sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, et nihil heredi secundae mulieris nocebant nuptiae: ita et matri relinquens, sive institutionem, sive legatum, recte derelinquat et dominium, et usum, sive ex rebus quae extrinsecus advenerunt, fuerit facultas, sive ex paternis: nihil ex hoc fratribus contradicere valentibus.

§. 2. Si autem intestatus filius moriatur iam ad secundas veniente matre nuptias, aut postea veniente: vocetur quidem et ipsa cum filii aut filiae fratribus secundum nostram constitutionem ab intestato ad eius successionem. Sed quanta quidem ex paterna substantia ad filium pervenerunt, eorum solummodo habeat usum ad secundas omnino, sive prius, sive postea veniens nuptias: in residuis vero omnibus rebus, quae aliunde erant filio praeter paternam successionem, veniat secundum vocationem nostram, quam statim dicemus, quadam correctione et ea indigere. Et haec dicimus in rebus quae extra nuptialem donationem sunt. Quae enim in illis sancita sunt a nobis, et a Leonis divae memoriae constitutione, integra conservamus: in quibus solum mater habeat usumfructum.

§. 3. Sed in aliis rebus haec sancimus, et deinceps ipsi tradimus quaecunque post nuptialem donationem sunt a patre venientia filio, aut ex aliis causis, tam ex testamento, quam ab intestato successionibus: ratione contra ingratos filios undique et super istis rebus servata, quando manifestae causae ingratitudinis demonstrantur: aliorum omnium, quae de successionibus dicta sunt parentum in filiis, aut filiorum in parentibus, intactis manentibus.

§. 4. Ingratitudinem autem hic consideramus, non solum ad matrem secundum pridem a nobis dictum: sed etiam adversus eundem ipsum fratrem defunctum.

CAP. XLVII.

Et quoniam scimus multas fratris ad invicem factas contentiones: illum solum, tanquam ingratum circa fratrem effectum, participari hoc lucrum non concedimus qui mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra eum inscriptionem, aut substantiae ei properavit inferre iacturam: eius enim portio tam ad reliquos fratres, quam ad matrem veniat. Et haec lex supra filiorum successionibus, quibus

prescrizioni della presente legge. Se il figlio, maschio o femmina muore, conviene distinguere s' egli muore testato od intestato; poichè s'egli muore avendo fatto testamento, dovranno osservarsi le disposizioni in esso contenute.

§. 1. Dunque se il figlio testerà legalmente, e lascia alla madre tutta o parte della sua sostanza, la madre stessa dovrà ricevere il lascito in uso ed in proprietà; poichè noi vogliamo che vengano osservate le disposizioni dei defunti; imperocchè, siccome il figlio poteva legittimamente lasciare a qualche estraneo senza che potessero ostare le seconde nozze, così egli potrà lasciare l'uso e la proprietà delle stesse cose alla madre, tanto se esse a lui provennero fuori della famiglia, quanto se dal padre, senza che i fratelli possano fare alcuna opposizione.

§. 2. Se poi il figlio muore intestato, tanto se la madre passò a seconde nozze prima, quanto se dopo la di lui morte, essa venga chiamata alla successione intestata unitamente ai fratelli del figlio, o della figlia, giusta la nostra costituzione. Riguardo alla sostanza proveniente dal padre, essa avrà l' usufrutto tanto se passò prima a seconde nozze, quanto se dopo; ma riguardo al restante pervenuto al figlio fuori di famiglia, essa succederà nel modo ch'ora esporremo. Le disposizioni da noi fatte si applicheranno alle cose che non entrano nella donazione antenuziale, riguardo alle quali resteranno in vigore le prescrizioni contenute nella costituzione dell'imperator Leone di felice memoria e delle quali la madre avrà soltanto l'usufrutto.

§. 3. Per le altre cose poi ordiniamo, che sieno concedute alla madre tanto se pervennero al figlio dal padre quanto se per altra causa o per testamento o per successione intestata; salva anche per essa le cause d'ingratitudine manifesta; dovendo restare in piena osservanza le disposizioni danoi fatte riguardo alle successioni dei genitori verso i figli e viceversa.

§. 4. Secondo quanto abbiamo testè detto, le cause d'ingratitudine avranno luogo non solamente riguardo alla madre, ma eziandio riguardo al fratello stesso defunto.

CAPO XLVII.

E perchè sappiamo, che a vicenda si sono fatte molte contese circa la successione ad un fratello, noi concediamo, che come ingrato non possa partecipare del lucro soltanto quel fratello ch'avesse procurato la morte dell' altro fratello, lo avesse accusato criminalmente, avesse danneggiato la propria sostanza e la sua porzione perverrà tanto alla madre che agli altri fratelli. Le madri che già passarono a seconde

Digitized by Google

cum matre succedunt filii, maneat, illam quae a nobis facta est subdivisionem introducens iis, quae futuro tempore matrimonio secundo sunt socianda viris. Quae enim iam ad secundum matrimonium pervenerunt, [et beneficio memoratae nostrae legis potitae sunt] his liceat successionem, sive per testamentum, sive ab intestato habere firme, et secundum dominium, et secundum usumfructum, et alienare, et testari, et transmittere secundum quem voluerint modum, nihilque sit eis impedimento quolibet tempore ex praesenti constituta lege.

§. 1. Illud autem firmum ex primo matrimonio filiis maneat, quod super his per praedictam a nobis constitutum est sanctionem.

+. Quod si antenuptialem donationem, quam mater moriente marito lucrabatur, contigerit ad morientem filium pervenire, et propterea partem ei illius fieri hereditatis; matrem neque secundum quod succedit filio, dominium eorum, scil. antenuptialis donationis rerum perfrui: solum autem habere horum, quamdiu superest, usum et usumfructum. +. Maneat igitur et hoc his, qui ex prioribus nuptiis sunt, filiis condemnatum: nisi forte ante praedictam constitutionem iudicialis sententia et transactio inter partes facta de his aliquid statuerit.

§. 2. Et quoniam mater excludebatur quidem a filio masculo, hoc faciente senatusconsulto quod Tertullianum vocant: filiabus autem commiscebatur: nos non quaerentes filiorum ius, sed exinde ei legitima iura dantes, vocamus quidem eam etiam cum masculis fratribus morientis in tantum in quantum numerus filiorum fuerit: quatenus et ea partem habeat tantam quantam unusquisque fratrum. Si vero permixti masculi et foeminae fuerint: hoc ipsum disponentes. Si vero mater et filiae solae consistant, ibi senatusconsultum mediam quidem partem dabat matri: residuam vero mediam sororibus quantaecunque extitissent. Quod quoniam non primitus correximus, modo adducimus ad competentem correctionem, et in isto casu vocantes eam pro rata filiarum: quatenus quantum unaquaeque filiarum habet, tantum solummodo et ea accipiat: et in omni casu hic relato, in virilem portionem (hoc quod legis est) etiam mater veniat: sive consistant soli masculi, sive solae foeminae, sive etiam permixta utraque soboles.

Cap. XLVIII.

Ut parentes studeant aequalitatem inter liberos primi et secundi matrimonii servare.

Illud quoque super hoc adiicere legi iustum existimavimus. Si enim moriatur vir aut mulier filios habentes et ex prioribus et ex secundis nuptiis, quas post hanc nostram contraxerint legem: (in his enim praesentia disponimus) quae quidem super lucris ex nuptiis servari oportet, hoc sanximus: insuper et decrevimus portiones, quas necesse est parentes legitimis et non ingratis relinquere filiis, ipsos tamen genitores non erit iustum ad secundam omnino declinare prolem, et quod ex lege est, tantummodo re-

nozze e che parteciparono al beneficio della legge, potranno succedere sì per testamento che *ab intestato* ritenendo la proprietà e l'usufrutto, e potendo alienare o trasmettere le cose sì per testamento che in qualsivoglia altro modo, non potendo ad esse ostare la presente legge che dee valere soltanto poi pei casi avvenire.

§. 1. Per i figli poi del primo matrimonio restino salde le prescrizioni da noi fatte sopra tale argomento. Che se avverrà che la donazione antenuziale lucrata dalla madre per la morte del marito sia pervenuta al figlio, e quindi sia entrata a far parte della di lui eredità, la madre, perchè succede al figlio, non potrà avere la proprietà della medesima, ma soltanto l'uso e l'usufrutto vita sua durante. Questa dovrà appartenere ai figli che nacquero dal precedente matrimonio, qualora sopra di ciò non sia intervenuta sentenza giudiziale o transazione.

§. 2. E poichè la madre veniva esclusa dal figlio maschio, ciò facendo quel senatoconsulto, che chiamano Tertulliano, e veniva unita alle figlie, noi l'ammettiamo assieme coi fratelli maschi ad una porzione eguale. Se poi vi sono e fratelli e sorelle, avrà luogo la stessa cosa. Se poi esistesse la sola madre con figlie, lo stesso senatoconsulto dava la metà alla madre e l'altra metà alle sorelle in qualunque numero si trovassero. Correggendo noi tali disposizioni (il che avremmo dovuto fare sulle prime) la ammettiamo ad una porzione eguale alle figlie, la quale misura dovrassi osservare, tanto se esistono soli maschi o sole femmine, quanto se esistono maschi e femmine unitamente.

Capo XLVIII.

Che i genitori procurino osservare l' eguaglianza tra i figli del primo e del secondo matrimonio.

A questa legge credemmo giusto fare anche la seguente aggiunta. Poichè se morrà il marito o la moglie lasciando figli del primo e del secondo matrimomonio da essi contratto dopo la promulgazione della nostra legge, il caso si regolerà colle seguenti prescrizioni; fu da noi determinato ciò che dee osservarsi circa i lucri nuziali e le porzioni che i genitori debbono lasciare ai figli legittimi e non ingrati. Ma non è giusto che i genitori siano più propensi verso i figli che ebbero dal secondo letto lasciando ai primi soltan-

Digitized by Google

linquentes prioribus alia omnia ad secundos deducere, sed aliquid et prioribus adiicere. Nam si aliquem ex secundis habeant nuptiis, aut etiam ex primis forsan, ita festivum, ita dilectum, ut velint praeponere eum aliis in possessione, damus licentiam hoc agendi: non tamen omnino priores quidem filios minuere, secundos autem augere: sed neque vehementer magnificare augmentum, nec omnino oblivisci priorum matrimoniorum, neque infirmare ea quae a praecedentibus nos de talibus dicta sunt: sed providere quidem et secundis, providere autem et primis: cogitantes, quoniam ambo filii sunt: et ita facientes successionum in testamentis division em. Si enim intestatis eis mortui lex omnes ex aequo vocat: competens est eos imitantes legem,non vehementer magnis eos abbreviare minutionibus, erubescentes legem, sic enim erunt boni patres,et nostra digni legislatione: et iusti quidem erunt solam legem custodientes. Si quid autem etiam supra legem reliquerint: erunt iusti simul et humani patres: et non haec dicimus inter gratos et ingratos filios, (de ingratis enim iam saepius dictum est) sed de iis qui magis aut minus diliguntur: cum utique multa differentia sit ingratitudinis, et gratiarum actionis,et dissimilis honoris.Hanc itaque partem de aequitate filiorum ex priore et secundo matrimonio venientium.adhortantes potius quam sancientes dicimus: alioqui semel augentes ab intestato partem omnino filiis relinquendam: et usque ad quatuor quidem filios,quatuor uncias omnino definientes; si autem ultra quatuor sint, usque ad mediam substantiae partem: idoneum iam dedimus filiis solatium,non ex parva mensura antiquam eorum angustiam resolventes.

§. 1 Sit igitur praesens lex futuro tempori sanciens, sicut saepius dicentes praevenimus, et nihil priorum tangens, sed collecta undique et complexa sub una continuatione: et omnia pene de secundis pronuntians nuptiis: et priora quidem prioribus in sua virtute servans, quae vero ab ea disposita sunt, futuris secundis explanans nuptiis, et novam quandam undique ac subtilissimam introducens quaerentibus utilitatem: omnibus quae super talibus positae sunt constitutionibus, in futuris post hanc nostram legem nuptiis, et quae ex his evenerint, vacantibus: hac videlicet una constitutione futuro tempori, secundum quod a nobis definitum est, in iis qui continentur in ea casibus, pro cunctis sufficiente.

EPILOGUS.

+. Haec igitur tua celsitudo omnibus gentibus quae sub tuo sunt cingulo, solemni modo manifesta fieri praecipiat: ut omnes agnoscentes quia maiorem laborem sustinentes quam oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil prius illorum duximus salute, ne undique emendicent quod iustum est, sed omnes videntes in unum collectam de hac legislatione partem, sciant quia et priorem iis quae iam posita sunt,servavimus legem: et futuro tempori competentem posuimus congruentiam. Datum xv. Kal. August.Constantinop. post Belisarii V. C. Cons.

to ciò che loro è dovuto per legge e dando tutto ai secondi. E se alcuno avrà figli del primo matrimonio, unitamente ad altri del secondo, potrà benissimo prediligere questi ultimi, ma non già in modo da straordinariamente diminuire la porzione dei primi, e di aumentare quella dei secondi; e dovrà provvedere sì ai primi che ai secondi, pensando che tutti sono figli egualmente. E diffatti se la legge chiama in parti eguali, allorquando ha luogo la successione intestata, è consentaneo allo spirito della medesima che i genitori non lascino ai figli un patrimonio enormemente ineguale, osservando soltanto la legge; poichè, se essi lasceranno ad alcuni figli una porzione superiore alla legittima, saranno nullostante giusti in faccia alla stessa legge. Noi non diciamo che i figli ingrati abbiano da avere una porzione eguale a quella degli altri figli che amorevolmente diportaronsi (perchè degli ingrati abbiamo già più volte parlato), ma parliamo soltanto di quelli che si amano più o meno: essendo molta la differenza dell'ingratitudine, e quella di gratificazione, ed onoranza diversa. Pertanto noi facciamo più un' esortazione che un comando ai genitori di osservare possibilmente l'eguaglianza nelle porzioni che lasciano ai figli sì del primo che del secondo letto. Dovrassi però lasciare ai figli la legittima che ad essi spetterebbe nella successione intestata, la quale legittima viene nel seguente modo determinata. Se esistono quattro figli dovrannosi lasciare quattro once, se più di quattro, la metà della sostanza.

§. 1. La presente legge regolerà i casi avvenire, per nulla derogando alle antecedenti, anzi formando come la continuazione delle medesime, facendo prescrizioni relativamente alle seconde nozze, e lasciando nel suo vigore quelle già fatte sopra le prime.

EPILOGO.

Dunque la tua altezza farà manifeste queste prescrizioni a tutti quelli che sono sotto la tua giurisdizione,affinchè ognuno venga in cognizione delle cure che al di là dell'imperiale incumbenza noi ci prendiamo onde niente manchi alla giustizia e sia compiuta la legislazione, ed affinchè sappiano quali prescrizioni regolino i casi avvenuti e quali altri i casi avvenire.

Data ai 15 di luglio in Costantinopoli, dopo il consolato di Belisario uomo illustrissimo.

Digitized by Google

TIT. II.

De appellationibus et intra quae tempora debeat appellari.

Hanc legem non habent Scrimgeriana et Haloandrina editiones, sed eius tantum argumentum et summam: quod argumento est hanc vulgarem translationem ex meliore et integriore archetypo desumptam, quam ullam aliam editionem, sed et omnes Novellae Latinae desunt in illis novis editionibus.

Novella Constit. XXIII.

Imp. Iustinianus Aug. Triboniano gloriosiss. quaestori iterum et exconsuli.

PRAEFATIO.

Anteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes, et maxime haec circa appellationes facientes in praesenti ad huiusmodi beneficium pervenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cautum erat, ut si quis per se litem exercuerit, et fuerit condemnatus: intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet, si autem per procuratorem causa ventilata sit, et in triduum proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia invenimus hoc satis esse damnosum: plures enim homines ignaros legum subtilitatis, et putantes in triduum esse provocationes porrigendas, in promptum periculum incidisse, et biduo transacto causas perdidisse. Unde necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi.

Cap. I.

Et sancimus omnes appellationes, sive per se sive per procuratores, seu per defensores, vel curatores, vel tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium a recitatione sententiae numerandum, iudicibus ab iis quorum interest offerri: sive magni, sive minores sint, (excepta videlicet sublimissima praetoriana praefectura) ut liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, sive appellandum ei sit, sive quiescendum: ne timore instante opus appellatorium frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia, quae indiscussos hominum calores potest refraenare.

Cap. II.

De consultationibus.

Ad haec sancimus, si quando lis speratur in nostrum inferri consistorium: si forte contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis ex mundanis provisionibus, non posse convocare patres quatenus causa agitetur non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium: si culmen imperatorium occupetur? vel quis tantae est auctoritatis, ut nolentem principem possit ad convocandos patres

TITOLO II.

Degli appelli, e fra qual termine si debba appellare.

La edizione di Scrimgero e quella di Aloandro non hanno la presente legge, ne contengono soltanto l'argomento ed il sommario. Il che indica che questa volgare traduzione è tratta da altri testi migliori e più integri, di quelli di altre edizioni. Ma anche tutte le Novelle latine mancano nelle altre nuove edizioni.

Novella costituzione XXIII.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Triboniano gloriosissimo questore per la seconda volta ed ex-console.

PREFAZIONE.

Apprestando ben molti rimedii al vigore delle leggi antecedenti, e sopratutto facendo ciò circa gli appelli credemmo essere necessario devenire alla presente correzione. Dalle leggi antiche diffatti erasi prescritto che se alcuno avesse sostenuto da sè stesso una lite e fosse stato condannato, dovesse interporre l'appellazione soltanto entro il termine di due giorni e che se l'avesse sostenuta mediante procuratore, tale termine si estendesse a tre giorni. Per esperienza poi di affari venimmo a conoscere che con tali prescrizioni poteva alcuno essere danneggiato, poichè molti, ignari della sottigliezza delle leggi, credendo che il termine delle appellazioni fosse di tre giorni, restavano danneggiati perdendo la causa per aver lasciato decorrere i due giorni. Laonde stimammo bene di rimediare a tale inconveniente con competenti prescrizioni.

Capo I.

Ed ordiniamo che tutti gli appelli, tanto se la causa fu sostenuta in persona dall'interessato ovvero per mezzo di procuratori, o di difensori, curatori, o tutori, possano presentarsi ai giudici dagl' interessati, si entro il termine di dieci giorni da computarsi da quello della profferita sentenza tanto se sono maggiori, quanto se minori (ad eccezione però della sublimissima prefettura pretoriana), di modo che entro questo termine ciascuno a ragion veduta possa deliberare se debba appellare, ovvero acquietarsi alla sentenza, e ciò affinchè per timore di decadere dal diritto non si ricorra inconsideratamente all'appellazione, ma si possano calmare gli spiriti esaminando lo stato dell' affare.

Capo II.

Delle consulte.

In seguito di ciò ordiniamo che se mai la lite si vuole portata al nostro concistoro, ed avvenga che l'imperiale maestà, occupata essendo negli affari di stato, non possa convocare i consiglieri, la lite per ciò non debba essere pregiudicata. Ed in verità, quale havvi colpa nei litiganti se l'imperatore è occupato in affari, o chi è mai rivestito di tanta autorità che possa costringere il principe a pronunciare sen-

Digitized by Google

caeterosque proceres coarctare? Sed si quis tale evenerit, causa intacta permaneat donec imperator sua sponte motus et convocari proceres iusserit, et litem inferri patiatur, et omnia secundum morem procedere.

CAP. III.

De Appellationibus in Ægypto, Asia, Ponto, etc.

Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, novitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus digesserit, ut alii maiores alii medii, alii minores sint, et appellationes a maioribus iudicibus non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus et ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent: novitas autem hoc deliquerit: evenitut super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur: et homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendiis, ut forsitan totius litis aestimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Ægyptiaco tractu, vel adiuncta ei utraque Lybia provocatio speratur, usque ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc regiam urbem eam venire, sed ad praefectum Augustalem, qui audiat, et causam dirimat vice sacri cognitoris nulla ei [penitus] post definitivam sententiam appellatione porrigenda.

§. 1. Similique modo quoties in Asiana dioecesi vel Pontica tale aliquid emerserit, usque ad praedictam quantitatem decem librarum auri appellationes ad viros spectabiles, comites forte, vel proconsules, vel praetores, vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur: quatenus et hi ad similitudinem praefecti Augustalis vice sacri cognitoris intercedant, et causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen et legum timore proferant decidendas. +. Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, et usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas ad virum spectabilem comitem Orientis mittere simili modo audientiam et finem eis impositurum.

CAP. IV.

Ut a spectabilibus ad illustres appellatur.

Illo videlicet observando, ut viri spectabiles duces vel alii spectabiles iudices, non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantaecunque sint quantitatis, (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed a minore iudicio in maius tribunal ascendere) sed ad illustrissimam praefecturam, illorum appellationes, cuiuscunque sint quantitatis, (ut dictum est) dirigantur, qui una cum viro excelso pro tempore quaestore eas dirimat: utroque officio subministrante, id est, tam ex sacris scriniis more solito, quam praefecto praetorio. Ita tamen haec sancimus, ut nec a ducibus vel aliis spectabilibus iudicibus, quibus forte, etsi privati sint, imperialis

tenza? Laonde se avverrà tal caso, la causa stia pendente finchè l'imperatore di proprio motò convochi il senato e ponga fine alla lite e tutto proceda giusto il metodo di procedura.

CAPO III.

Delle appellazioni nell'Egitto in Asia e nel Ponto, ec.

Nel terzo capitolo devesi disporre ancora ciò che l'antichità ben ordinò, ma che dai moderni fu trascurato. L'antica legislazione divise i magistrati in maggiori, medii e minori, e prescrisse che gli appelli dalle sentenze dei giudici minori fossero portati ai maggiori, ma eziandio al tribunale degli spettabili giudici che han sede nell' imperiale concistorio; la moderna legislazione trascurò questa parte ed accade che cause di lieve momento venissero portate ai nostri giudici maggiori e che gli uomini per tali cause fossero gravati da enormi dispendii di modo che forse tutto l'importare della lite venisse esaurito dalle spese giudiziali. E perciò prescriviamo che se mai nella giurisdizione di Egitto e nella Libia, adesso unita, si dee interporre appellazione per una causa che non oltrepassa le dieci libbre d'oro, si debba interporla non già in questa regia città, ma presso il prefetto Augustale, il quale dovrà farne cognizione in vece dell'imperiale cognitore, contra la sentenza definitiva del quale non si potrà reclamare.

§. 1. In simile modo quante volte nella giurisdizione Asiana o Pontica si dovesse interporre appellazione per una causa la quale non trascenda la sopraddetta somma, la si dovrà insinuare presso gli spettabili, i comiti, i proconsoli, i pretori o governatori, i quali sono competenti per tali cause, e che dovranno fare le veci dell'imperiale cognitore. Le sentenze pronunciate da essi pel timore di Dio e delle leggi non saranno soggette a reclamo. Nella giurisdizione d' Oriente poi le appellazioni per cause che non trascendono le dieci libbre d'oro dovranno essere portate allo spettabile comite di Oriente, il quale dovrà nell' istesso modo fare cognizione e por fine alla causa.

CAPO IV.

Che dalle sentenze degli spettabili si appelli presso gl' illustri.

Dovendosi ben vero osservare, che gli appelli dalle sentenze degli spettabili duci o degli altri spettabili giudici non dovranno essere portate presso altri giudici rivestiti dello stesso grado di spettabili, qualunque sia il valore della lite (non dovendo le appellazioni essere portate presso giudici di eguale dignità di quelli che pronunciarono la sentenza), ma bensì all'illustrissima prefettura che assieme coll'eccelso questore temporario dovrà decidere la lite, sostenendo due incumbenze, cioè quella degl'imperiali officii e quella di prefetto del pretorio. Che se non fossero spettabili quelli contra le sentenze dei quali s' interpone appellazione, ovvero costituiti giudici dall' imperiale autorità o dagli altri magistrati, in allora i

Digitized by Google

maiestatis causas iniunxerit, appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat: nec causa non gradatim procedere, sed perperam videatur. Sed a praesidibus quidem provinciarum, et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt; vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati: vel ii qui a principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem: eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referantur. +. Omnibus aliis quae de appellationibus statuta sunt vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel a nostra humanitate, intactis illibatisque custodiendis. Dat. Kal. Jul. Constantinop. post Belis. V. C. Cons. *

TIT. XVIII.

De restitutionibus, et ea quae parit undecimo mense post mortem viri.

NOVELLA CONSTIT. XXXIX.

Imp. Justin. Aug. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli et patricio.

PRAEFATIO

Decursio et varietas humanae naturae paulatim egens curatione, non aliter ad bene se habendum revocatur: (licet prima eius gubernentur principia) nisi etiam quod particulariter ei resistit, corrigatur, sicque constituatur sub tranquillitate et quiete, ut legi conveniens est: quale scilicet, quiddam etiam nunc emergens, ad legis nos opus adduxit. Scimus enim quod etiam dudum de restitutionibus dubitabatur: et si contigisset quasdam hypothecas obligari eius qui restitutione gravabatur, plurimae contentionis erat negotium, sive oporteret etiam res quae restitui iussae fuerant, periculum pati, sive solas eius, qui gravabatur restitutione: et multa quaedam erat etiam circa ipsam verborum differentiam quaestio: utrum defunctus praecepisset res quae manerent post mortem eius qui gravabatur restitutione oportere restitui: an absolute restitui quod relictum erat, post detentionem legitimae partis iuberet; et introducebantur etiam fideicommissi persecutiones, et ex inopia in rem missiones, et plurimi alii, et varii, et insolubiles poene praedictae in rem missionis circuli. Sed tanquam nos dudum hoc sanantes, legem scripsimus modis omnibus prohibentes restitutione gravatas res aut alienari aut obligari, sed cum propria ambulare fortuna: et apud quemcunque fuerint, non manere firme, sed reverti ad illum cui dari iussae fuerunt. Et facta lex iam quodammodo longaeva est, et in iudicio approbata frequentatur, sed futurum erat quod praediximus: (ut quod ferre omnia consuevit) tempus ostenderet indigere quadam exceptione necessaria legem. Adierunt enim nos viri et mulieres ex his

proconsoli dovranno giudicare delle appellazioni, poichè la causa dee procedere per gradi e non dee portarsi ai giudici superiori, omettendo i medii; ma se sono illustri quelli, contra la cui sentenza s'interpone appellazione, questa dovrà essere portata nella città di Costantinopoli. Dovranno poi osservarsi nella loro integrità le disposizioni portate dalle antiche leggi e dalle nostre circa le appellazioni.

TITOLO XVIII.

Delle restituzioni e di colei, la quale partorisce nell' undecimo mese dopo la morte del marito.

NOVELLA COSTITUZIONE XXXIX.

L'imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto degli imperiali pretorii per l' Oriente, ex-console per la seconda volta, e patricio.

PREFAZIONE

Il corso e la varietà dell'umana natura, avendo bisogno di graduale cura, non viene rimesso sul retto sentiero (benchè venga sulle prime regolato) se non si tolgano gli ostacoli, che si oppongono ad esso in particolare. Onde ridotto in tranquillo e quieto stato possa stare sicuro, come ad una legge si conviene. Una cotal cosa essendo surta benanche adesso, ci ha indotti a fare una legge. Perchè sappiamo, che già da gran tempo facevasi il dubbio circa le restituzioni se quegli cioè che deve restituire sia obbligato a restituire quella stessa cosa che ricevette, ovvero a restituire una sua e propria? E, difatti, vi era gran differenza circa la stessa espressione delle idee se cioè il defunto avessè ordinato di restituire l'eredità, ovvero se avesse ordinato di restituire ciò che gli sopravvanzasse dalla eredità del defunto. In tali casi ammettevansi persecuzioni di fedecommesso, immissioni nella cosa, e molti mezzi varii ed insolubili d'immissioni nella cosa stante la povertà. Ponendo, è già gran tempo, noi rimedio a tale disordine abbiamo promulgato una legge portante in ogni modo proibizione di alienare o di obbligare le cose gravate di restituzione, e che tali cose dovessero ritornare a quello cui era ordinato fossero date, in qualsiasi mano fossero passate. Tal legge fu per lungo tempo osservata, ma avvenne ciò che noi abbiamo testè detto, cioè che, vi scoprissimo bisogno di alcuna eccezione; poichè ricorsero a noi uomini e donne danneggiati da tale legge. E, diffatti, morendo il marito, la moglie esigeva la dote e la parte della fatta donazione antenuziale od a causa di nozze, cui davagli diritto l'a

Digitized by Google

laesi. Moriente namque viro, uxor quidem et dotem exigebat,et donationis ante nuptias factae partem,seu propter nuptias,quam viri morsei dabat: defuncti vero frater aliunde vindicabat res, et patris proferebat voluntatem, et trahebat mulieris res, dicens fratrem quidem suum eas expendisse: se vero apud mulierem videre paternas res, quas pater non existentibus filiis restitui praeceperat ei: et recipere ex omnibus eas instabat,neque cessabat donec satisfactio legi nostrae per omnia proveniret. Sed ingemiscebat iuste mulier, et dicebat iniustum esse quasi per deceptionem ominum quidem virum fieri dotis totius: et si praemori mulierem contigisset, lucrum habere secundum pactum: quia vero vir mortuus est se ignorante restitutionem amissionis periculum sustinere. Sed huic quidem data est negotio forma quam bene se habere putavimus. Rursus autem alter supplex apparuit, dicens uxoris patrem substantiam eius substituisse aliis suis filiis: parvamque partem solam apud eam iussisse manere: et magnum sibimet imminere periculum, si suae quidem substantiae periculum pateretur et circa dotis restitutionem,et circa totum ex dotalibus instrumentis super antenuptiali donatione pactum,sibi vero nihil liceret promereri horum propter sublationem et restitutionem. Haec nos merito commoverunt, et in melius arbitrati sumus nostram corrigere legem, quam subiectos despicere periculum sustinentes, maxime in nuptiis: quarum nihil est hominibus utilius, tamquam solis facere homines valentibus.

Cap. I.

Si quis unum ex liberis suis heredem instituerit, vel extraneam personam.

§. 2. Si vero etiam ex publicis archivis proferatur charta, velut de suscepto descriptio, mensae gloriosissimorum praefectorum: (novimus enim etiam aliquid tale quaesitum) et quod ex publicis archivis profertur, et publicum habet testimonium, etiam susceptibile hoc esse ad collationes manuum ponimus. Ubique enim falsitatis peccatum odio habentes, et iusiurandum praebere discutientes, et eximentes literas sancimus, et ex publicis solummodo documentis comparationem fieri permisimus. Quapropter valeat per omnia lex illa praesenti subdivisione delata ei, iureiurando tamen comparantium modis omnibus prohibendo.

CAP. III.

De iuramento praesentis hypothesis cum iuramento calumniae iungendo.

Quia igitur nos pro reverentia litigantium volumus mox in principio litis iurare litigantes: actores quidem, quia non calumniantes inferant lites: *fugientes vero*, quia credunt satisfactionem competenter se facere, et non causa contentionis: et hanc communem proposuimus legem contra omnem personam, modis omnibus hoc nulli concedentes. Illud quoque adiicimus, ut

del biennio non si è fatta ancora transazione, o conferma della sentenza, i vincitori in prima istanza potranno prevalersi della prima sentenza soltanto allorquando essi saranno bene fondati.

CAPO II.

Che le comparazioni delle scritture si facciano sopra i soli documenti pubblici, eccettuandone i privati, dei quali l' avversario si vale in sua difesa.

Noi abbiam creduto doversi ancora quello aggiungere a questa legge. E, perchè da qualche tempo abbiamo promulgato una legge portante che la comparazione dei caratteri non si potesse fare colle scritture private, ma bensì colle scritture pubbliche; ma in appresso abbiamo conosciuto aver duopo questa legge di correzione, e spesso accade che taluno produca un documento scritto dalla mano di tal altro onde costituire una prova della propria pretesa, l' altra parte produca uno scritto della stessa persona onde ribattere la pretesa, e che quindi il petente opponga al reo che la comparazione delle scritture dee farsi con documenti pubblici e non già con documenti privati.

§. 1. Prescriviamo, se mai avverrà tal caso, che si debba ammettere la comparazione delle scritture colle scritture della stessa mano prodotte dall'avversario; poichè l'avversario le ritenne per genuine allegando la propria pretesa, e quindi egli non le può più impugnare.

§. 2. Se poi si produrrà un documento proveniente dai pubblici archivii, come una quitanza rilasciata dall' officio del gloriosissimo prefetto del pretorio, (perchè anche tal quesito ci venne fatto), esso, come faciente pubblica fede, sarà valido alla comparazione delle scritture (benchè non abbia la sottoscrizione di tre testimoni, nè sia eretto da un notaio). Ed avendo noi in odio la falsità, abbiamo prescritto che la comparazione sia fatta da periti giurati e con documenti pubblici soltanto. Per lo che la sopraindicata legge dovrà osservarsi colla presente distinzione e col far prestare il giuramento a quelli che fanno la comparazione.

CAP. III.

Del giuramento da prestarsi nel caso presente unendosi al giuramento della calunnia.

Dunque perchè noi vogliamo, che per rispetto i litiganti giurino subito al principio della lite, vale a dire, ordiniamo che gli attori debbano giurare di non intraprendere la lite ad oggetto di calunnia, ed i rei convenuti che essi sostengano la lite perchè credono di nulla dovere, e non già per spirito di litigio; giuramento che debbono prestare tutt'i litiganti, niu-

Digitized by Google

si quis probationem petierit, quanquam suorum sermonum aut literarum: iuret prius, *quia non dilationis causa hoc agit,* multi namque sola iniuriae causa, et maxime super nobilibus mulieribus, sive literarum probatio obiiciatur, sive alia quaelibet causa, ad iusiurandum hoc concurrunt: ut in uno negotio frequenter iusiurandum praebeatur.

§. 1. Sancimus igitur, hanc perimentes iniuriam, et nolentes crebro in eodem negotio iusiurandum praeberi: ut utraque pars, dum una quidem de calumnia sacramentum *praebuerit, alia vero* quia iustam putans reluctationem esse litis, *adiiciat, quia* in tota lite sicubi quaesierit probationes adversarium suum, non per occasionem dilationis hoc faciat, sed pro veritate: necessariam sibi a suo adversario exhibendam putans probationem: et si hoc iuraverit sacramentum, nequaquam penitus (licet crebro requirendae sint probationes) ab alterutra parte expeti sacramentum: sed dari probationes, et non crebro cogi quenquam sacramenta subire, generaliter semel huiusmodi sacramento prohibito.

EPILOGUS.

+. Quae igitur visa sunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo omnibus faciat manifesta, edictis a se directis, ut omnes agnoscant quae nobis sunt placita. Dat. XV. Kal. Septemb. CP. post Cons. Belis. V. C.

TIT. VIII.

De exhibendis et introducendis reis: et ut hi qui conveniuntur, post vicesimum diem praesententur iudicibus, et de iis qui iuratoriam cautionem exponunt et ante litis contestationem absentes fiunt: et de hypothecis quae appellantur ex casu: et quae personae et quando hoc ius habent: et de indotatis uxoribus, ut habeant quartam partem in substantia viri, et ipse vir in substantia uxoris, quando inops est cui relinquitur.

Novella Constit. LIII.

Imp. Iustin. Aug. Ioanni gloriosiss. praetoriorum per Orientem praefecto, iterum ex consuli et patricio.

PRAEFATIO

Plurimi adeuntes nostram docent potestatem, quia exhibentur ab aliquibus, aut etiam in alias pertrahuntur provincias ex sacra nostra iussione aut decretis iudicialibus: et ad miseriam quidem per hoc aguntur: coacti vero iussionibus aut decretis exhibentur. Proinde qui eos exhibent, etiam cautiones exigentes, quia intra certum tempus venient ad determinatum iudicium ii qui ab eis conventi sunt: ipsi remaneant in provincia, affigi in peregrinatione sumptibus exhibitum, aut praesentatum relinquentes.

no eccettuato, avendone fatta una legge comune. Così abbiamo aggiunto che se taluno domanderà una prova all' avversario, ancorchè ciò fosse mediante comparazione di caratteri, debba prima giurare ch'egli non la domanda a fine di prorogare la lite. Ma poichè taluni per solo motivo d'ingiuria e specialmente verso nobili donne oppongono la prova della comparazione delle scritture, od altra qualsiasi, così in una sola lite si presta più volte giuramento.

§. 1. Dunque togliendo di mezzo questo disordine, e non volendo noi che per la stessa lite si prestino frequenti giuramenti, ordiniamo, che l'una e l'altra parte, mentre una di esse presta il giuramento di calunnia, e l'altra il giuramento ch'essa crede giusta l'opposizione alla pretesa, aggiunga che s' essa nel corso della lite domanderà qualche prova al suo avversario, non farà ciò ad oggetto di dilazionare la lite, ma perchè crederà necessario che il suo avversario produca la prova. Prestato tale giuramento, per quante prove in seguito si domandassero, non si dovrà più prestare giuramento.

EPILOGO.

Dunque la tua altezza faccia a tutti manifeste le nostre disposizioni contenute nella presente legge con editti da lei diretti; affinchè tutti vengano in cognizione delle nostre deliberazioni. Data ai 18 agosto in Costantinopoli, dopo il consolato di Belisario, uomo illustrissimo.

TITOLO VIII.

Del presentare, e richiamare d' altronde i rei; che quelli i quali sono convenuti si presentino ai giudici dopo il ventesimo giorno; e di quelli che dànno cauzione giuratoria e si fanno assenti prima della contestazione della lite; e delle ipoteche che si chiamano eventuali; quali persone e quando abbiano questo diritto; delle mogli indotate, onde abbiano la quarta parte nella sostanza del marito e che lo stesso marito aver la debba nella sostanza della moglie, quando è povero quegli, al quale si lascia.

Novella Costituzione LIII.

L' Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni Gloriosissimo prefetto dei pretorii per l' Oriente, per la seconda volta ex-console e patrizio.

PREFAZIONE.

Ben molti ricorrendo alla nostra potestà fanno conoscere, che vengono da altri presentati in giudizio e condotti in altre provincie per nostro ordine o decreto giudiziale, e che per questo sono ridotti alla miseria. Inoltre quelli che li presentano esigono cauzione che i convenuti da essi compariranno al tale giudizio entro un determinato tempo, essi restano in provincia, e caricano delle spese dei viaggi quello che dee presentarsi, ovvero essi stessi non si presentano.

Digitized by Google

CAP. I.

De reis ab alio loco in alium retrahendis.

Hoc igitur miserantes, sancimus si quid fiat tale, et tempus impleatur, quod in cautione exhibitionis aut praesentationis ipse actor constituit, deinde ille quidem observet, in iudicio, actor autem desit, et non intra decem dies, postquam reus venerit in provinciam, actor occurrerit: reum quidem ingredientem apud iudicem, et hoc docentem, repente dimitti, iureiurando autem eius iudicetur de omnibus expensis, quas pertulit circa viam et circa peregrinam habitationem, et his iudices addicant actorem convenientem frustra. Et quoniam mos est non aliter fieri exhibitiones aut praesentationes, nisi actores fideiussores ad certam quantitatem dederint, quia exequentur causam, et suscipient sententiam, hanc quidem quantitatem omnino eos exigi, et dari frustra calumniam passo. Si vero per iusiurandum etiam plus aliquid declaraverit, (certa tamen quantitate definita a iudice quam leges taxationem vocant) etiam hoc super exigi, ut cognoscant non illudere vitas alienas, sed in provincia eligere iudices, et ibi contra suos adversarios litigare.

CAP. II.

De cautione praestanda ab his qui de proprio territorio sibi obnoxios abstrahunt.

Quia vero ab actoribus fideiussiones plerumque novimus hic datas tanquam in exhibendis personis: si vero in aliam deducantur provinciam, forte declinare hanc observationem: sancimus hic iudicem aut gloriosissimum quaestorem nostrum sacris nostris ministrantem literis, si quid tale agere iubeatur: non aliter ad aliam exhibere provinciam reum, antequam fideiussorem praebeat actor in iudicio in quod futurus est reum deducere, quia dabit secundum locorum spatium aurum quantumcunque decretum fuerit fugienti, si non exequatur, aut exequens non vincat causam: et ibi omnia agi quaecunque in exhibitione decrevimus, definitum vero aurum, a fideiussoribus exigendum, et dandum ei, qui deductus est: praebendo quoque ab illo etiam iureiurando usque ad taxationem: ut si iuraverit se etiam amplius expendisse, et hoc recipiat: ut undique videantur perfectae nostrae legislationes.

CAP. III.

Ut reo in ius vocato post libelli dationem viginti dierum inducia dentur.

Illud quoque antiquitas quidem benefaciens disposuit, nunc autem studio machinantur nostrarum legum clementiam occasionem facientes suarum calumniarum, vetustate namque volente conventionis factae libellum suscipientem, diebus aeque decem deliberationem habere, quo possit discutere causam, et forte etiam recognoscere et liberari: post decem autem dierum inducias tunc et subscribere misso libello, et iudiciales implere cautiones. Quidam vero respicientes ad nostras leges quae post litis contestationem neque refutare iudicem, neque alium petere

CAPO I.

Del ritirare i rei da un luogo in un altro.

Dunque avendo di ciò compassione prescriviamo che in tal caso, qualora sia giunto il tempo stabilito per la esibizione o presentazione, e l'attore non comparisca fra i dieci giorni da computarsi dal momento in cui il reo venne in provincia, quest'ultimo presentandosi al giudice, otterrà di tosto partire, e sarà ammesso al giuramento delle spese sostenute pel viaggio. E poichè è pratica invalsa che non possono aver luogo le esibizioni o presentazioni se prima lo attore non dia fideiussione che sosterrà la causa, così i rei convenuti potranno esigere una tal somma. Se poi essi avranno con giuramento dichiarato una maggiore quantità (la quale però deve essere moderata dal giudice) potrà questa essere domandata affinchè gli attori non molestino gli altri ed eleggano i giudici nella provincia onde litigare contro i loro avversarii.

CAPO II.

Della cauzione da prestarsi da coloro che fanno richiamare i rei convenuti dal proprio territorio.

Perchè poi sappiamo, che in tal caso dagli attori si dànno cauzioni talvolta, perciò prescriviamo, che qualora l'attore volesse chiamare il reo dalla propria giurisdizione presso il suo foro, il giudice od il gloriosissimo nostro questore dovrà ordinare che il reo non possa essere fatto comparire innanzi il giudice dell'attore, se prima questi non presti fideiussione di dare allo stesso reo una somma relativa alla lunghezza del viaggio, qualora non sostenesse la lite o restasse soccombente. Inoltre si dovrà osservare ciò che abbiamo stabilito circa l'esibizione, vale a dire, che questa somma debba darsi dai fideiussori al reo, il quale giurerà la somma. Se poi gli avesse giurato una somma maggiore di quella contata, potrà domandare anche il di più. In tal modo la nostra legislazione sarà perfetta.

CAPO III.

Che al reo chiamato in giudizio si dia dilazione di venti giorni dopo la consegna del libello.

Gli antichi fecero prescrizioni indulgenti; ma la soverchia indulgenza diede luogo a dolose macchinazioni. E difatti, le antiche leggi concedevano al reo convenuto dopo il libello di citazione dieci giorni onde discutere la causa ed anche per riconoscere il debito e liberarsi; ma esse prescrivevano che scorsi questi dieci giorni dovesse sottoscrivere il libello e soddisfare alle cauzioni giudiziali.

Alcuni poi prevalendosi delle disposizioni delle nostre leggi le quali non permettono di rifiutare il giudice, nè di domandarne un altro dopo la contestazio-

Digitized by Google

iudicem permittunt, causam arte machinantur, et maxime executoribus talia dolose adinvenientibus, et mox ut oblata fuerit quaelibet admonitio, forte neque libello dato neque iudiciali ulla cautione, deducunt hominem invitum ad iudicem datum: et nihil scientem compellunt facere litis contestationem, ut semel sub litis contestatione constitutus obligetur, et nullam habeat licentiam neque refutare iudicem, neque alium iudicem petere, cum forte suspectus iudex sit: et sic agunt quae volunt: et sub suis artibus hominem statuentes, quo volunt modo de eo agunt.

§. 1. Sancimus igitur dum admonitio oblata fuerit alicui, modis omnibus offerri libellum: et non secundum antiquitatem decem solummodo dierum habere eum qui admonetur, inducias: sed duplices, hoc est viginti, ut sive repudiare voluerit, sive etiam cum eo alium iudicem petere, licentiam habeat hoc facere, aut forte cognoscere debitum et liberare se ab adversarii sui contentione amicabiliter, et non per calumniam et circumventionem sub iudice constitui forsan suspecto et forsan ingrato, plerunque autem aliquid etiam proprium contra eum dispensante: et eo qui litem sustinet, nullum habente tempus ad agnoscendum ea in quibus conventus occurrit.

§. 2. Suscepto vero libello, sola personali fideiussione ab eo data, et sportulis secundum sacram nostram praebitis constitutionem subscribere libello, qui appellatur responsionis: et declarare etiam tempus quo ei libellus datus est, ne etiam ob hoc ars quaedam fiat: cumque futura est celebrari contestatio litis, apud iudicem interrogari fugientem, si viginti dies transierint deliberationis: et illum quidem dicere veritatem: ostendit quoque illud etiam ex die et subscriptione libelli, et si dixerit transisse viginti dierum numerum, tunc fieri litis contestationem. In medio autem ei licentiam esse repudiare iudicem, et alium petere: aut etiam cum eo iudicem percipere, aut certe absolvi amicabiliter: nihil in medio neque damnificando, neque ab executoribus conturbando: sed et iudiciariam cautionem exponentem, sicut qui de his iudicat, perspexerit: et viginti dierum habentem deliberationem. Si vero haec non serventur: licet videatur quaedam fieri contestatio litis, pro nihilo eam esse, sed licentiam esse, et post huiusmodi contestationem litis intra definitos viginti dies sic omnia agere, tanquam si neque ab initio facta sit quaedam contestatio litis.

Cap. IV.

De iuratoriis cautionibus.

Si vero semel repudians iudicem, alium acceperit: non sinimus ei eum qui petitus est, rursus repudiare. Sicut enim eius curam habemus, etiam per dilationem agi aliquid adversus actorem, modis omnibus aversamur: si vero etiam quidam iurant quia observabunt: et antequam contestatio litis fiat, ab hac maxima dispareant civitate, licentiam esse etiam non facta litis contestatione adire actorem statutum iudi-

ne della lite, usano dell' artifizio (specialmente gli esecutori) che appena citato qualcuno senza forse aver dato il libello o prestata la cauzione giudiziale, lo fanno contro sua voglia comparire presso il giudice dato e lo costringono, senza saper nulla, a fare la contestazione della lite, di modo che in forza di tale contestazione egli non è più in caso di rifiutare il giudice o di domandarne un altro, qualora per avventura il medesimo fosse sospetto.

§ 1. Laonde prescriviamo che appena fatta la citazione ad alcuno, venga offerto il libello, che il convenuto non abbia, giusta le antiche leggi, dieci soli giorni, ma bensì venti giorni per ripudiare il giudice, riconoscere il debito e liberarsi amichevolmente dalla sua obbligazione verso l'avversario e che con raggiri non venga costituito sotto un giudice per avventura sospetto, e senza che possa aver tempo di riconoscere la qualità dell'azione per cui è convenuto.

§. 2. Ricevuto poi il libello, la sola personale cauzione data da lui di stare in giudizio, pagate le sportule secondo la nostra imperiale costituzione, si formerà il libello di risposta, dichiarando anche il tempo in cui gli fu dato il libello affinchè riguardo a ciò non si commetta qualche raggiro, e passati che siano venti giorni il reo dovrà essere interrogato presso quel giudice e si farà la contestazione della lite. Entro questo termine di venti giorni lo stesso reo convenuto potrà ricusare il giudice e domandarne un altro, non potendo egli in questo lasso di tempo soffrire alcun danno, nè essere molestato dagli esecutori. Egli potrà anche convenirsi amichevolmente coll' attore entro questo termine e dare la cauzione di presentarsi in giudizio. Se non si osservassero queste prescrizioni, la contestazione avvenuta sarebbe nulla, ed il reo avrà la facoltà di far ciò che sopra si espose entro il termine di venti giorni, come se non fosse avvenuta alcuna contestazione.

Capo IV.

Delle cauzioni giuratorie.

Se poi una volta, ricusando un giudice, taluno ne ricevette un altro, non gli permettiamo ripudiare anche quest' ultimo. E poichè abbiamo allo stesso provveduto, così non vogliamo che neppure l' attore sia oppresso con soverchie dilazioni. Laonde, allorquando il reo dopo aver giurato di presentarsi in giudizio, si assentasse dalla città, l' attore potrà, ancorchè non sia fatta contestazione di lite, ricorrere al

Digitized by Google

cem, et hoc denuntiare. Illum vero (siquidem administrator sit) iubere omnimodo exhiberi reum tanquam periurum et pene sui accusatorem per fugam factum. Si vero non administrat, sed datus sit a quodam iudice sive ex sacra forma aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore: ad illum renuntiare, a quo datus est, ut deducatur ab illo: ne causa maneat actori undique desolato, iudice agere aliquid non valente, eo quod nondum apud eum facta sit litis contestatio: illo contemnente legem et iuramentum suum manifestatione sua, et actorem extra omne legitimum adiutorium relinquente.

§. 1. Igitur ne latente eo, et tardata exhibitione, causa maneat suspensa: examinet ut potuerit iudex in quam terram abiisse dicitur: et det inducias certas, ut nisi intra eas occurrerit, (liberam tamen huius rei fiduciam habens, si non forte studio actoris impediatur, aut venire prohibeatur) tunc secundum unam partem examinet negotium, et in possessionem mittat actorem rerum eius secundum mensuram declarati debiti: ipsumque in possessionem missum, habere etiam rem debiti servandi causa: et tunc si ille occurrerit, omne ei prius salvet damnum: et tunc recipiens res, et fideiussorem praestans, prosequatur causam.

Cap. V.

De hypothecis militiarum ex casu, quae personae et quando hoc ius habeant.

Optimum quoque etiam hoc propter dubitationum quaestionem lege communi determinare. Primum namque fuerunt dubitationes plurimae, utrum oporteat militias sub hypothecae deduci vinculis, an etiam his liberas esse: sed hoc quidem iam definitum est lege: et certae consistunt militiae quaecunque vendi aut obligari possunt. Nos autem ex maioribus causam considerantes, scimus, quia ex antiquis temporibus non erat in militiis hypotheca, sed quaedam nomina omnino antiqua et deficientia in talibus efferebantur. Paulatim vero imperatores interpellantium creditorum miserati: haec praebebant, cum utique omnis militia publica existeret, nullum quaestum omnino alium quam ex imperiali munificentia habens.

§. 1. Propterea igitur sancimus ea quae appellantur ex casu, non omnibus prompte subiacere: nisi tamen creditor fuerit, qui ad hoc ipsum mutuavit, ut militia illi emeretur: alioqui aliis creditoribus non prompte damus hoc: sed si quidem filli fuerint aut uxor defuncti, istos omnibus praeponimus modis, ut adeant nos: et secundum iussionem nostram hoc habeant, non tanquam paternam hereditatem, si in aliis inops sit, sed tanquam imperialem munificentiam: ut et substantiam: relinquentibus, et non habentibus, merito solatium praebeamus. Si vero nullus eis neque filius neque uxor fuerit, neque credi-

giudice cui è portata la lite e denunciargli il caso. Questo giudice, qualora sia tra i magistrati maggiori, dovrà ordinare l' arresto contra il convenuto come spergiuro, manifestandosi esso reo colla sua fuga. Se questo giudice non è magistrato, ma delegato da qualche giudice o da ordine imperiale, od anche da qualche magistrato, dovrà essere fatta riferta a quello che lo delegò, il quale dovrà fare l'inquisizione, affinchè la causa dell' attore non resti abbandonata, non potendo il giudice delegato fare alcuna cosa non essendovi contestazione di lite, per cui il reo convenuto violerebbe le leggi ed il suo giuramento e lo attore resterebbe senza il soccorso delle leggi.

§. 1. Dunque affinchè, essendo latitante il convenuto e ritardandosi la sua presentazione, la causa non resti sospesa, il giudice faccia, come meglio potrà, indagine del luogo nel quale si dice che, si trova il latitante, e prefigga un termine, entro il quale questi dee comparire in giudizio (poichè potrebbe egli per timore della potenza dell' avversario tenersi assente), scorso il quale termine, esaminerà la petizione dell' attore che dovrà essere posto in possesso dei beni del convenuto in proporzione della quantità del debito. Quest' attore posto in possesso dei beni, avrà sopra i medesimi il diritto di pegno pel suo credito; e se il convenuto comparirà, dovrà essere indennizzato, e prestato che sia il fideiussore, si proseguirà la lite.

Capo V.

Ipoteche di milizie dette ex casu, *quali persone e quando abbiano questo diritto.*

È cosa benanche ottima fissare con una legge comune ancora quanto segue, a cagione de' sorti dubbii. Perchè da principio vi furono ben molti dubbii per la quistione se le cariche, o milizie si potessero sottomettere ad ipoteca. Ma questo fu già sciolto mediante una legge, e le cariche furono rese suscettibili di essere vendute ed obbligate; le quali ipoteche non erano permesse dalle antiche leggi e furono introdotte a beneficio dei creditori sopra le cariche pubbliche.

§. 1. Laonde prescriviamo che le ipoteche dette *ex casu* (vale a dire, qualora venga a mancare quegli che occupa la carica) non siano a tutti concesse, ma bensì al creditore che diede a prestito danaro onde comperare la stessa carica, non già agli altri creditori, dovendo a questi essere preposti figli, se ve ne sono, o la moglie del defunto, non già in via di eredità, ma in via d' imperiale munificenza. Se poi il defunto non lascerà figli o moglie, nè avrà un creditore che gli abbia fatto il prestito onde comperare la carica, in tal caso tale beneficio spetterà agli altri creditori, onde dolci siano le nostre leggi e gradite a

Digitized by Google

tor qui ad ipsam militiam mutuavit: tunc et allis creditoribus praebemus hoc, ne videamur inhumanum aliquid facere, et non propter piam et Deo placentem actionem ponere legem. De militia quippe spectabilium Silentiariorum proprie datis et largitis eis privilegiis in sua virtute manentibus.

CAP. VI.

De muliere inope indotata.

Quoniam vero ad clementiam omnis a nobis aptata est lex, videmus autem quosdam cohaerentes muneribus indotatis deinde morientes et filios quidem ex lege vocatos ad paternam hereditatem, mulieres autem licet decies millies in statu legitimae coniugis manserint, attamen eo quod non sit facta neque dos neque antenuptialis donatio, nihil habere valentes, sed in novissima viventes inopia: propterea sancimus providentiam fieri etiam harum et in successione morientis, et huiusmodi uxorem cum filiis vocari, et sicut scripsimus legem volentem, si sine dote existentem uxorem vir dimiserit, quartam partem eius substantiae accipere eam: sic etiam hic, quoniam contingit forte paucos aut plures esse filios, quartam partem eius substantiae habere mulierem, sive plures, sive minus filii fuerint. Si tamen legatum aliquod reliquerit ei vir minus quarta parte, compleri hoc: ut sicut laesas eas iuvamus, si forte dimissae fuerint a viris indotatae consistentes: ita vel si perduraverint semper cum eis, eadem fruantur providentia, scilicet omnibus secundum instar illius nostrae constitutionis quae quartam decernit eis, etiam hic servandis similiter quidem in viris, similiter autem in mulieribus, communem namque etiam hanc super eis ponimus legem, sicut et precedentem.

§. 1. Si vero quasdam res proprias mulier in domo viri aut alibi repositas habuit, harum actionem et retentionem habeat omnibus modis imminutam: subiacere huiusmodi rebus viri creditoribus nullo modo valentibus: nisi forte secundum quod in illius iure ex hac lege heres extiterit.

§. 2. Haec itaque dicimus si coniunctorum alter dotem aut antenuptialem donationem non faciens, inops aut vir aut mulier inveniatur, et moriens quidem aut vir aut mulier locuples sit, ille vero vel illa superstes pauper existat. Nam si aliunde forsan habeat: non offerentem dotem, aut non dantem propter nuptias donationem, non erit iustum gravare filios per successionem: quoniam lex alia est nostra dicens dotem non offerentem, non posse res viri acquirere per antenuptialem donationem, quod etiam volumus hic obtinere: nisi tamen ipse vir aut legatum ei, aut aliquam partem institutionis reliquerit, fieri namque hoc nullo invidemus modo: ut omnibus modis concordantiae legum serventur, et inopia coniugis per divitias salvetur alterius.

EPILOGUS.

+. Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo in Dio. Dovranno poi restare nel loro vigore le leggi riguardanti la carica degli spettabili silenziarii.

CAPO VI.

Della moglie povera indotata.

Perchè poi ogni nostra legge viene da noi modellata sulla clemenza, ma vediamo che, morendo taluni mariti di donne indotate ed essendo i figli chiamati alla paterna eredità, le stesse mogli, benchè per mille, e più volte sieno perdurate nello stato di legittima moglie, nondimeno, sono costrette a vivere in estrema miseria, poichè esse non possono avere alcuna cosa, non essendosi fatta dote o donazione antenuziale, perciò prescriviamo che si dia un provvedimento, onde tali mogli ancora siano chiamate alla successione del defunto marito assieme coi figli.

E siccome abbiamo fatto una legge dettante che se il marito ripudia la moglie che non portò dote, essa debba avere la quarta parte della costui sostanza, così anche in questo caso essa abbia la quarta parte della sostanza del marito: il che si farà lasciando pochi, o molti figli. Che se il marito le lasciò un legato che non ascende alla quarta parte della sua sostanza, allora dovrà essere ripianata questa quarta parte. Tale porzione dovrà pure spettare ai mariti sui beni delle loro mogli. Perchè facciamo una legge comune, come la precedente, favorendo tanto i mariti, che le mogli.

§. 1. Se poi la moglie ebbe talune cose proprie nella casa del marito o altrove poste, essa abbia intera la ritenzione e l' azione di tali cose, escludendo i creditori del marito, qualora però non fosse divenuta erede del medesimo succeduta nel di lui diritto.

§. 2. Sicchè queste cose ordiniamo, se uno dei coniugi non costituendo all' altro la dote ovvero una donazione antenuziale, il marito o la moglie si scopra povero, ed il coniuge defunto fosse ricco ed il superstite povero. In caso diverso, la presente legge non avrà vigore; poichè non sarebbe giusto che il coniuge che non avesse dato la dote o fatta la donazione antenuziale gravasse i figli nella successione; poichè havvi una nostra legge portante che la moglie, la quale non diede la dote, non può acquistare le cose del marito mediante donazione antenuziale; la quale legge dovrà conservare il suo vigore; potendo però il marito lasciarle un legato ed instituirla in parte erede; affinchè in tal modo le leggi siano in armonia tra di esse e si provvegga al bisogno del coniuge povero mediante le ricchezze dell' altro.

EPILOGO.

Dunque la tua altezza si dia fretta di porre in os-

Digitized by Google

omnibus valere, effectuique contradere festinet, per praecepta a se conficienda universa faciens manifesta, quatenus ipsi secundum haec vivant etiam, et conversentur. Dat. x. Kal. Octob. Imper. Dom. Justin. PP. A. anno XI. post Cons. Belis. V.C. Anno secundo.

TIT. XIV.

De debita impensa in exequiis defunctorum.

NOVELLA CONSTIT. LIX.

Idem Imperator Justinianus Augustus Ioanni praefecto praetorio, iterum exconsuli et patricio.

PRAEFATIO.

Singula bonorum operum a nobis Dei auxilio oportet accipere principium, aut si qua, ea quae ab aliis facta sunt bona, secuta est corruptio, hanc emendari a nobis et in antiquum reduci ordinem. Ut nos aut factione rei aut correctione ad bonos actus studeamus habere semper participium. Quale videlicet aliquid et super exequiis defunctorum factum non recte perspeximus emendare, et donare omnibus, ne duplicem sustineant difficultatem simul quidem ut quae sua sunt amittant, simul autem ut pro se damnificentur. Sed quod Constantinus piae memoriae recte cogitans disposuit, et post haec Anastasius piae memoriae firmavit, adiiciens etiam reditus causae, hoc nos ipsi cum periculum patiatur cadere, reparare et dare cum omni cautela et terminis competentibus cogimur, illud facientes manere immortale. Constantino enim piae memoriae nongentis octoginta ergasteriis, ex diversis corporibus felicissimae huius urbis, sine tributis dante sanctissimae maiori ecclesiae, Anastasio vero piae memoriae non solum ergasteriis illis quinquaginta et centum adiiciente, sed et reditum certum largiente per duas pragmaticas formas, quatenus quod ex ipso reditu colligitur aurum, proficiat ad ea quae dantur a Deo amabilibus oeconomis his qui ad hoc laborant: plurimi plerumque adierunt nos, dicentes non similiter causam procedere, neque sine mercede fieri defunctorum exequias, sed exigi amare, et inveniri plurima foris nomina et corpora quae etiam invitos exigunt lugentes, et cogunt dare non habentes, haec omnia iustum iudicavimus competenti correctione digna facere.

CAP. I.

Primum itaque ea quae per ergasteria plurimam susceperunt laesionem et deminutionem, ad plenum restituimus sanctissimae maiori ecclesiae sacram propter hoc scribentes formam ad urbis praefecturam, quatenus ipsa cum obediente sibi officio traderet mille centum ergasteria omnibus modis Deo amantissimis ecclesiae defensoribus et oeconomis sanctissimae dictae ecclesiae, octingentis quidem in corporibus ergasteriorum praebendis Deo amantissimis defensoribus, trecentis autem Dei cultoribus oe-

servanza e pubblicherà mediante i proprii editti, le disposizioni di questa nostra legge, affinchè tutti, venendo in cognizione delle medesime, le osservino nell' andamento della vita, e degli affari. Data ai 22 di settembre, nell' anno undecimo dell' impero di Giustiniano, augusto padre della patria, e nell' anno secondo dopo il consolato di BELISARIO, uomo illustrissimo.

TITOLO XIV.

Delle debite spese nei funerali dei defunti.

NOVELLA COSTITUZIONE LIX.

Lo stesso Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni prefetto del Pretorio, per la seconda volta ex-console e patricio.

PREFAZIONE

Ciascuna delle buone opere deve coll'aiuto divino prendere principio da noi, e dobbiamo ridurre nella loro primitiva regolarità quelle che in origine buone andarono in seguito travolte a correzione; di modo che o coll' istituire o col correggere noi sempre avremo partecipazione alle buone azioni. Di tal natura cioè è quello che credemmo bene di correggere, e che fu non convenientemente stabilito circa le esequie dei defunti, e ciò affinchè niuno si esponga a perdere il suo e ad essere danneggiato nei proprii interessi. Ciò che in proposito, e con buono intendimento dispose l'Imperatore Costantino, e fu confermato poscia dall'Imperatore Anastasio di pia memoria, noi siamo tenuti a fare rivivere, modificato convenientemente, e viene ad esso data perpetua forza. E, diffatti, Costantino diede alla santissima maggior chiesa novecento e ottanta ergasterii tolti da diverse corporazioni di questa felicissima città, i quali non potevano essere soggetti a tributi; Anastasio non solamente aggiunse a questi cento e cinquanta ergasterii, ma vi stabilì i redditi con due prammatiche forme, onde le somme ritratte dovessero andare a vantaggio di ciò che viene dato dagli economi accetti a Dio, a quelli che si occupano in tali oggetti; ma molti fecero a noi ricorso dicendo che la cosa non andava così, e che le esequie dei defunti non si fanno senza mercede, esigendosi le spese funerarie da chi non può pagarle; al quale disordine noi credemmo doversi apporre rimedio.

CAPO I.

Sicchè anzitutto vengono riparate le lesioni e le diminuzioni avvenute pegli ergasterii alla santissima maggior chiesa mediante questa imperial legge diretta alla prefettura della città, per cui essa assieme col suo officio dovrà delegare mille e cento ergasterii ai difensori ed economi della detta santissima maggior chiesa accetti a Dio; ottocento ai difensori e trecento agli economi; di modo che gli economi avranno quattrocento ergasterii ed il reddito costituito dall'imperatore Anastasio, il qual reddito, non essendo

Digitized by Google

conomis, ut Deo amabiles oeconomi habeant quadraginta ergasteria, et reditum ab Anastasio divae memoriae donatum, nequaquam querentes tanquam minus sit, sed supplementum ex trecentorum ergasteriorum datione habentes, facere menstruorum expensas, et decanis, et aliis ordinibus, Deo vero amabiles defensores habentes octingenta ergasteria et appellatos lecticarios praebere, et aliud ministerium facere quod defunctorum exequiae volunt, quatenus per hoc damna auferantur lugentium.

CAP. II.

Oportet ergo supradicta mille centum ergasteria custodiri et Deo amabilibus oeconomis et defensoribus semper sine tributis et sine diminutione, et supplenda a gloriosissimo praefecto felicis huius urbis, si quis faciat casus quolibet modo aut mutatio horum faciei aut mercationis, ut Deo amabiles quidem oeconomi habentes praediorum administrationem quae sepulchris deputata sunt, habentes etiam sine tributis trecenta ergasteria, defensores autem octoginta, circa exequias defunctorum faciant gubernationem, ea quidem quae ex praediorum reditu accedunt a Deo amabilibus oeconomis dari sepulturis, sicut descendentes diximus, adiecto etiam ex trecentis ergasteriis cremento, quod etiam ipsum in ipso opere percipere petierunt. Quia igitur mille centum ergasteriorum in hac existentium felici urbe plurima ceciderunt, praecipimus secundum praesens tempus repleantur, et horum mille centum ergasteriorum numerum imminutum conservatum et sine tributo, divisum secundum dictum a nobis modum servari et Deo amabilibus oeconomis et Dei cultoribus defensoribus, ut tamen non minus sint Decani seu laboratores octingentis deputati Deo amabilibus defensoribus, pro vero trecentis datis Deo amabilibus oeconomis, licentiam his esse iisdem Deo amabilibus viris si voluerint, in corporibus accipere trecenta ergasteria, aut omnia aut quaedam ex his, aut percipere occasione appellatorum excusatorum, pecunias pro cunctis aut pro aliquibus ergasteriis, ipsasque pecunias, quas hactenus non habebant: (sicut et ipsi nostram docuerunt potestatem) expendere circa defunctorum exequias, ut et ex his pecuniis et ex reditibus praediorum distributio fiat et decanis et ascetriis et canonicis, [et acolythis] sicut descendentes ordinavimus. Iisdem enim Deo amabilibus oeconomis docentibus quia iam impossibile est ex praediis de caetero eundem reditum servari, recte nos trecentorum ergasteriorum crementum distribuimus huic parti, quatenus, quod inculpabiliter hactenus datum est laborantibus, circa funerum exequias, et deinceps detur, hoc est per singulum mensem quadringentos solidos dividendos Decanis et acolythis et ascetriis, et canonicis, secundum eam, quae hactenus apud eos tenuit consuetudo: hoc est decanis quidem per singulos menses centum octoginta duos solidos, ascetriis autem nonaginta [unum] solidos, et acolythis nonaginta unum solidos, et canonicis trisufficiente, sarà supplito dai trecento ergasterii onde fare le debite spese ai decani ed agli altri ordini. I difensori accetti a Dio avendo ottocento ergasterii, somministreranno i lettigarii e quei ministerii che si richiedono pei funerali.

CAPO II.

Dunque i suddetti mille e cento ergasterii non debbono essere soggetti ai pubblici tributi. Il gloriosissimo prefetto di questa felice città dovrà far sì che sia supplito agli ergasterii che vengono a mancare, di modo che gli economi accetti a Dio, i quali hanno l'amministrazione dei predii deputati ai funerali, oltre trecento ergasterii immuni da tributi, ed i difensori che ne hanno ottocento, presiedano ai funerali dei defunti, ricavando le spese da questi redditi. Ma poichè molti dei mille e cento ergasterii esistenti in questa felice città vennero a mancare, prescriviamo che venga compito tal numero di ergasterii, i quali dovranno essere immuni dai tributi e divisi nel detto modo tra gli economi ed i difensori, di maniera che non vi siano meno di ottocento decani o lavoratori deputati ai difensori e trecento agli economi, avendo essi la facoltà di fare le percezioni o da tutti o da una parte soltanto degli ergasterii, e con questi redditi essi sosterranno le spese funerarie verso i decani, gli ascetrii e gli accoliti nel modo che in appresso indicheremo. Noi abbiamo aggiunti a tal uopo i trecento ergasterii, essendo impossibile di avere redditi sufficienti dai predii, affinchè venga dato anche in appresso ciò che si dava per lo innanzi a quelli che assistono ai funerali, vale a dire, affinchè ogni mese si diano quattrocento solidi ai decani, agli accoliti, agli ascetrii ed ai canonici, come fino ad ora si costumò; cioè ai decani cento ottanta solidi per mese, novantuno agli ascetrii, novantuno agli accoliti e trecento e cinque solidi ai canonici, i quali debbono raccogliersi dagli economi accetti a Dio e pagarsi a coloro ai quali si sogliono pagare.

Digitized by Google

ginta et quinque solidos; congregandos quidem ab eisdem Deo amabilibus oeconomis, solvendos autem in eis, qui consueverunt accipere, per sex menses.

CAP. III.

Oportet autem competentem quidem auri partem reverendissimis ascetriis dari, per Deo amabiles oeconomos secundum dictas inducias, Eugenio Deo amabili diacono et xenodocho Sampsonis sanctae memoriae Xenonis, et eius qui per nos constitutus est, et his qui erunt post eum Deo amantissimi xenodochi memoratorum xenodochorum, eo quod ascetriae ad hoc ministrantes opus sub xenodochiis per tempus memoratorum venerabilium xenodochorum constitutae sint; quod autem contingit Acholythos et reverendissimas canonicas similiter dari ab eisdem Deo amabilibus oeconomis et qui nunc praesunt eis, et quibus per tempus praesulatus earum committitur, ut per eos distributio fiat prae declaratis, et sub eis constitutis ascetriis et canonicis, necnon et acolythis: Si vero retro fecerint circa talem solutionem Deo amabiles oeconomi: et hoc palam fiat intra sex menses, in secundo semestre veniente, si nullam fecerint solutionem, tunc omne quod post primum semestre debetur, exigi semper a Deo amabilibus oeconomis, cum usura tertiae partis legitimae centesimae post semestre tempus, providentiam huius ponente per tempus sanctissimo archiepiscopo et patriarcha felicis huius urbis sanctissimae maioris ecclesiae.

CAP. IV.

Si autem et alter annus transeat, et neque sic aliquid exolvant Deo amabiles oeconomi reverendissimis mulieribus aut memoratis decanis, licentiam esse per tempus sanctissimo patriarchae, non solum exigere Deo amabiles oeconomos debitum cum dicta usura, sed etiam dare eos cogere quaecunque decreta sunt, et (si voluerit sanctissimus Patriarcha) expellere eos a gubernatione praediorum, et exigere horum faciem puram ab eis qualis est. Horum omnium sollicitudinem ponente pro tempore beatissimo archiepiscopo et universali patriarcha, sub quo sunt et Deo amabiles oeconomi et omnis clerus, et universus sanctissimae maioris ecclesiae status.

§. 1. His ita factis nullum penitus ab invito percipere pro mortuo corpore tutato quicquam, ut autem discreta sint omnia, sancimus singulo lecto gratis dato unum asceterium dari, asceteriarum aut canonicarum non minus octo mulierum praecedentium lectum et psallentium et tribus acolythis, qui nihil penitus accipient. Si tamen quis voluerit competentium defuncto et exequias facientium ipse sponte, cogente nullo et aliud asceterium unum aut duo aut etiam amplius assumere: hoc sit quidem eius munificentiae, tamen nec hoc indefinitum relinquimus, et hic eandem mensuram esse volumus harum quae per munificentiam assumuntur asceteriarum seu canonicarum, et acolythorum, quam superius definivimus, non minus octo asceterias seu canonicas esse, quae

CAPO III.

È d'uopo poi che sia data una competente somma ai revendissimi monasteri degli economi accetti a Dio secondo il termine predetto, cioè, ad Eugenio diacono e preside dell'ospizio di Sansone Zenone di santa memoria e di quello che fu da noi instituito, ed a quelli che dopo di lui saranno presidi dei medesimi ospizii; poichè le monache che intervengono alle esequie sono costituite sotto i detti ospizii. Riguardo poi agli accoliti ed alle reverendissime canonichesse, le somme dovranno darsi dagli economi ai respettivi presidi, i quali ne dovranno fare la distribuzione alle dette monache, canonichesse ed agli accoliti ad essi soggetti. Se poi gli economi accetti a Dio non avranno fatto per lo passato questo pagamento, ed entro sei mesi si venisse a conoscere ciò, nel secondo semestre dovrassi esigere il pagamento del primo coll'interesse del tre per cento a cura del santissimo arcivescovo e patriarca della maggior chiesa di questa felicissima città.

CAPO IV.

Se poi passi anche un altro anno, e gli economi accetti a Dio nulla paghino alle reverendissime monache ed ai suddetti diaconi, sarà in facoltà del santissimo patriarca *pro tempore* non solamente esigere dagli economi accetti a Dio il pagamento di ciò ch'è dovuto assieme cogl'interessi, ma eziandio li potrà costringere a pagare ciò che venisse imposto ed anche espellerli dall'amministrazione dei predii. Di tutto ciò dovranno aver cura il beatissimo arcivescovo ed universal patriarca, sotto il quale sono gli economi accetti a Dio, tutto il clero e tutto lo stato della santissima maggior chiesa.

§. 1. Non si potrà percepire alcuna cosa che non sia data spontaneamente per l'esequie di alcun defunto. Per l'esequie di un defunto dovrà intervenire gratuitamente un solo asceterio, il quale consiste in otto monache che debbono precedere il convoglio e salmeggiare, ed in tre accoliti. Che se taluno volesse, di propria volontà e senza venire da alcuno sforzato a ciò, aggiungere un altro asceterio o due o più, a proprie spese lo potrà fare; prescrivendo però che per ciascun asceterio non vi potranno essere più di otto monache o canonichesse e di tre accoliti.

Digitized by Google

ex unoquoque asceterio assumuntur, et tres acolythos per singulum asceterium.

CAP. V.

Dare autem asceteriis seu canonicis his, quae circa id gratis ministrare sumuntur, si quidem intra novos muros felicis huius urbis sint exequiae, usque ad ternos solidos, nihil ex hoc acolythis penitus recipientibus, neque dividentibus haec cum reverendissimis asceteriis aut canonicis Acolythis autem qui praeter tres gratis ministrantes sumuntur, siquidem alii tres sint, fieri contentos siliquis tribus: si vero sex, siliquis sex: et deinceps secundum hunc modum etiam de his gubernari. Certum vero est, quia si et spatium plus consistat, et qui lecto ministrant decani plures sint, asceteria plura propter huius oneris partem, etiam aliquid et ipsis dabitur secundum similitudinem ad asceteria disciplinae laborantium, ut differentia laboris videantur aliquod et ipsae habere hinc solatium. Videtur autem intra novos muros et transitus Justinianarum seu Sycorum, quoniam non longe constitutae (neque) egeret ampliori temporo vel labore ad veniendum ibi. Si vero foris novos muros felicis huius urbis exequiae fiant, aut etiam in alios transitus citra quam dictum est, tunc asceterias quidem seu canonicas dimidiam partem solidi accipere neque hic communicantibus penitus ullo modo eis acolythis. Ipsis autem acolythis in singulo asceterio quatuor accipientibus siliquas, et ultra haec nihil, secundum memoratam divisionem, asceterio sequente gratis datum lectum cum tribus acolythis, et ipso omnino veniente per octo asceterias aut canonicas, et tres (sicut dictum est) acolythos, et nihil penitus accipientibus, neque per circorum dationem exigentibus, et aliam mensuram adinvenientibus sub alio velamine.

CAP. VI.

Haec itaque omnia definivimus super his qui non per munificentiam quaerunt duos maiores lectos in venerabili vasorum custodiario positos. Dicimus autem Studii gloriosae memoriae, et Stephani magnificae memoriae. Si quis enim illos voluerit accipere, utpote et pluribus hominibus egentes, et custodia potiori et omnimoda curiositate egentes, hoc non coniungimus his quae prius diximus, sed tanquam magnificam exhibens voluntatem, quantumcunque pro labore decanis aut reverendissimis asceteriis vel canonicis dare placuerit, tantum et praebeat, non tamen valentibus transcendere decem solidorum quantitatem in duobus lectis Studii et Stephani, in deaurato autem posito in sanctissima maiore ecclesia, vel uno solido pro eo forsan faciendo quatuor solidorum, asceteriis autem, et canonicis, et acolythis duplicia accipientibus, quam prius de his definivimus, quippe et ipso asceterio seu canonicis gratis in aliis lectis praecedente, eandem accipiente quantitatem, quam et reliqua asceteria. Hoc ipso et supra acolythis observando quod praediximus, ut et isti duplum horum quae iam a nobis ordinata sunt, accipiant: quando

CAPO V.

Alle asceterie o canonichesse tra il numero di quelle che assistono, gratuitamente qualora le esequie si facciano tra le nuove mura di questa felice città, si daranno tre solidi e non più, ai quali non debbono partecipare gli accoliti. Agli accoliti poi, che non sono nel numero di quelli che debbono assistere gratuitamente, se saranno tre, verranno date tre silique, se sei, sei silique e così via via colla stessa proporzione. Che se la distanza è maggiore o vi sono più decani e quindi più asceterii, si darà qualcosa per compenso della maggiore fatica. Però tra le nuove mura ed i transiti delle Giustiniane o Sici non havvi una grande distanza; ma se si fanno le esequie fuori delle nuove mura di questa felice città o negli altri transiti diversi dagli anzidetti, le asceterie o canonichesse riceveranno mezzo solido che non dovrà essere diviso cogli accoliti. Gli accoliti di ogni asceterio potranno ricevere soltanto quattro silique, ma l'asceterio che dee assistere gratuitamente non potrà ricevere alcuna cosa nè per i cerei, nè per altro pretesto.

CAPO VI.

Abbiamo però stabilita questa misura qualora non si chiedessero i letti funebri di Studio e di Stefano; imperocchè essi hanno duopo di più uomini, di maggior custodia e sono di maggior pompa. Per questi adunque si darà quanto si credesse opportuno per la fatica dei decani, delle riverendissime asceterie o canonichesse; ma non però si potrà trascendere dieci solidi; di modo che le asceterie o canonichesse riceveranno il doppio di ciò che abbiamo detto doversi dare nel caso ch' esse dovessero assistere gratuitamente. Il doppio pure dovranno ricevere gli accoliti. Gli economi poi dovranno fare le spese coi redditi costituiti dall' Imperatore Anastasio o mediante i trecento ergasterii, giusta il modo da noi indicato. Così tutto sarà stabilito; quelli che vorranno fare modiche spese pei funerali potranno approfittare di questa disposizione e quelli che vorranno fare magnifici funerali, li potranno fare senza molto dispendio.

Digitized by Google

unus tamen horum trium fuerit lectus, in quo funus agitur, id volente qui hoc celebrat: quippe Deo amabilibus defensoribus necessitatem habentibus corpora decanorum praebere, ex iis deputavimus octingentis ergasteriis et etiam lectos, non tamen expensas facere aliquos, Deo amabilibus oeconomis cogendis, vel ex reditu ab Anastasio divae memoriae relicto, vel ex trecentis ergasteriis omnem memoratam expensam fieri circa dictas personas secundum in omnibus ordinatam a nobis divisionem. Sic nihil indefinitum erit, sed mediocres sepulturas fieri volentes hac fruentur dispositione, et ad munificentiam respicientes, non magis damnificabuntur, sed erunt cum mediocritate munifici.

CAP. VII.

Et nos non latuit, quia etiam adoptionis modus erat antiquitus ante nos imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabilis existimatus: sed aeque piae memoriae noster pater, et constitutio ab illo prolata talia reprehendit. Manere ergo et illam in suis terminis volumus: quoniam castitatem diligenter consideravit: et incompetens est, quae bene exclusa sunt, rursus ad rempublicam revocare.

Cap. IV.

Quae sine dotalibus instrumentis contrahere non possunt. Iulianus hic num. 243.

Illud quoque melius arbitramur constituere competenter, quod ex plurimo causarum experimento cognovimus: multae quidem et continue lites nuntiatae nostrae maiestati, ad opus nos deduxerunt huius legis. Quia enim et antiquis promulgatum est legibus, et a nobis ipsis sunt haec eadem constituta, *ut etiam nupliae extra dotalia documenta ex solo affectu valeant et ratae sint*: sed falsatis contractibus nostra ex hoc est completa respublica: (nam introeuntes testes sine periculo mentientes, quia vir vocabat *Dominam* cohaerentem, et ista illum similiter nominabat: et sic eis finguntur matrimonia non pro veritate confecta) hoc existimavimus oportere secundum naturales definire leges. Novimus etenim, etsi castitatis sumus amatores, et hoc nostris sancimus subiectis, sed nihil esse furore amoris vehementius, quem retinere philosophiae est perfectae, monentis etiam et insilientem at-

§. 1. Se poi havvi qualche impedimento al matrimonio ed il padre morendo scrisse nel testamento voler egli, che i figli sieno suoi legittimi successori, i figli presenteranno istanza a tale effetto producendo il testamento del padre e saranno eredi per la porzione nella quale vennero istituiti dal padre: di modo che la loro legittimità deriverà dal padre e dall' imperatore, vale a dire dalla natura e dalla legge.

Con queste prescrizioni però non si vuole derogare ad alcuna legge anteriore; anzi qualora al padre restassero superstiti i figli legittimi, i figli naturali non potranno ottenere la legittimità, se non in forza delle nostre Costituzioni che introdussero il modo degl'istrumenti dotali.

Capo III.

Legittimazione per mezzo di adozione.

Anche noi non ignoriamo che vi era un antico modo, onde si potevano legittimare i figli mediante l'adozione, modo ammesso dai nostri predecessori, ma che poscia nostro padre, di felice memoria, ad una sua Costituzione all'uopo volle abolito. Laonde questa Costituzione dovrà essere conservata in vigore, poichè essa ebbe in considerazione la castità e non conviene che ciò che fu ragionevolmente abolito sia fatto nuovamente rivivere.

Capo IV.

Quali persone non possano contrarre matrimonio senza gl'istrumenti dotali. Giuliano n. 243.

Anche al seguente provvedimento crediamo devenire facendo all'uopo le seguenti riforme, determinati a ciò dalle cause portate alla nostra Maestà, le quali hanno bisogno di questo provvedimento. E difatti, dalle antiche leggi e dalle nostre fu stabilito che il matrimonio fosse valido in forza del solo affetto senza bisogno degl' istrumenti dotali ma essendosi a tale proposito commesse molte falsità, poichè vi sono testimonii i quali senza incorrere in alcun pericolo affermano falsamente che il tale chiamava *signora* la tal donna e che questa chiamava il medesimo con simile nome, ed in tal modo si fingono matrimonii che in realtà non esistettero, ci siamo determinati a definire completamente questo punto. Noi siamo amatori della castità e risguardiamo l' amore come la più violenta passione dell' uomo che dalla filosofia deve essere frenata, e gli antichi legislatori risguar-

Digitized by Google

que inhaerentem concupiscentiam refraenantis, ut ii qui hoc tali detinentur, si abstinebunt sermone ad eas quas amant, quae eis non per blandimenta conferunt: denique in tantum etiam ante nos legislatores tales scierunt animorum affectus, ut etiam donationes constante matrimonio prohiberent: ut non concupiscentiae magnitudine victi, latenter paulatim coniuges semetipsos privarent sua substantia. Haec ergo casta lege sancire bene se habere credidimus.

darono sì violente l'amore che vi entrarono le donazioni in costanza di matrimonio affinchè i coniugi vinti dal loro affetto non si privassero delle proprie sostanze in favore dell'altro coniuge. A tali disordini noi crediamo di porre rimedio colla presente legge protettrice della castità.

§. 1. In maioribus itaque dignitatibus, et quaecunque usque ad nos et senatores, et magnificentissimos illustres, neque fieri haec omnino patimur: sed sit omnino et dos, et antenuptialis donatio: et ad omnia quae honestiora decet nomina. Quantum vero in militiis honestioribus et negotiis, et omnino professionibus dignioribus est: si voluerit legitime uxori copulari, et non facere nuptialia documenta: non sic quomodocunque et sine cautela effuse, et sine probatione hoc agat, sed veniat ad quandam orationis domum, et fateatur sanctissimae illius ecclesiae defensori: ille autem adhibens tres aut quatuor exinde reverendissimorum clericorum, attestationem conficiat declarantem, *quia sub illa indictione, illo mense, illa die mensis, illo imperii nostri anno, consule illo, venerunt apud eum in illam orationis domum ille, et illa, et coniuncti sunt alterutri:* et huiusmodi protestationem, si quidem accipere volunt aut ambo convenientes, aut alteruter eorum, et hoc agant, et subscribant ei, et sanctissimae ecclesiae defensor, et reliqui tres, aut quantoscunque voluerint: non tamen minus trium literis hoc significantibus.

§. 1. Sicchè nelle nozze delle maggiori dignità, fino alla nostra, alla senatoria ed a quella dei magnificentissimi illustri dovranno intervenire gl' istrumenti dotali, la donazione a causa di nozze e tutto ciò che conviene a nomi illustri. Riguardo poi ai matrimonii di quelli che occupano i maggiori gradi, tali persone se vorranno legittimamente unirsi in matrimonio senza eligere gl' istrumenti dotali, dovranno presentarsi ad una chiesa e dichiarare la propria volontà, al difensore della medesima, il quale, alla presenza di tre o quattro riverentissimi chierici dovrà estendere un attestato che nella tale indizione, nel tal mese, nel tal giorno, nel tale anno del nostro impero, si presentarono a lui nella tal chiesa il tale e la tale, i quali si unirono in matrimonio. Quest' attestato dovrà essere rilasciato ad ambedue le parti, qualora il volessero, o ad una sola, e dovrà essere dalle medesime sottoscritto, dal difensore della santissima Chiesa e nei tre o quattro chierici, ovvero da quanti più sieno; però le sottoscrizioni non potranno essere meno di tre.

§. 2. Si vero etiam hoc illi non egerint: ille tamen talem reponat chartam venerabilis illius ecclesiae defensor in eiusdem sanctissimae ecclesiae archivis (hoc est, ubi venerabilia vasa servantur) praedictas subscriptiones habentem: ut reconditum sit omnibus ex hoc munimen et non aliter videatur nuptiali affectu eosdem convenisse, nisi tale aliquid agatur, et omnino ex literis causa testimonium habeat: his ita gestis, et nuptias, et ex eis sobolem esse legitimam. Haec autem dicimus, ubi non dotis, aut antenuptialis donationis fit documentum: fidem enim in solis testibus suspectam habentes, ad praesentem venimus dispositionem.

§. 2. Se poi le parti non ritireranno quest' attestato, il difensore dovrà riporlo negli archivii della santissima chiesa, vale a dire ove si conservano i sacri vasi aventi le dette sottoscrizioni; e questo farà prova del legittimo matrimonio e della legittimità della prole. Queste formalità poi avranno luogo qualora non vi sia documento di dote o di donazione antenuziale; poichè noi abbiamo fatto tali prescrizioni a motivo che è sospetta l' attestazione di soli testimoni.

§. 3. Quisquis autem in abiecta degit vita, parvae quidem substantiae dominus consistens, in novissima vero vitae parte iacens, habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas aut milites armatos, et quos lex Caligatos appellat, hoc est viliores et obscuriores) perscrutamur, quibus civilium causarum ignorantia est, est solius circa terram operationis, et circa bella concupiscentiae causa est studiosa, et iuste laudabilis; sic ut in vilibus personis, et in militibus armatis obscuris et agricolis licentia sit eis et ex non scripto convenire, et matrimonia celebrare inter alterutros: sintque filii legitimi qui patrum mediocritatem, aut militares vel rusticas occupationes et ignorantias adiuvent.

§. 3. Non saranno soggetti a queste formalità le persone di condizione abbietta, povere e che abitano luoghi non civilizzati. Gli agricoltori, i militi che la legge chiama *caligati*, vale a dire, i più vili, ed oscuri, i quali ignorano le leggi e si occupano soltanto del loro mestiere, potranno celebrare matrimonio senza scrittura. I figli che nasceranno da tali congiunzioni saranno legittimi.

Digitized by Google

CAP. V.

Si divinis tactis Evangeliis iuraverit quis in domo privata aliquam uxorem fore.

Quoniam autem interpellationibus quae nobis fiunt semper, omnium tamen assidue mulieres audivimus ingemiscentes et dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti, ducant eos in domibus suis sacra tangentes eloquia aut in orationis domibus iurantes *habituros se eas legitimas uxores:* taliter eas habentes tempore multo, et forte suscipientes filios, deinde dum se satiaverint earum desiderio, aut extra filios, aut cum filiis, eas proiicientes de suis domibus: iudicavimus etiam hoc oportere sancire: Ut si mulier ostendere potuerit modis legitimis, quia secundum hanc figuram vir eam acceperit domi, ut eam uxorem legitimam haberet, et filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam esse ei hanc de domo praeter ordinem legis expellere: sed habere eam legitimam, et filios suos esse ei: et illam, si quidem indotata sit, nostrae constitutionis uti bonis, quartam substantiae viri percipientem, sive expellatur, sive prius moriatur vir: non perscrutantibus nobis sive repudio utens dimittat eam, sive etiam sine hoc: neque enim verisimile est eum mittere repudium, qui et ipsas nuptias denegat sed si eam irrationabiliter expellat de domo, hoc ipsum sit adversus virum iusta causatio, et mulier hoc facto repudium ei mittat, et exigat quartam, si uxor ostensa fuerit extitisse; licet extra dotem convenerit, iuriiurando credens. Quid enim agat aliud, quae ad dotem non est idonea, quam ut semetipsam pro omni dote contradat?

§. 1. Sit autem et soboles legitima etiam invito patre. Qui enim ad hoc nuptias fecit, et filios procreavit, ut mulier legitimorum ei filiorum fieret mater: non potest ex tali natos germine, rursus ut naturales abiicere: neque quasdam postea forte nuptias post mortem uxoris, aut repudium contrahens, eos qui ex illis nascuntur nuptiis, vel habere eos solos esse legitimos nisi eis etiam illi priores fuerint copulati, quorum similiter pater est, teste existente nuptiarum priorum quidem Deo, secundarum autem lege. Eadem nobis lex pro cautela sit nuptias contrahentium promulgata: et si filii quidem ex talibus processerint nuptiis erunt sui: et his legibus quae sunt de suis positae, fruentur.

CAP. VI.

Qui sint filii legitimi, naturales, et neutrum, id est, ex damnato coitu.

Si quid autem praeter haec fiat, non tamen ex conscripta procedat copulatione, erunt naturales: et quae a nobis largita sunt naturalibus, sive ex testamento, sive ab intestato, potientur. Eos enim qui semel ex odibilibus nobis, et propterea prohibitis nuptiis procedunt, neque naturales vocari, neque participanda eis ulla clementia est: sed sit supplicium

CAPO V.

Se uno, toccati i santi evangelii in una casa privata, avrà giurato che quella tale sarà sua moglie.

Perchè poi nelle suppliche, che sempre a Noi si porgono, abbiamo con più assiduità udito e più di ogni altra persona le donne ricorrono a noi lagnandosi che alcuni le condussero nella loro casa o nelle chiese, e giurarono che essi le riterrebbero per loro legittime mogli, e che dopo averle tenute presso di loro per lungo tempo, ed avuti anche figli da esse, saziate le loro brame, le scacciarono di casa; perciò abbiamo giudicato anche ciò correggere e prescriviamo, che se la donna potesse dimostrare nei modi legali che il tale la ricevette in casa sotto promessa di tenerla qual legittima moglie e di procreare con essa figli legittimi, non la possa espellere di casa se non per giusta causa di ripudio, e che quindi la debba ritenere come legittima moglie, e che i figli sieno legittimi; che se essa non portò dote, possa prevalersi delle disposizioni della nostra Costituzione, percependo la quarta parte della facoltà del marito, tanto nel caso che venga cacciata, quanto nel caso che lo stesso marito le premuora, e tanto se il marito la respinge mediante ripudio, quanto che se senza questo; poichè non è verosimile che le dia il ripudio allorchè nega di aver seco lei contratto matrimonio. Che se il marito la scacciasse di casa senza ragione, questa sarà per la moglie una causa di accusa, potrà esigere la parte qualora provasse essere vera moglie, benchè non abbia portata alcuna dote al marito ed in forza del solo giuramento. E come mai si potrà risguardare indotata quella moglie che diede tutta sè stessa al marito?

§. 1. La prole poi sia anche legittima, malgrado ancora la volontà del padre; imperocchè quegli che si unì ad una donna affinchè questa divenisse madre di legittimi figli, non può negare a questi la legittimità, nè se contrae legittime nozze dopo la morte di questa donna o dopo averla ripudiata, può risguardare come legittimi quelli che nacquero da questo secondo matrimonio, essendo egli padre di tutti ed avendo per testimonio delle sue prime nozze Iddio, e delle seconde, la legge. Questa legge garantirà i contratti di nozze, ed i figli che nascessero da tali congiunzioni saranno legittimi e godranno dei dritti dalle leggi concessi ai legittimi.

CAPO VI.

Quali sono i figli legittimi, i naturali, e quali nè dell'una, nè dell'altra specie, quelli nati cioè da condannato accoppiamento.

Se poi qualche cosa si farà in contrario di ciò, e non derivando dalla suddetta unione, i figli saranno naturali e godranno dei dritti da noi concessi ai figli naturali, tanto in forza di testamento che *ab intestato*. Imperocchè i figli nati da illecite nozze, e da noi detestate, e perciò proibite non saranno nè naturali, nè si parteciperanno ai dritti dei figli naturali; ed i

Digitized by Google

etiam hoc patrum, ut agnoscant, quia neque quicquam peccatricis concupiscentiae eorum habebunt filii.

EPILOGUS.

+. Quae igitur placuerunt nobis, et ad hominum medelam, et naturae plenitudinem per hanc legem statuta sunt, tua celsitudo manifesta faciat universis, programmatibus propositis, per quae omnibus lex erit aperta, cognoscentibus secundum quem circa talia conversentur modum, et nostram considerantibus providentiam: quia omni occupationi alteri eorum utilitatem praeponimus. Dat. Nonis Iun. *Constantinop.* Imper. DN. Iustin. PP. Aug. Anno XV. Ioanne V. C. Cons. indict. ταυτου δ. μ. ω. ἔτους.

padri soffriranno anche questa pena pel loro delitto, di non potere aver figli dalla loro condannata congiunzione.

EPILOGO

Queste cose dunque, che a Noi piacque di disporre mediante questa legge, a correzione degli uomini, ed a compimento delle naturali inclinazioni, la tua altezza con proprio editto farà a tutti manifeste, onde si osservino queste disposizioni contenute nella presente legge e dirette a comune vantaggio, affinchè a tutti siano note per loro norme ed ammirino la provvidenza mercè la quale ad altro non attendiamo, che alla loro utilità. Data ai 5 giugno in Costantinopoli nell' anno quindicesimo dell' impero di Giustiniano Augusto Padre della Patria, essendo console Giovanni uomo illustrissimo: nella indizione dello stesso mese, ed anno 541.

TIT. X.

De emancipatione. Constitutio quae dignitatibus et episcopatu (filium) liberat patria potestate.

TITOLO X.

Della emancipazione. Costituzione la quale libera il figlio dalla patria potestà mercè delle dignità e dell' episcopato.

Novella Constit. LXXXI.

Imperator Iustinianus August. sacro senatui huius regiae civitatis.

Novella Costituzione LXXXI.

L' imperatore Giustiniano Augusto allo imperial senato di questa regia Città.

PRAEFATIO

Quicquid ad utilitatem et ornatum respicit a Deo traditae nobis reipublicae, hoc semper cogitantes ad effectum deducere festinamus. Igitur etiam dudum legem scripsimus super gloriosissimis nostris *patriciis*: quae liberos eos, dignitatis collatione, paterna potestate demonstrat. Non enim decens putavimus, ut hos quos nos in officium patrum provehimus nostrorum, hi sub aliena sint potestate. Nam si emancipationis actio dudum quidem et per eas quae nuncupantur legis actiones, facta cum iniuriis et alapis liberabat eos huiusmodi vinculis: quomodo futuri essent codicilli omnium honestissimi dati a presidente universis imperio, non eos posse paterna potestate liberare? Nunc autem clementius aut etiam honestius in republica cogitantes: sed super gloriosissimis consulibus, qui propium nomen ipsi post imperium praebent: et solis consularibus codicillis honorantur: et super cingulis quae liberare a curia possunt, hoc est praefecturae et magistri militum: dicimus autem in ipsis sedibus et operibus agnitis hoc ipsum sancimus esse, ut omnis talis dignitas, aut etiam cingulum huiusmodi acquisitum aliquibus quoscunque nos probaverimus quod eos liberet a curia, hoc valeat, et ut potestate eos liberet patrum atque avorum. Nam si sancivimus, ut si quis servus sciente domino mereatur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiscatur, repente ab imperio liberetur, et in ipsam rapiatur ingenuitatem: quomodo non est iustum, tantos promerentem codicillos, non etiam paterna potestate liberum fieri?

PREFAZIONE

Maisempre ci demmo premura dedicandovi ogni nostro pensiero, onde condurre ad effetto ciò che fosse per ridondare ad utilità e decoro dello stato datoci da Dio a governare. Dunque testè abbiamo ancora promulgato una legge risguardante i gloriosissimi nostri Patricii, i quali conseguendo tale dignità, vengono liberati dalla potestà patria. Perchè abbiamo creduto non essere conveniente che quelli i quali vennero inalzati all' officio di nostri padri sieno soggetti alla potestà altrui. E per verità se l' emancipazione eseguita mediante ingiurie e percosse liberava gli uomini dall' altrui podestà, come mai gli onorificentissimi codicilli dati dal presidente dell' Impero non produrran la medesima deliberazione? Ora però più benignamente, e decorosamente prescriviamo che non solamente il consolato, ma eziandio tutte le dignità che liberano dalla condizione curiale, liberino anche dalla patria potestà. E di fatti se abbiamo stabilito che il servo il quale, sapendolo il padrone ottenne la milizia o qualsiasi dignità, sia stato liberato dalla podestà dello stesso padrone, e diventi ingenuo, come mai non sarà giusto che chi consegue tali onorificentissimi codicilli non si liberi anche dalla patria potestà?

Digitized by Google

CAP. I.

Propterea igitur hac honestissima utentes lege, sancimus et ordinarios consules, si sub potestate consistant, una cum ipso verbo, quo hoc his donatur officium, suae potestatis fieri: nec non et iis qui honorantur ab imperio per consulares codicillos, si sub patris sunt manu, fieri codicillos eorum suae potestatis occasionem. Et si quos nos per universas dioeceses gloriosissimos Praefectos sacrorum nostrorum praetoriorum instituamus, aut in praefectura civitatis utriusque Romae provexerimus, aut in quolibet magisterio militari: hos repente etiam suae potestatis fieri. Eum namque qui tantorum iudex est, et tantis iubet manere sub potestate alterius, et non inter eos qui suae potestatis sunt, scribi, nostrarum indignum iudicavimus legum simul et temporum.

§. 1. Generaliter autem, sicuti dictum est, sancimus: Ut omnis dignitas et omne cingulum a curia liberare valens, hoc etiam suae potestatis praemium honorat s praestet, et nobiliores adhuc patres ostentat. Si ergo ab imperio sic honoratorum aliqui sint patres: qui si non hoc esset, etiam ipsi pariter studerent imperium pro istis petentes: quapropter sive est aliquis nunc quidem sub potestate iis fruens honoribus aut cingulis, quos in primis enumeravimus, sive postea erit, etiam hunc ius potestatis suae sequatur, et peculium ei donans, et arbitrii liberi esse praebens: ac digne agere honore et iudicio super his ab imperio habito, hoc enim multo maior patribus laus erit, et laetitiae occasionem praebebit magnae.

CAP. II.

Ut liberati per dignitatem patria potestate legitima iura intacta habeant.

Illud quoque lege cavemus, ut non has tales suas potestates similia praebere, qualia aliae quae per emancipationes fiunt, sed praecipuum quoddam praemium imperium conferre talibus suis potestatibus. Non enim volumus eum qui ita suae potestatis fit, perdere aliquod legitimorum ius, sed sint et generi ad eos, et ipsis ad genus intacta legitima, et ex natura servata iura: et filii eorum post mortem avorum sub eorum recidant potestatem, ac si contigisset eorum parentes morte suorum patrum, et non ex praesenti lege, suae potestatis fieri: et merito filios post mortem suorum patrum sub potestate habere, ut nihil horum quae ab imperio conferuntur, eis deesse videatur: quoniam omne bonum, sive a Deo acquiritur hominibus, sive ab imperio sequente Deum, decet esse mansurum, et omnis malitiae ac diminutionis extraneum.

CAP. III.

Ut per episcopatum liberetur filius patria potestate.

Palam vero est nullum esse qui nesciat, prae omnibus sanctissimis episcopis ipsa ordinatione etiam suam potestatem acquiri. Qui enim omnium sunt spirituales patres, quomodo sub aliorum potestate con-

CAPITOLO I.

Perciò dunque valendoci di questa onorevolissima legge ordiniamo, che anche i consoli ordinarii, i quali fossero sotto patria podestà si liberino dalla medesima nell' atto stesso che viene ad essi conferita tale carica, e che sieno pure liberati dalla stessa podestà i consolari, tostochè ricevono i codicilli. Inoltre quelli che vengono costituiti prefetti degl' imperiali pretorii in qualsiasi giurisdizione, o prefetti della città in Roma od in Costantinopoli, o maestri dei militi saranno tosto liberati dalla patria podestà. Ed in vero noi crediamo non essere conveniente alle leggi dei nostri tempi che coloro i quali sono giudici di tanta gente e comandano a tanti, sieno soggetti alla podestà altrui.

§. 1. Laonde in termini generali prescriviamo, che tutte quelle dignità, le quali liberano dalla condizione curiale liberino anche dalla patria potestà. Anche il padre stesso ne risentirà vantaggio, poichè s'egli si trova esser padre di uno insignito delle dignità sopra enunciate, sarà soddisfatto nei suoi desiderii, poichè se suo figlio non avesse ottenuto tali onori, egli stesso li ricercherebbe per lui. Per lo che quegli che avesse conseguito o che conseguirà in avvenire tali cariche, sarà il suo dritto, potendo donare il peculio al padre, al quale ridonderà di sommo onore la carica del figlio.

CAPITOLO II.

Che coloro i quali sono liberati dalla patria podestà per mezzo della dignità conservino intatti i dritti legittimi.

Anche ciò con questa legge prescriviamo, che cioè coloro, i quali si liberino dalla patria podestà nei modi esposti in questa Novella conseguiscano non solamente gli stessi dritti che derivano dall' emancipazione, ma divengano anche maggiori. Quelli adunque che in tal modo si libereranno dalla patria potestà od i loro figli non perderanno alcun dritto pertinente ai legittimi, e quindi i figli, morti che sieno gli avi, ricadranno sotto la di lui podestà, come avverrebbe se i loro genitori, per la morte dei loro padri e non già in forza della presente legge divenissero di suo dritto; poichè tutto il bene che proviene o da Dio o dall' impero seguendo le leggi imposte da Dio stesso, dee restare fermo senza che vi possa intervenire malizia o diminuzione.

CAPO III.

Che mediante l' Episcopato il figlio venga liberato dalla patria potestà.

È ben noto poi ciò, che nessuno ignora, che cioè coll' ordinazione a santissimo Vescovo ciascuno diventa di proprio dritto. Perciocchè, come mai quelli che sono i padri spirituali di tutti potranno essere

Digitized by Google

sistant? Sed convenit etiam eos huiusmodi potiri honore, et hoc etiam ex hac nostra legislatione frui.

EPILOGUS.

†. Quae igitur nobis visa sunt ad vestram reverentiam et honorem, o colendissimi patres, volumus in perpetuum splendere nostrae Reipublicae tam ad nostrum ornatum quam ad nostrae largitatis probationem: quam nostris patribus, et consulibus, sacerdotibusque contulimus. Dat. XV Kal. April. CP. DN. JUSTIN. PP. A. ARIONE V. C. CONS.

TIT. XI.

De iudicibus, et ut nullatenus cum iureiurando eligatur aliquis iudex quod permaneat ei: et ut appellationes accipiant modis omnibus iudices: et ut in media lite factae formae quomodo oporteat decidi cognitionem, non attendant iudices.

NOVELLA CONSTIT. LXXXII.

Idem Imperator Augustus Ioanni gloriosissimo praetoriorum Orientis praefecto, iterum exconsuli et patricio.

PRAEFATIO.

A Zenone piae memoriae scripta est lex *de iudiciorum ordine*, multas quidem mutationes subsequentibus suscipiens temporibus: ad hoc autem pervenit, ut paulatim pene omnino caderet, nam et qui in ea conscripti sunt *Pedanei iudices* humanam omnes reliquerunt vitam, et plurima definiti iuris tacita sunt, et certam non meruerunt memoriam: sed usus haec percipiens, in aliam transtulit figuram. Nos igitur videntes omnino confusum iudicum schema, existimavimus oportere hac lege determinare quae decentem ordinem imponat causae. Non enim existimavimus oportere habere iudicum quorundam nomina, maxime legum ineruditorum, deinde neque causarum habentium experimentum. Nostris enim administratoribus adsunt modis omnibus etiam Assessores, et ea quae legum sunt explicantes, et occupationes adimplentes eorum: quoniam multi detenti curis quas apud nos habent, merito iudiciorum complent partem per suorum praesentiam Assessorum. Illi autem neque cingulum habentes, neque nobis ministrantes, nisi potuerint per se nosse quod iustum est, sed aliunde emendicare iudicandi honestatem: quomodo non maximum vitium erit reipublicae, non eis qui ex se quod agendum sit sciant, lites tradere, sed sinere eos quaerere alios, a quibus liceat discere, quae ipsos in iudicando eloqui decet? Haec nos merito ad praesentem erexerunt, nostrorum subiectorum curam agentes et volentes eis etiam quae de iudiciis sunt in promptu esse atque facilia, et absque omni dilatione transigenda.

CAP I.

De iudicibus a Iustiniano electis.

Vetus igitur schema Zenonis constitutionis piae memoriae quae unicuique Praetorio certos definivit

soggetti all' altrui podestà: E dunque è giusto che anche questi godano del beneficio, in forza della legge di essere liberati dalla patria potestà.

EPILOGO.

Dunque, venerandi padri, noi vogliamo che le nostre prescrizioni dirette al vostro rispetto e decoro debbano in perpetuo osservarsi nella nostra repubblica sì per nostro ornamento che per prova di nostra munificenza verso i padri, i consoli, ed i Sacerdoti. Data nel dì 21 marzo in Costantinopoli, sotto l' impero di Giustiniano nostro signore, e padre della patria, essendo console Arione uomo illustrissimo.

TITOLO XI.

Dei Giudici e che niuno elegga l' arbitro sotto vincolo di giuramento di stare alla sua sentenza; che i giudici debbano assolutamente ricevere le appellazioni, e che i giudici non si attengano alle forme che sortissero durante la lite onde deciderla.

NOVELLA COSTITUZIONE LXXXII.

L' Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto dei pretorii dell' Oriente per la seconda volta ex-console e patrizio.

PREFAZIONE.

Da Zenone di felice memoria fu promulgata una costituzione circa l' ordine dei giudizii, la quale in progresso di tempo subì molti cambiamenti e finalmente andò quasi ad obbliarsi, poichè quelli che in essa legge erano costituiti giudici pedanei, morirono e le prescrizioni di legge non furono più osservate, avendo la consuetudine introdotto un nuovo ordine di cose, laonde, veggendo noi esservi molto disordine riguardo ai Giudici, abbiamo determinato d'introdurre un conveniente ordine colla presente legge. E di vero, gl'illitterati e quelli che non hanno pratica delle cause non debbono sostenere la carica di Giudice, sebbene frai nostri impiegati vi sieno anche gli assessori i quali spieghino il tenore della legge ed evadano ciò che gli stessi giudici debbono fare, poichè quest' ultimi hanno molte cure alle quali tutte non possono attendere. Quella adunque che non potranno da sè conoscere ciò ch' è di dritto, sendo in necessità di ricorrere ad altri, onde avere le cognizioni necessarie per decidere le cause, non potranno essere nostri giudici. E non sarebbe un sommo difetto nella repubblica di dare a giudicare le cause a coloro che da sè stessi non possono decidere e permettere che essi ricorrano ad altri onde essere istruiti come debbano giudicarle; questi motivi ci determineranno a promulgare la presente legge in vista dell' interesse dei nostri soggetti e volendo che anche per ciò che concerne i giudici non presenti alcuna difficoltà e non vi sia alcuno impedimento alla pronta decisione delle cause.

CAPO I.

De' Giudici eletti da Giustiniano.

Dunque aboliamo interamente quel residuo dell' antica costituzione dell' Imperatore Zenone di feli-

Digitized by Google

iudices, omnino perimimus: eligere vero perspeximus in rebus utilibus habentes attestationem qui communes omnium erunt iudices, tamquam undique electi, et hoc quidem gestum est: et electi sunt a nobis iudices, *Anatolius* vir spectabilis iam advocatione dudum completa, et inter spectabiles fisci advocatos deputatus: ac *Flavianus*, qui nunc advocatus fisci consistit: et *Alexander* et *Stephanus*, et *Mennas*, eloquentissimi advocati, et pedanei iudices tui fori: et *Alexander* alter, quem pedaneum iudicem esse praetorii gloriosissimi Magistri sacrorum officiorum cognovimus: et duo subsequentes alii advocati tui fori, *Victor*, et ex Quizico *Theodorus*. Ex advocatis itaque isti iudices praeponantur.

§. 1. Quia vero competens est esse etiam maiores iudices aliquos dignitate provectos, experimento causarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos magnis cingulis, aut multitudine horum exercitatos, qui etiam nostrae observent pietati: ideo perspeximus ex gloriosissimis quidem patriciis *Platonem* gloriosissimum (patricium) longum qui in urbana praefectura obtinuit tempus, et secundo in illis sedibus constitutus est, et *Victorem* gloriosissimum et ipsum, qui tam in magna Hellade, quam in nobili Alexandrinorum civitate administravit, et praefacturae urbanae tenuit praesulatum, et neque legum inexpertum, et *Focam*, gloriosissimum inter nostros annumerandum iudices, virum quaecunque sedes noverit laudatum, quam sibi praestantem, insuper et quae legum sunt scientem. Inter hos *Marcellum* quoque magnificentissimum, semper quidem eum nobis praesentem et circa iustitiae miramur observationem, et ab omnibus pene nos adeuntibus propter hoc petitum scimus, et consiliario utentem laudabili, quatenus disponere quae ex legibus sunt, possit, id est *Appione* viro spectabili, et fisci advocato, et in aliis habente testimonium optimum tam apud alios, quam a nobis ipsis.

Cap. II.

Ut iudicibus tantum hac lege datis delegare causas liceat.

Iudices itaque post nostros administratores hos esse volumus: et his omnibus negotia secundum quod nobis visum fuerit, delegamus. Si quis autem nostrorum iudicum deputare voluerit causas, iis qui definiti sunt a nobis pedaneis judicibus tradat, et alteri omnino nulli, nisi consiliariis suis commiserit particulares examinationes: ipse pro omni negotio iudicum portaturus.

Cap. III.

De ordine et tempore quo judices sedere debent.

Sedebunt autem hi *Pedanei* iudices continue, et nunc in regia *Basilica* in quibus et nunc domunculis iudicant, matutino mox et meridie et vespere audientes causas, non solum quae post legem movendae sunt apud eos, sed etiam alias quaecunque apud alios quidem sunt secundum antiquum motae schema, nunc autem a nobis ad eos mutari praeceptae sunt.

ce memoria, colla quale egli stabilì in ciascun pretorio un certo numero di giudici, volendo noi che siano eletti ai giudici persone le quali abbiano dato prove di sè e che esse sieno giudici comuni. Abbiam quindi eletto a giudice Anatolio personaggio spettabile che sostenne la carica di Avvocato e che annoverato ora tra gli spettabili avvocati del Fisco Flaviano avvocato fiscale, Alessandro, Stefano e Menna facondissimi avvocati e giudici pedanei del tuo foro: Alessandro giudice pedaneo del gloriosissimo maestro degl' imperiali officii, Vittore e Teodoro Quizico, avvocati del tuo foro.

§. 1. E perchè conviene, che anche i giudici maggiori sieno costituiti in tale dignità per l' esperienza che hanno delle cause o per essere esercitati nelle medesime per lungo tratto di tempo, così abbiamo stimato di annoverare trai nostri giudici Platone pertinente al ceto dei gloriosissimi patricii, il quale si esercitò per molto tempo nella prefettura urbana e fu secondo in quella sede; Vittore gloriosissimo anch'egli, che tenne l' amministrazione sì nella grande Ellade come nella nobile città degli Alessandrini ed esperti nelle leggi; Foca il quale occupò sempre lodevolmente le sedi affidategli, e dotto in legge; Marcello personaggio magnificentissimo, il quale, sendo presso di noi diede prova del suo amore per la giustizia, e fu da tutti quelli che ricorsero a noi domandato per giudice. Egli però avrà per consigliere Appione personaggio stabile, avvocato del fisco, il quale diede ottima prova di sè.

Capo II.

Che soltanto ai giudici dati con questa legge sia lecito delegare le cause.

Sicchè vogliamo, che questi siano i giudici dopo i magistrati del popolo romano, ai quali noi attribuiamo la decisione delle cause. Se poi alcuno dei nostri giudici volesse delegare le cause, dovrà egli delegarle ai giudici pedanei da noi superiormente istituiti e non già ad altri, qualora non avesse commesso ai suoi consiglieri particolari esami, e questi pronuncierà sentenza.

Capo III.

Dell' ordine e del tempo onde i giudici debbono sedere.

Questi Pedanei giudici poi sederanno nella Regia Basilica, e nelle piccole stanze, nelle quali anche adesso giudicano, e così al mattino, mezzogiorno e sera, ascoltando di continuo non solamente le cause che sono di loro competenza in forza di questa legge, ma eziandio di quelle ch' erano di competenza dei così detti Diactae e che furono da noi aboliti.

Digitized by Google

CAP. IV.

De provocationibus.

Illo custodiendo: Ut si sub appellatione a pedaneis iudicibus aut gloriosissimis viris fiant causae, et ipsae quidem a nobis ipsis delegatae sint secundum quantitatem aut in commune: apud gloriosissimos iudices nostros examinabuntur: aut aliis secundum consuetudinem sacrarum consultationum dolegabuntur. Si qui tamen gloriosissimorum nostrorum iudicum causas eis delegaverint, ad eos qui hos miserunt, eis audientibus appellatio remeabit: ab illis autem rursus secundum praedictum modum talia iudicabuntur.

CAP. V.

De iurisdictione iudicum pedaneorum.

Audient igitur omnes quidem litem usque ad trecentos solidos existentem sub schemate annotationis. Sic enim velocius lites iudicabuntur,et circulis cognitionalibus ac temporis contritione omnes litigantes liberabuntur. Palam vero est, quia etsi *per annotationem* audient causas: veruntamen dabunt terminum per scripturam, qui eorum manifestet sententiam: appellationibus in his nulli penitus perimendis: nisi forte tertio appellare voluerit, aut per contumaciam defuerit,talibus enim etiam appellationum perimitur ratio.

CAP. VI.

De appellationibus, ut cursum duorum mensium habeant nullaque amplius concedatur reparatio.

Appellationes autem ex hac magna civitate a pedaneis iudicibus non ultra duos menses habere inducias in cursus fatalium volumus: post quos necesse est fatales suum inchoare cursum: ea quae vocatur a legibus reparatio locum in his nullum habente.

CAP. VII.

Ut sportularum modus lege Iustiniani introductus servetur.

Nullo quoque praesumente transcendere quae in sportulis aut in litis expensis a nobis disposita sunt: sed omnibus his contentis, et formidantibus poenam quam in talibus sacra nostra constitutio terminavit.

§. 1.His qui causas praeparant,sic existentibus, sicut et militiae figura hactenus definivit, unoquoque tamen iudice duobus quidem exceptoribus utente, et duobus causas praeparantibus et complentibus: non valentibus eis pluribus quam duobus omnino ministrare iudicibus, hos autem omnino locupletes, et probatos esse: ut neque ab eis aliquid peccetur, neque prodatur, neque maligne agatur: sed periculo officiorum, aut scholarum , aut scriniorum praebentium eis super eos electionem simul et ministerium: et vel si quid ab eis peccatur , ad illos qui deputant eos, referri exinde periculum, qui omne damnum eorum causa factum iis, qui ab eis laesi sunt, curabunt. Necessitatem habentibus etiam competentibus iudicibus, si eis interpellatio fiat praeparare modis omnibus eos qui ex officiis suis aut scholis aut scriniis eligunt ministrantes, hinc laesis damnum

CAPO IV.

Delle appellazioni.

Dovendosi osservare, che se siasi interposta appellazione dalle sentenze dei giudici pedanei o dei gloriosissimi personaggi, queste cause saranno esaminate da quelli ai quali le stesse fossero da noi delegate, e quindi lo saranno o dai gloriosissimi nostri giudici o da altri giusta le imperiali consulte Per altro se i nostri gloriosissimi giudici avranno a taluno delegato le cause, queste dovranno esaminarsi da quelli che furono delegati.

CAPO V.

Della giurisdizione dei giudici pedanei.

Dunque essi faranno cognizione delle cause, il cui valore non ascende a trecento soldi. In tal modo le liti saranno decise con maggiore sollecitudine ed i litiganti saranno liberati dai circuiti di procedura e dalla perdita di tempo. Egli è poi manifesto che potranno far cognizione delle cause anche mediante annotazioni, ma la sentenza dovrà essere iscritta, la quale sarà pure soggetta ad appellazione, ma non già per la terza volta o qualora la parte fosse assente per contumacia, nei quali casi è tolto il dritto di appellare.

CAPO VI.

Degli appelli, che abbiano il corso di mesi due, non si possa più appellare.

Le appellazioni delle sentenze dei giudici pedanei in questa grande città dovranno essere insinuate entro due mesi, nel quale termine sarà perentorio senza che possa aver luogo alcuna restituzione.

CAPO VII.

Che si stia all' ammontare delle sportule introdotto dalla legge di Giustiniano.

Niuno potrà trascendere la misura da noi stabilita riguardo alle sportule o alle spese di lite; in caso di contravvenzione a queste leggi, avranno luogo le pene portate dalla nostra costituzione.

§. 1. Ciascun giudice abbia soltanto due eccettori i quali preparino le cause e vi assistano, sieno persone facoltose ed approvate, affinchè alcuno di essi non commetta qualche azione illecita, tradimento o malizia. Gli officii e le corporazioni che avranno eletto questi eccettori, ne saranno responsabili. Qualora essi commettessero qualche mancanza, dovrà essere fatta riferta a quelli che le hanno deputate, i quali risarciranno il danno dai medesimi cagionato a quelli che ne resteranno lesi, lo che sarà a cura dei magistrati. Se poi il giudice verrà a conoscere che un suo ministro commette abuso di ufficio lo dovrà espellere dal suo uditorio e sostituire un altro al medesimo sotto propria responsabilità come già dicemmo.

Digitized by Google

curare. Si vero iudex aliquam senserit malignitatem ab aliquo ministrantium fieri, expellat quidem auditorio suo eos qui non cum utili opinione causis utuntur: alios autem instituat sententia et electione eorum quibus hoc (sicuti praediximus) periculi est.

CAP. VIII.

Ut in locum remoti iudicis alius a principe subrogetur.

Si quis autem aut gloriosissimorum, aut eloquentissimorum iudicum removeatur iudicare pro qualibet causa vel necessitate: non aliter alter in eius succedat auditorium, nisi hoc nos decernentes, alii tradiderimus pro eo causarum examinationem

CAP. IX.

Ut duos in exordio et duos in fine litis aureos accipiant pedanei iudices.

Ne autem circa haec labor sine mercede nostris fiat pedaneis, sancimus eos in unaquaque dicta apud eos causa, vel si divinitus fuerit deputata, duos quidem aureos ab utraque parte in contestatione litis accipere, et duos in fine negotii, et ultra hoc nihil, (quod etiam praedecessores nostri definierunt) sed his contentos esse solis: privilegiis quippe quae in diminutione sumptuum quibusdam concessa sunt, omnibus integris secundum suum ordinem conservandis. Hoc autem dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum. Si enim usque ad hoc mensura fuerit litium; nihil eos audientiae causa volumus exigi, qui enim ita parvae quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria sic pauperem fraudat. Et neque in hoc solummodo stamus, sed etiam de proprio ipsi largimur. Volumus enim unumquemque istiusmodi pedaneorum, annis singulis a mensa tuae celsitudinis percipere duas libras auri, et his esse contentum solis, et neque redimi: et aurum omnino despicere. Propterea enim eligimus fiscum munere, quatenus horum unusquisque contentus nostra largitate et quaternis aureis, puras Deo et nobis et legi custodiat manus, cogitans quae a prioribus legislatoribus de his definita sunt.

CAP. X.

Ut iudex rationem expensarum examinet.

Oportet autem expensarum rationem iudices omnino examinare. (Et quia hoc bene Zenonis piae memoriae decrevit sententia et auctoritas: et nos non dedignati sumus partem etiam hoc nostrarum facere dispositionum.) Maneat ergo etiam nunc in eodem schemate custoditum: illo solo adiecto, si iusiurandum intulerit de expensis iudex victori, scilicet cum quantitate quae visa erit ei recte se habere (quam taxationem vocant leges) deinde ille iuraverit non habere: licentiam iudicem minus quam iuratum est, condemnare, neque videri clementiorem lege quae haec disponit; si tamen perspexerit neutrum sumptuum subdere rationi: et propter negotii forte varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia. Omnibus aliis super appellationibus, sicut praediximus, et excusationibus, et ut non prompte, et cum necessitate

CAPO VIII.

Che in luogo del giudice rimosso ne sia un altro surrogato dal Principe.

Se poi alcuno dei gloriosissimi o dei facondissimi giudici dovesse assentarsi per qualche motivo o bisogno, non potrà essere sostituito un altro al suo ufficio se non da noi.

CAPO IX.

Che i giudici pedanei ricevano due monete di oro al principio e due altre al termine della lite.

Affinchè le fatiche dei nostri giudici pedanei non restino senza ricompensa, prescriviamo che per ciascuna causa anche deputata dall'imperatore debbono ricevere, due ori di ciascuna parte per la condizione della lite e due altri al termine della medesima e niente di più (lo che fu pure prescritto dai nostri predecessori), dovendo restare nel loro vigore i privilegi sopra la diminuzione delle spese. Queste prescrizioni varranno per le cause il cui valore oltrepassa i cento ori. Qualora poi il valore della lite non trascendesse questa somma, non si potrà esigere alcuna cosa a titolo di sportula, poichè in tal caso, essendo la causa di poco valore, si froderebbe la parte vincitrice della maggior parte del frutto della sua vittoria. A ciò per altro non saranno limitate le competenze dei giudici pedanei, mentre noi concediamo emolumenti dal pubblico erario. Prescriviamo quindi che in ciascun anno essi da te ricevono due libbre d'oro, dovendo accontentarsi di queste e non tendere ad altro lucro; e a tal fine abbiamo ad essi devoluto questa somma, pertinente al fisco, affinchè contenti di tale munificenza conservino pure le mani memori di Dio, di noi e delle nostre leggi, e delle leggi fatte dai nostri predecessori.

CAPO X.

Il Giudice dee esaminare la specifica delle spese.

È assoluto dovere poi che i giudici esaminino le specifiche delle spese. L'imperatore Zenone di felice memoria, le di cui tracce noi di buon grado seguiamo, fece una legge a tale proposito, la quale dovrà per intiero osservarsi, coll'aggiunta che se il giudice deferì il giuramento, circa le spese alla parte vittoriosa, la quale lo abbia prestato, il giudice stesso non potrà condannare la parte avversa a meno di ciò affinchè la sentenza che il giudice pronuncia non sembri più indulgente della stessa legge. Se per altro nè una parte nè l'altra produsse la specifica delle spese, per la varietà forse dell'affare, il giudice le determinerà ad arbitrio. Dovranno rimanere nel loro vigore le prescrizioni di legge risguardanti le appellazioni, le restituzioni ed i termini stabiliti di venti giorni per interporre le appellazioni.

Digitized by Google

fiant litis contestationes, sed habeant viginti dierum inducias, et quidquid aliud iudiciale decrevimus: in propria virtute manentibus.

CAP. XI.

Ut arbitri per compromissum non per sacramentum assumantur.

Quia vero multae quaedam nobis fiunt interpellationes, eligentibus quibusdam iudices penitus ignorantes leges, et experimentum, et prone iurant iudicibus se contentos, quibus nequaquam quispiam quodlibet credat: deinde suadent forsan etiam iudicibus quasi sibi praebere iusiurandum iuris, neque quid sit iustum, neque eius observationes scientibus: et merito laesi ipsi rursus volunt examinari negotium, obliti iurisiurandi quod iuraverunt: causa nobis subversione digna visa est.

§. 1. Et quia cognovimus ex rerum experimento incautum hoc esse, sancimus de caetero nullum fieri omnino iudicem arbitralem, et cum iurisiurandi cautione iudicare: ne ex hoc in periurum invitum incidant homines propter iudicum ignorantiam peierare compulsi: sed omnino qui iudicem aut iudices eligunt, cum poena eligant eos, quatenus partes ad invicem coeant, et necessitatem habeant aut contentae esse iudicio, aut si retractare voluerit alter, det multam, et sic licentiam habeat discedere reus ab iis quae iudicata sunt, et ad aliud venire auditorium: nostris iudicibus si aditi fuerint, exigentibus multam: et iis qui eam iussi sunt accipere, restitui praeparantibus. Scientibus iis qui iudices eligunt, quia si hoc non egerint, neque stipulati fuerint poenam, sed existimaverint sufficere sibi ex iureiurando cautionem: deinde iudices sic electi noceant eis, si quidem ex studio, a domino Deo poenas periurii substinebunt; si autem ex ignorantia hoc passi fuerint, nihil praeter iusiurandum erit eis amplius: quia neque periurium volumus ab aliquo inferri, neque rursus litigantes sustinere damnum magnum propter iudicantium ignorantiam citra iurisiurandi reverentiam permittimus. Omnibus ante sancitis sive ex antiqua legislatione, sive a nobis de compromissariis iudicibus, aut arbitris, extra tamen necessitatem iurisiurandi, in propria virtute manentibus, et nequaquam ex hac nostra lege novandis.

CAP. XII.

De appellationibus, et ne cui eas non recipere liceat.

Nostros tamen iudices omnibus modis suscipere appellationes sancimus, et nulli licentiam esse penitus hoc repellere praeter solam tuam eminentiam: cui hoc ab initio largitur imperium, retractationis introducens auxilium.

CAP. XIII.

De diversis rescriptis ad iudices directis.

Omnis autem iudex sive cingulum habens, sive aliter iudicans custodiat leges, et secundum eas proferat sententias: et vel si contingat iussionem nostram in medium, vel si sacram formam, vel si pragmaticam procedere (sanctionem) dicentem aliter agi,

CAPO XI.

Che gli arbitri siano costituiti mediante compromesso e non già mediante giuramento.

Avviene il caso che taluni scegliendo ad arbitri persone del tutto ignare delle leggi e prive d'esperienza giurano d'essere contente della decisione di questi giudici obbligando anche forse questi stessi arbitri a prestare giuramento di giudicare secondo la giustizia, mentre la ignorano affatto. Restando poi lesi dalle sentenze arbitramentali vogliono che la causa sia nuovamente esaminata, dimentichi del giuramento che prestarono. A tal caso noi credemmo doversi porre il competente rimedio.

§. 1. E conoscendo noi dall'esperienza essere incauta tale elezione di arbitri sotto vincolo di giuramento, prescriviamo che in avvenire non possa aver luogo tale giuramento tanto per parte delle parti compromittenti, quanto del giudice arbitramentale; e ciò affinchè gli uomini non sieno, loro malgrado, costretti allo spergiuro a motivo dell'ignoranza in cui sono delle leggi. Quelli che scelgono gli arbitri dovranno nel compromesso stipulare una pena in caso che una delle parti non volesse assoggettarsi alla sentenza arbitramentale Quindi nel caso in cui taluno non volesse stare alla sentenza degli arbitri e ricorresse ai nostri giudici, questi dovranno da lui esigere la pena stipulata nel compromesso onde darla all'altra parte. Se poi quelli che eleggono giudici arbitri non osserveranno le prescrizioni della presente legge e si accontenteranno del giuramento che presta l'arbitro stesso, il quale poi leda i loro dritti, colla sua sentenza nel caso che avessero fatto ciò deliberatamente dovranno subire le pene dello spergiuro; se per ignoranza, dovranno attenersi alla sentenza arbitramentale cui si assoggetteranno con giuramento, poichè noi non vogliamo che niuno si renda reo di spergiuro e che i litiganti non sieno nuovamente assoggettati a danno. Dovranno poi restare in vigore le prescrizioni delle antiche leggi riguardo ai giudici compromessarii, od arbitri, i quali debbano essere eletti senza vincolo di giuramento, non dovendo farsi alcuna innovazione sopra la nostra legge.

CAP. XII.

Degli appelli, e che a nessuno sia lecito di non riceverli.

Nondimeno prescriviamo che tutti i nostri giudici ricevano assolutamente le appellazioni ed a niuno di essi sarà lecito rigettarle, ad eccezione di tua eminenza che ha il soccorso delle suppliche.

CAPO XIII.

Dei diversi rescritti diretti ai giudici.

Ogni giudice poi, o avendo cingolo, o altrimenti giudicando dee osservare le leggi e proferire sentenza dietro le medesime, e se nel frattempo esca qualche nostro ordine o forma o prammatica imperiale che introducesse un nuovo ordine di procedura, il giu-

Digitized by Google

sequatur legem, nos enim volumus obtinere quod nostrae volunt leges. Si enim sub appellatione lis fiat, iudex quidem suscipiat modis omnibus oblatam appellationem, nihil penitus excusans,in quibus omnino licet appellare: auxilium vero circa appellationes omnibus adiacet: per quod licet laeso et queri,et mereri correctionem aut ab iis qui de appellatione iudicant: aut a nobis ipsis, si ad nos sententia referatur.

CAP. XIV.

De relationibus.

Si quid autem audientes iudices putaverint esse dubium: damus eis licentiam de his nuntiare nobis, et consulere nos, ut discant quae necessaria sunt, et ita quod agendum est explicent, et faciant iusta simul et rationabilia iudicia.

EPILOGUS.

+. Tua igitur eminentia, quae placuerunt nobis, et propter nostrorum subiectorum utilitatem gesta sunt, hic et in imperiali proponat basilica, et in aliis partibus nostrae regiae civitatis, ut universis haec fiant manifesta, et discant quia per omnia nobis cura est eorum utilitatis pariter et aequalitatis. Dat. Arione V. C. Consule.

TIT. XIII.

De consanguineis et uterinis fratribus.

NOVELLA CONSTIT. LXXXIV.

Imperator Iustinianus Augustus Ioanni gloriosiss. per Orientem praetoriorum praefecto iterum exconsuli ordinario et patricio.

PRAEFATIO.

Multis undique natura novitatibus utens (dictum iam est in legibus hoc saepe prooemium, dicitur autem et iterum donec illa quae sua sunt operatur) ad opus multarum nos pertrahit legum. Legitimas enim et cognativas successiones dicunt quidem nobis et veteres, et qui ex antiquissimo iure haec sumentes, descenderunt usque ad nos, qui plurima horum correximus, pervenit autem ad nos aliquid tale.

§. 1. Duxit quidam uxorem, et filii ex eadem sunt nati: deinde moriente illa duxit rursus aliam, ex qua nati sunt filii ei, prioribus consanguinei solum, non autem uterini: deinde etiam tertium introduxit matrimonium: fecitque filios ex eo: post mortem vero eius ad secundum mulier descendit virum: ex quo alios fecit filios, iis qui ex priore viro fuerant uterinos solum, non tamen consanguineos: moriente igitur matre, postea mori unum fratrum ex tertio matrimonio contigit sine filiis et sine testamento, multos fratres relinquentem, alios quidem consanguineos, alios autem uterinos, alios vero simul et consanguineos, et uterinos. Et quae quidem adinventa est naturae novitas, talis quodammodo fuit. Licebit autem tali principio dato nobis, ab eo et alios quosdam opinari casus tale aliquid proferre volentes, sive morte viri, sive morte mulieris, sive alia legitima separatione nuptiis diversis hoc facientibus. Quaestio igitur illa erat, si ad mortui fratris hereditatem oporteret omnes vocari, et consanguineos, et uterinos, et

dice dovrà seguire la legge, volendo noi che sieno osservate le prescrizioni delle leggi. Nel caso in cui si trattasse di appellazione il Giudice riceve assolutamente la insinuata appellazione, non potendo addurre alcuna causa onde rifiutarla. Laonde egli dovrà somministrare a tutti il soccorso dell'appellazione,la quale dovrà o decidersi dai giudici d'appello o da noi qualora la sentenza sia a noi assoggettata.

CAPO XIV.

Delle relazioni.

Se ai giudici insorge qualche dubbio nel decidere le cause in appello, potranno farne riferta a noi, consultarci onde essere istruiti di ciò che conviene a fare, e pronunciare quindi sentenze giuste e ragionevoli.

EPILOGO.

Dunque la tua eminenza pubblicherà le disposizioni contenute in queste leggi e dirette all'utilità dei nostri soggetti in questa Regal Basilica e nell'altre parti di questa nostra città, affinchè tutti, venendo in cognizione della medesima sappiano qual cura abbiamo dei loro utili. Data essendo Console Arione uomo illustrissimo.

TITOLO XIII.

Dei fratelli consanguinei ed uterini.

NOVELLA COSTITUZIONE LXXXIV.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto dei pretorii per l'Oriente per la seconda volta, ed ex-console ordinario e patrizio.

PREFAZIONE.

Producendo la natura dovunque delle novità che si succedono (come già si è detto nel proemio di molte leggi ed ora ad effetto le mena) c'induce a promulgare molte leggi. L'antica giurisprudenza,che ci spiega quali sieno le successioni legittime e cognatizie, dev'essere da noi corretta, come facemmo in moltissimi casi, ed in alcuno adesso a noi presentato.

§. 1. Un tale prese in moglie una donna, e dalla stessa gli nacquero figli; morta questa moglie ne condusse un'altra, dalla quale ebbe pure figli, che diventarono consanguinei dei primi, non già uterini; finalmente prese in moglie una terza dalla quale come dalle prime ebbe figli. Questa donna dopo la morte del marito passò a seconde nozze e procreò figli da questo matrimonio i quali erano soltanto uterini dei figli del suo primo matrimonio, non già consanguinei. Dopo la morte della madre morì pure un figlio del terzo matrimonio,senza lasciar figli nè testamento, lasciando bensì molti fratelli, alcuni dei quali consanguinei, alcuni uterini ed alcuni altri e consanguinei ed uterini. Ecco il caso che successe per la varietà della natura, e noi regolando questo regoleremo pure diversi altri che potrebbero succedere, o per la morte del marito, o per quella della moglie, o per altra legittima separazione,passando i coniugi ad altre nozze. La quistione insorta nell'esposto caso era se alla successione del defunto fratello si dovessero

Digitized by Google

simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres.

CAP. I.

Quia igitur considerantes leges omnes quas congregavimus, et veteres omnes, et nostras huiusmodi non invenimus emersisse quaestionem: congruum est eam sero tandem refrenare lege, et considerare quia fratribus sunt ad defunctum aliis quidem cognationis tura, quae nos legitimis copulavimus: aliis autem hoc ipso legitima: communicabant enim aliquid ei circa paternam prolem, sicut alii circa maternam: alii autem illud pure habebant, et lege et natura iuvante se, eo quod ex iisdem erant procedentes matrum finibus, eratque eis patris semen unum: et undique veluti quoddam signum eis germanitatis resplendebat. Si igitur huiusmodi frater litibus liberare et legem et dubitantes voluisset, ad testamentum venerat: et suam sententiam fecerat manifestam: et per scripturam honorati ad hereditatem vocarentur. Quia vero hoc agere noluit, aut non potuit, (multae namque sunt homini et anxietates innumerae, et repentinae mortes) haec nostra lex causam determinet.

§. 1. Vult autem haec lex, ex utroque decoratos, et simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres, ad successionem morientis meliores esse quam illos qui solummodo consanguinei, aut solummodo uterini sunt, et nos non faciat haesitare naturae varietas: sed nos huiusmodi adinventiones ostendimus legitimas, atque decernimus, perfectioribus distribuentes quae meliora sunt, et minores exaequari eis non patientes.

§. 2. Plurima namque ad hoc nos invitaverunt. Primum quidem altera nostra lex si filius moriatur non habens filios: deinde existentibus ita forte maternis; rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa quae non acquiruntur, prius ex iisdem nuptiis fratres ad hereditatem vocari: deinde ex aliis, et post hos patrem, quod probatio erat eo quod dudum talia nostra legislatio concessisset. Nam si etiam patre existente, suo patri, et iis qui sunt ex aliis nuptiis, praeponi consanguineos et uterinos fratres contingit: consequens est, licet pater non existat, sed fratres solummodo, praeponi iis qui ex uno parentum solummodo copulantur morienti, eos qui similiter quidem consanguinei, similiter autem uterini sunt, et his conveniens erit illud quod dudum et in maternis, et in iis quae ex nuptiali causa, aut aliter non acquirantur, sancitum est, hoc etiam in reliquis morientis rebus valere atque tractari. Haec igitur lex in isto casu data sibi occasione, sicuti dictum est, posita sit. Et quia ex tribus matrimoniis hoc processit, novitas naturae nihil prohibet, vel si quis proponat et in duobus solummodo matrimoniis alios quidem esse solum uterinos, alios autem consanguineos simul et uterinos, vel si quis extendi dicat matrimonia, et adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in huiusmodi casibus ubi tales quidam introducuntur ordines fra-

chiamare tutti i consanguinei ed uterini, ovvero se i soli consanguinei od uterini.

CAPO I.

Perchè dunque ponderando tutte leggi che abbiamo unite in uno, ed antiche e nostre, non trovammo essere surto un caso di tal natura, è conveniente deciderlo mediante leggi e considerare che alcuni di questi fratelli hanno verso il defunto gius di cognazione da noi uniti ai legittimi, ed altri gius per sè stessi legittimi; poichè alcuni sono suffragati dalla natura e dalla legge, ed i figli paterni ed i materni si comunicano a vicenda, i primi essendo generati dallo stesso seme, ed i secondi essendo usciti dallo stesso utero. Laonde se questo fratello avesse voluto ovviare le liti che avrebbero potuto insorgere dalla interpretazione delle leggi, facendo testamento, alla sua successione sarebbero chiamati quelli che furono da lui istituiti; ma non avendo egli voluto o potuto far ciò (sendo gli uomini soggetti a molte emergenze ed a morte repentina), tale mancanza verrà supplita dalla nostra legge.

§. 1. Questa legge prescrive che i fratelli i quali sono consanguinei ed uterini nello stesso tempo debbano essere preferiti a quelli che sono soltanto o consanguinei od uterini nella successione del defunto.

§. 2. Molti motivi ci determinarono a questa legge. In prima perchè una nostra legge vuole che se muore un figlio senza prole, esistendo beni materni, nuziali o che non possono acquistarsi per qualche altra causa, alla di lui successione debbano prima chiamarsi i fratelli che nacquero dallo stesso matrimonio, dopo questi, quelli che nacquero da altri matrimonii, e dopo quest' ultimi il padre. Ed in vero, se vivente il padre debbono essere preferiti i fratelli consanguinei ed uterini al padre ed agli altri che nacquero da altro matrimonio, ne viene di conseguenza che quantunque non esista il padre, ma soltanto i fratelli, a coloro che comunicano col defunto mediante un solo genitore si preferiscano coloro che sono e consanguinei ed uterini, ed a questa disposizione è coerente quella concernente i beni materni, o che non possono acquistarsi perchè sono di provenienza nuziale. Quest' è la legge che si promulgò dandole motivo il sopra esposto caso, e che dovrà applicarsi anche al caso in cui fossero succeduti più matrimonii, tale circostanza non introducendo alcuna differenza. Laonde i fratelli che hanno il duplice gius, dovranno preferirsi a quelli che ne hanno un solo.

Digitized by Google

trum lex habeat suam virtutem: et excludant duplici utentes iure eos qui uno solo uti possunt.

CAP. II.

Si vero non talis est casus, sed solummodo constituti sunt uterini aut consanguinei, et moriatur aliquis fratrum: haec prioribus subiaceant legibus quae eorum successiones disposuerunt. Locum tamen haec lex habeat non solum in hoc casu, qui quaestionem movit: sed etiam in iis, qui postea futuri sunt. Quocirca priora si aut iudicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem, huius legis iudicio non egentia.

EPILOGUS.

†. Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis, et per hanc sacram manifestata sunt legem, per literas proprias declarare cunctis et in perpetuum observare festinet. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. Imp. Dom. Iustin. Aug. Anno XV. Arione V. C. Cons.

TIT. XVII.

De deposito, et denunciationibus inquilinorum, et de suspendenda administratione panum

NOVELLA CONSTIT. LXXXVIII.

Imperator Instinianus Augustus Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli ordinario et patricio.

PRAEFATIO.

Litem nuper audientibus nobis (hoc quod in imperio publice sedentes multotiens agimus) orta est aliqua quaestio, quam resolvimus statim: huiusmodi vero discentes contingere multa communi et generali lege definire hoc iustum esse arbitrati sumus.

CAP. I.

Si enim quis ab aliquo capiat aurum aut res aliquas depositi causa in quibusdam conditionibus, deinde illi agant: necessitatem habeat omne restituere aurum, aut res, conditionibus semel impletis: et nulla omnino licentia sit aliquibus extrinsecus interdictionibus uti, et retinere depositi restitutionem: cum et alia multa privilegia tam a praecedentibus legislatoribus, quam a nobis ipsis data sunt: licentia enim est prohibenti reddi tionem, eum quidem, cui creditum est depositum, non molestare: eum vero de rebus quae in quaestione sunt, qui aurum, aut res aliquas accepturus est, litem sortiri, et iustitiam et legem promereri: sed ne per hanc causam damnis magnis subiiciat eum qui interdictionem suscepit, et compellatur aut defensiones expetere, aut res habere, et non possit voluntarie cum deponente benigne agege: quod si tale aliquid egerit (omnino enim oportet non sola delictorum nos contentos esse prohibitione: sed etiam timorem inferre iustum transgressoribus) sive perditionem contigerit rerum aut pecuniarum fieri, et hoc probetur, sive alium quemcunque casum furtuitum ipsum respicere qui contestationem dixe-

CAPO II.

Se poi non è tale il caso, e sieno in mezzo fratelli soltanto uterini, o consanguinei, ed uno de' fratelli venga a morte, avranno luogo le disposizioni delle antiche leggi riguardo alla loro successione. Questa legge poi non sarà applicabile soltanto al caso per cui essa fu promulgata, ma eziandio a tutti i casi simili che in avvenire succedessero, ma non sarà applicabile a quelli che fossero già decisi da giudiziale sentenza, o sopiti mediante transazione.

EPILOGO

Dunque la tua eminenza farà a tutti manifesto, mediante proprie lettere, e si dia fretta a porre in osservanza le disposizioni contenute in questa imperiale legge. Data ai 18 di maggio in Costantinopoli, nell' anno decimoquinto dell' impero di Giustiniano Augusto, essendo console Arione uomo illustre.

TITOLO XVII.

Del deposito, della denuncia degl' inquilini e del sospendere l'amministrazione dei pani.

NOVELLA COSTITUZIONE LXXXVIII.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto degli imperiali pretorii per l' Oriente, già due volte console ordinario e patricio.

PREFAZIONE

Ascoltando noi pocanzi una causa (il che più volte facciamo sedendo in pubblico giudizio), insorse una quistione che tosto abbiamo decisa; ma potendo avvenire molti casi simili, ci siamo determinati di fare su ciò una comune e general legge.

CAPO I.

Poichè se uno prende in deposito da un altro danaro o cose sotto certe condizioni, e poscia vengano a litigio, dovrà restituire questo danaro o queste cose, adempite che sieno le condizioni, e niuna terza persona potrà interdire al depositario la restituzione del deposito; sendo, da' precedenti legislatori e da noi stessi, stati dati in proposito grandi privilegi. Non si potrà molestare il depositario, ma si potrà convenire quello che riceve in restituzione il danaro o le cose depositate, senza che quegli al quale fu fatta tale interdizione risenta danno, di modo che o sia costretto a difendersi o ad avere le cose e non possa volontariamente agire col deponente. Quegli che fece l'interdizione dovrà risarcire o la perdita alla quale per avventura fossero andate soggette le cose o il danaro o qualsiasi altro caso fortuito, qualora però fosse provato, non acconsentendoci noi che il delitto sia soltanto proibito, ma volendo eziandio che esso sia soggettato a pena. Inoltre quegli che fece la contestazione dovrà l'interesse del quattro per cento non solamente nel caso in cui fosse stato depositato danaro, ma eziandio nel caso in cui fossero state depositate

Digitized by Google

rit. Insuper etiam ex quo facta est huiusmodi contestatio, usuras pecuniarum usque ad tertiam centesimae agnoscere prohibentem accipere propria: non solum si aurum fuerit, quod depositum est, restitui vero prohibitum: sed et si aliae res sint: ut hoc timore stultorum simul, et perversorum maligne versandi, in depositionibus homines cessent.

CAP. II.

De his qui denunciant ne civiles annonae, vel pensiones solvantur.

Sed et totum hoc quod de mandatis est, et aspicere, et constituere secundum legem providimus. Videmus enim frequentari hoc in regia hac praecipue civitate, et aliquos interdicentes eis qui ministrant publicas annonas, et tesseras accipiunt ab annonarum praefecto, volentes suspendi administrationem: et eos qui ex hoc solummodo forsan nutriuntur, defraudari administratione, per quam eis omnis tribuitur vitae occasio. Huic autem rei severius et difficilius illud est: multis enim domos possidentibus in hac felicissima civitate, qui inbanchiti non videntur, mox futuris pensiones ab inquilinis accipere, calumniantur per interdictiones inquilinis dirigentes, ut non inferant eis. Illi vero ultra eas suscipientes, quidam propter inopiam forsan comedunt eas: quidam vero et exules a magna hac fiunt civitate, et decidit omnino pensionum administratio iis qui ex hoc forsan solo nutriuntur, secundum quod occurrentes in civilibus annonis diximus.

§. 1. Nemini igitur damus huiusmodi licentiam: sed unusquisque si aliquam habeat causam ad obnoxium sibi, non obdormiat: in liberalibus autem perversitate omni plenius aspiret interdictionibus. Cognoscat enim, quia si tale aliquid egerit, et per occasionem eius ceciderit aut administratio panum, aut pensionum datio ex hoc accidens ipse sustinebit periculum, mox quod interdictionem inquilinis et ministrantibus panem miserit, aut suspenderit annonam: nihil enim horum agi omnino volumus: sed ex quo interdictiones egerit, sancimus eum omne damnum sarcire domino rerum: super hoc et usuram et tertiam centesimae agnoscere pecuniarum aut rerum quas non accipere per eum is qui secundum hunc modum laesus est, valuit. Et neque aliquis opponat defensiones, quia qui praesens est ei exactionis domino danti defensionem aut in deposito, aut in aliis recipere rem propriam, non enim omnibus est facile fideiussorem praebere nostris legibus, nullam defensionem omnino ratam esse ponentibus, nisi cum fideiussione fiat, fideiussorem enim omnino dandum idoneum non facile neque possibile passim est. Et propterea igitur ad securitatem nostrorum subiectorum volumus hoc custodiri a modo, et caetero omni tempore, ut immortale sit huius nostrae sanctionis iuvamen Reipublicae, quae iudicantibus quidem nobis in mentem venit, praesentem vero legem commune iuvamen nostris peperit subiectis.

altre cose. In tal modo gli stolti ed i perversi saranno frenati.

CAPO II.

Di coloro i quali denunziano, onde non siano pagate le civili annone o le pensioni.

Ma tutte queste providenze finora fatte circa i mandati. Benvero accade spesso, specialmente in questa regia città, che alcuni intimano gli amministratori che non siano ad alcuni pagate le annone, e ricevono le tessere dal prefetto dell'annona, impedendo così la somministrazione a quelli che forse ritraggono soltanto da questa il loro sostentamento. Inoltre in questa felicissima città succede il caso molto incomodo che molti per invidia verso i possidenti delle case, nel giorno in cui scade la pensione, intimano agl' inquilini dietro allegazioni, che non paghino le pensioni, di modo che viene per alcuni a mancare il solo mezzo del loro sostentamento, come abbiam detto riguardo alle annone.

§. 1. A niuno dunque diamo tal facoltà, ma per l'avvenire proibiamo a tutti il fare interdizioni e se taluno crede a sè obbligata una persona faccia valere le sue ragioni, astenendosi da ogni interdizione contraria alla libertà e piena di perversità. Quegli che facesse l'interdizione per cui venisse per taluno a mancare la somministrazione delle annone, o delle pensioni, dovrà risarcire il danno cagionato da questa sua interdizione, oltre il quattro per cento del danaro o del valore delle cose. Non si potrà nemmeno fare tali interdizioni a pretesto che manca un idoneo fideiussore, poichè non è sì facile il darlo. Le prescrizioni di questa legge hanno in mira la sicurezza dei nostri soggetti, le quali in perpetuo dovranno osservarsi ed essere di comune soccorso, da noi ideate decidendo le quistioni.

Digitized by Google

EPILOGUS.

+. Tua igitur eminentia, quae placuerunt nobis, et per hanc divinam manifestata sunt legem, operi effectuique tradere, et in perpetuum observare festinet.

TIT. I.

Quibus modis naturales efficiuntur sui, et de eorum ex testamento sive ab intestato successione.

NOVELLA CONSTIT. LXXXIX.

Imperator Iustinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli ordinario, et patricio.

PRAEFATIO.

Naturalium nomen Romanae legislationi dudum non erat in studium, nec quaelibet circa hoc fuerat humanitas, sed tanquam alienigenum aliquid et omnino alienum a republica putabatur: a *Constantini* vero piae memoriae temporibus in constitutionum scriptnm est libris. Deinde paulatim in mediocritatem clementemque sententiam Imperatores transeuntes, leges posuerant: alii quidem et dari et relinqui aliquid eis a patribus concedentes: aliqui autem etiam adinvenientes modum per quem naturali iure priore liberati legitimi fierent, et paternae substantiae successores: paulatimque etiam ad nepotes processerunt hniusmodi legislationes: et quoniam in nostra tempora venerunt, et eorum qui paulo ante nos fuerunt, multam varietatem causa suscepit. Nos enim duplex habuimus studium, et plurimos in libertatem perducere homines ex priore servitute, et ex naturalibus ad legitimos elevare: non enim ultio et interdictio despicienda est: sed quod est in necessitate, curandum est: et diffugiendum, quidem quod malum est, inveniendum vero undique quod melius est. Quia igitur aliqua quidem in constitutionum Codice, quem ex omni priorum imperatorum legislatione collegimus, de naturalibus scripta sunt filiis: quaedam vero in libro Institutionum: de his autem nos constituimus, aut iam perfecta comperimus, et nos ipsi plurimas fecimus de his constitutiones, alias quidem in praedictarum collectione constitutionum, alias autem etiam postea: ne causa sit dispersa, bene se habere credidimus, in una constitutione totum colligere, quae pro omnibus sufficiat ea quae de naturalibus sunt, corrigere atque sancire.

CAP. I.

De liberis naturalibus.

Palam namque est, quia hominum alii quidem liberi simul consistunt, et inter legitimos sunt: alii vero hoc prius non habentes, postea fiunt: et ex servis ad liberos ascendunt, et ex naturalibus ad legitimos. Alii vero ex ipso hoc naturales sunt, et quaedam eis successiones existunt: alios autem neque naturales esse decet, sed etiam hoc monstrantur indigni. Oportet igitur nos ita facere constitutionem, ut nullus ignoret quae possunt in naturalibus valere: dicimus autem inchoantes legem, qui consistunt natura-

EPILOGO

Dunque la tua eminenza porrà osservanza e farà in perpetuo eseguire le nostre disposizioni contenute in questa imperial legge.

TITOLO I.

In qual modo i figli naturali diventino legittimi, e suoi e della loro successione sia per testamento sia ab intestato.

NOVELLA COSTITUZIONE LXXXIX.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto dei pretorii per l'Oriente per la seconda volta ex-console ordinario e patrizio.

PREFAZIONE

De' figli naturali già da gran tempo la romana legislazione non si dava briga, nè verso di essi esisteva qualche segno di umanità, e riguardavasi il nome dei figli naturali come estraneo ed affatto alieno dalla Repubblica. Ma, ai tempi dell'Imperatore Costantino di felice memoria se ne fece menzione nei libri delle costituzioni. In progresso di tempo gl' Imperatori fecero disposizioni di legge in loro favore alcuni di essi, permettendo che i genitori potessero e dare e lasciare ai medesimi qualche cosa, alcuni altri introducendo il modo con cui essi potevano diventare legittimi e successori dei loro genitori. A poco a poco le disposizioni risguardanti i figli naturali si applicarono anche ai nipoti. Tale soggetto diede origine ad una diversità nelle leggi fino ai nostri tempi. Ma le nostre mire furono e di liberare gli uomini dalla primitiva servitù e di rendere legittimi i figli naturali: però coi debiti riguardi dovendosi sempre procurare il maggior bene, ed evitare il male maggiore. E siccome esistono prescrizioni di legge riguardo ai figli naturali tanto nel nostro codice nel quale abbiamo raccolto le disposizioni degl'imperatori nostri predecessori, quanto nelle Istituzioni, ed inoltre abbiamo promulgato molte costituzioni a tale oggetto, così abbiamo determinato di raccogliere tutto in una sola costituzione, la quale basti per tutte le altre, corregga e sancisca riguardo ai figli naturali.

CAPO I.

De' figli naturali.

Poichè è ben noto che degli uomini alcuni sono liberi e legittimi: altri diventano liberi sendo prima servi, ed altri diventano legittimi sendo nati naturali, altri sendo naturali sono ammessi alla successione ed altri non sono neppure degni del nome di naturali. Laonde uopo è che noi facciamo una costituzione, affinchè niuno ignori il gius in vigore circa i naturali, vale a dire, che facciamo una legge indicante quali sieno i naturali e come possano diventare legittimi, come si regolino le loro succes-

Digitized by Google

les, quibusque modis procedunt ad legitimos, (quorum plurimos invenimus nos) et quae sunt horum successiones, et quomodo quidem vetustas usa est his amare, quomodo nos humane. Nec illud quoque relinquitur, qui nec naturalium digni sint, sicuti diximus appellatione. Natura siquidem ab initio, dum de filiorum procreatione sanciret, scriptis nondum positis legibus omnes similiter quidem liberos, similiter autem produxit ingenuos. Primis namque parentibus primi filii, similiter quidem liberi, similiter autem legitimi a creatura fiebant: bella vero et lites, atque libidines et concupiscentiae causam deposuerunt ad aliud schema. Servitutem namque invenit bellum: naturales autem castitatis casus: lex autem rursus huiusmodi delicta curans libertatem servis molita est, et multum de his tractavit, modos introducens dena millia, imperatoriae vero constitutiones aperuerunt eis quae non recte facta sunt, ad ius legitimum vias quod non transitorie neque nos sancimus, neque subiectos hanc legem negligenter audire praecipimus.

§. 1. Legitimi siquidem successores procedunt hominibus ex nuptiis, quas contrahunt aut cum dotalibus instrumentis, aut etiam absque eis, sic ad foeminas masculis convenientibus, ut ab initio habeant ad eas legitimarum nuptiarum affectum. Et hoc enim in calumnia positum nos respicientes, lege decrevimus, quid in iis quidem, qui fortunae dignitate provecti sunt, quid autem in mediocri hominum statu agendum sit ad demonstrationem legitimarum nuptiarum: quid vero deinceps permissum est plebi. Quapropter nuptiis procedentibus, ex hoc ipso sunt successiones certae: et si inter legitimos connumerentur, mox lex introducit successionum modos, plurimum de his tractans. Legitimum igitur ius sic se habet. Quod vero non est huiusmodi, sed liberum quidem, non tamen ex nuptiis procedens legitimis, aut etiam in servitute natum: si libertatem quidem meruerit, manserit autem naturale: hoc modi varii ad ius legitimum ferunt, quos enumerantes, sic etiam reliqua sanciemus.

Cap. II.

De Primo (hoc est per oblationem curiae) modo legitimationis.

Primus itaque modus est legitimi iuris existens civitatibus mox utilis, quem Theodosius piae et novae introduxit memoriae. Sancitum namque est ab eo, *ut possit naturales filios, aut omnes, aut aliquos offerre curiis, aut filias curialibus copulare:* et quoniam modus iste non simplicem habuit legislationem, sed varie et de oblationibus dictum est, et de successionibus, quomodo ipsi, et quorum heredes existant, et qui rursus ad ius eorum hereditarium accedant: iustum credimus hoc primum legislationis disponentes capitulum, ita ad reliquos modos qui ad legitimorum ius ferunt, accedere: quae enim inde sunt facile omnino est dicere.

§. 1. Si quis igitur fuerit naturalium filiorum pa-

sioni facendo vedere il rigore delle antiche leggi, e l' indulgenza delle nostre. Nè si passeranno sotto silenzio neppure quelli che non sono degni del nome di naturali. La natura in origine, stabilendo le leggi risguardanti i figli non fece alcuna distinzione, procreando tutti liberi ed ingenui, locchè soffrì variazione coll' introdursi delle leggi civili. I primi figli che nacquero, nacquero ai loro genitori liberi e legittimi; ma introdotte le guerre, i litigi ed il disordinato amore carnale, si alterò tale condizione dei figli. La guerra introdusse la servitù, l'incontinenza i figli naturali e la legge regolò sì la servitù che la condizione di questi figli, dando la libertà ai servi ed ammettendo molti modi con cui si acquista il gius di legittimi. Noi pure ora facciamo leggi risguardante tale argomento, leggi che non dovranno essere transitorie, ma che dovranno essere rigorosamente osservate dai nostri oggetti.

§. 1. Ai figli dànno la legittimità le nozze contratte o con gli istrumenti dotali o senza, qualora però il maschio e la femmina si congiungano assieme collo affetto. Ed alcuni degli uomini essendo costituiti in dignità, alcuni altri di condizione mediocre ed alcuni altri di condizione plebea, abbiamo stabilito per gli uni prove delle loro nozze diverse da quelle che si richieggono per gli altri. I nati da legittime nozze hanno un certo gius di successione, e sono annoverati trai legittimi, ed a tale proposito vi sono molte disposizioni di legge. Quelli poi che nacquero fuori di legittime nozze, benchè di condizione libera, ovvero anche di condizione servile, non hanno un gius certo di successione e quest'ultimi ancorchè ottenessero la libertà non otterrebbero la legittimità. Noi faremo disposizioni sopra tutti questi casi.

Capo II.

Del primo grado di legittimazione, cioè per l'offerta alla curia.

Sicchè il primo modo di legittimazione, molto utile alla città, è quello, che introdusse l' imperatore Teodosio di pia, e novella memoria. Egli prescrisse che si possa offrire alla Curia i figli naturali o tutti od alcuni soltanto, e maritare le figlie con curiali. Ma poichè questo modo di legittimazione non è stato regolato da semplice legislazione, essendosi fatte varie disposizioni e circa le offerte, le successioni, ed il modo con cui essi diventano eredi le persone delle quali sono eredi, o che succedono ad essi, credono giusto di parlare prima di tal modo di legittimazione e di passare poi agli altri.

§. 1. Se alcuno dunque si trovasse padre di figli

Digitized by Google

ter, sive curialis existens, sive liber a curia, licentiam habebit, omnes, aut quosdam ex eis, sive legitimorum sit filiorum pater, sive etiam non sed solummodo naturalium, offerre curiae, licet forte illustris dignitatis sint filii suscepti: nisi tamen dignitas intercesserit talis, quae homines, licet curiales sint, ab hac fortuna liberos facit. Oblationis autem modus sive fiat a patre adhuc superstite, cum quispiam in commune filium offerret, (hoc namque gestum est in Philocalo naturali filio, curiali a patre in Bostrenorum civitate,et hoc ipsum dicit secundum inspectionem ibi factam, et ita eum offert, sicut a Leone piae memoriae scripta dicit constitutio: sive ergo secundum hunc modum fiat aliquis a patre pronunciatus curialis, sive eum pater sub gestis monumentorum offerat, sive moriens in testamento conscribat oportere fieri curialem: deinde ille amplectatur scripturam: legitimus mox fiet, naturalium iure omnino liberatus: sive etiam mortuo patre semetipsum filius aut filii offerant: non existente quidem legitima sobole, etiam sic erunt legitimi et curiales. Proinde pater quidem etiam existentibus legitimis offert curiae non legitimos filios: qui vero per semetipsum ad hoc procedit, tunc solummodo auditur, cum nullus legitimorum filiorum existit. Hoc itaque de oblationibus sit, quod indifferenter sancitum est a nobis, in hac praesenti lege reconditum: non autem simpliciter neque fortunae oblatione: oportet enim et modos facere manifestos secundum quos offerantur.

§. 2. Si quis igitur ex qualibet oriatur civitate, sive curialis, sive etiam liber huiusmodi sit fortuna: licebit ei suum naturalem offerre filium curiae illius unde oritur civitatis. Si vero nec civis ipse consistat, sed ex villa quadam aut vico sit oriundus: illi a patre offeratur civitati, ant semetipsum offerat, sub qua civitate villa aut vicus tributa persolvit. Palam vero est, quia siquidem pater eum, aut avus offerat, aut aliquis ascendentium parentum, et liberos habens filios: hoc agere poterit: si vero ipse quispiam semetipsum offerat, hoc permittimus, cum non alii legitimi sunt fratres.

§. 3. Si tamen aliquis offerre volentium suos naturales curiis, aut ex maxima hac oriatur civitate, aut ex seniore Roma, huic damus licentiam, in quam voluerit metropolim oblationem celebrare: et hanc esse regulam etiam in filiabus, ut iungat eas curialibus aut ex civitate ipsa ex qua orti sunt, aut sub qua villa aut vicus tributa persolvit, aut si quis liber simul et Romanus, aut Byzantius fuerit, cuicunque curialium alterius cuiuspiam, metropolis tamen. Sic itaque nobis curialium diligentia est, et iste modus placet iuris legitimi, quia damus curialium naturalium existenti solummodo filiorum patri, licet ex ancilla eos habeat, et liberos facere, et offerre curiae secundum quod praedictum est. Et adhuc amplius sancimus de causa, ut vel si non pater offerat liber autem semel filius fiat: possit et semetipsum offerre curiae, etiam hic legitima non existente prole.

naturali, tanto s'è di condizione curiale, quanto meno, potrà offrire alla curia tutti i suoi figli e legittimi e naturali ovvero soltanto i naturali od alcuni di essi, benchè gli avesse procreati insignito della dignità d'istruire, ma non già di quella che rende liberi della condizione curiale. Questa offerta poi potrà farsi tanto dal padre vivente (come avvenne d'un certo Filocalo figlio naturale che fu offerto alla curia dal padre nella città di Bostra) giusta il modo prescritto dalla costituzione dello Imperatore Leone di pia memoria, quanto mediante insinuazione dei documenti o con dichiarazione testamentaria, la quale poi venga seguita dal figlio; ed in qualunque modo avvenga, il figlio diverrà legittimo liberandosi dalla condizione di figlio naturale. Il figlio o figli potranno anche,morto il padre,offrirsi da sè stessi alla curia, qualora non esistano figli legittimi, ed in tal modo diverranno legittimi e curiali. Che se il padre avendo figli legittimi offre alla curia da sè stesso i figli illegittimi, egli non sarà ascoltato qualora sia superstite qualche figlio legittimo. Queste prescrizioni risguardano le offerte alla curia, circa le quali noi promulghiamo diverse leggi, poichè conviene che in tal proposito non sia semplicemente indicata l'oblazione come mezzo di legittimazione, ma conviene eziandio che sieno resi manifesti i modi con cui l'offerta stessa si dee fare.

§. 2. L'oriundo di qualsiasi città, sia curiale, ovvero libero da questa condizione, potrà offrire alla curia della città da cui è oriundo il proprio figlio naturale. Quegli poi che non è cittadino, ma oriundo da qualche villa o borgo si offrirà dal padre a quella città cui il villaggio od il borgo paga il tributo; e si potrà anche offrire da sè stesso. Egli è poi manifesto che una tale offerta potrà essere fatta dal padre, dall'avo o da altro ascendente, ovvero dalla stessa persona che si offre, qualora per altro non esistano figli legittimi.

§. 3. Se poi quegli,che vuole offrire i proprii figli naturali alla curia,è oriundo di questa grande città o dell'antica Roma, sarà in suo arbitrio d'offrirlo o nell'una o nell'altra metropoli. Questa regola varrà anche per le figlie, di modo che esse si uniranno in matrimonio coi curiali della città in cui nacquero o di quella cui è soggetto il villaggio od il borgo nativo. Quelli che sono di condizione libera e Romani o Bizantini, potranno fare l'offerta alla curia della metropoli. Queste sono le nostre prescrizioni riguardo ai curiali ed un tal modo di legittimazione è da noi adottato.In oltre noi concediamo al padre di figli naturali soltanto di offrirli alla curia e di renderli liberi ancorchè fossero nati da una serva. Questa offerta poi si potrà fare tanto al padre, ovvero dallo stesso figlio, qualora per altro non esistano figli legittimi.

Digitized by Google

CAP. III.

De successione curialium.

Et quoniam varie etiam de huiusmodi personarum successione sancitum est: non videtur absurdum nobis et de successione, sicut praediximus, terminare. Si quis igitur naturalis secundum hoc schema, (id est oblationis) fiat curialis: erit patri et ab intestato successor et ex voluntate: nihil dissimilis legitimis, et ex donatione percipere poterit patris: ita tamen, ut non amplius habeat uno horum qui ab initio legitimi sunt, et inter omnes minus habente. Cum semel autem illi susceperint oblationem, et propterea ad ius legitimorum ascenderint: non sinimus eos abstinere se patrum hereditate, aut videri quasi donationem in se factam, et ratam habitam ab eis relinquere, et fortuna recedere. Manentes itaque curiales, relictam aut donatam (sicuti dudum a nobis dictum est) habebunt mensuram.

§. 1. Si vero ab initio refutaverint oblationem, manere liberi praeponentes, licet naturales quam fieri dotiores et curiales: deinde videantur postea aut in totum, aut ex parte possidere res donatas, aut relictas sibi, aut etiam alienare: tenebuntur omnino, curiali fortuna etiam inviti ut non adulterari nobis videantur legislationem et lucra quidem venentur, quae occasione oblationis sint: repellant autem fortunam propter quam lucra promeruerunt. Et hoc similiter sancimus et in masculis oblatis curiae et in filiabus nubentibus curialibus: nulla existente differentia sive per masculos quispiam curiae munera agat, sive per generos curiam in filiabus augere voluerit, et per illorum filios novos adiicere prioribus curialibus filios eorum.

CAP. IV.

Filium vero per huiusmodi causam factum legitimum, ipsi soli genitori legitimum facimus, non etiam extraneae cognationi patris, (dicimus autem et ex quibus ille natus est, et qui ex utroque sunt, et qui ex eo processerunt) facimus eum velut ex quadam machinatione cognatum. Sancimus enim oblatum curiae naturalem filium solummodo patri legitimum fieri successorem, nullum tamen habere participium ad ascendentes, aut descendentes aut ex latere agnatos vel cognatos patris: aut illos aliquod habere participium ad illorum successiones: equum etiam ei dantes privilegium, ut sicut nec cognatis patris sit iste successor, sic nec illi ad eius vocentur successionem, nisi forte scripserit aut ipse illos, aut ab illis scribatur, soli enim patri fiunt legitimi, et cognati esse creduntur.

CAPO V.

Ergo sanciendum est qui factis ita legitimis efficiantur successores. Et si quidem habuerit filios qui talis est, aut nepotes de legitimis sibi procreatos uxoribus et merito etiam curiales constitutos: modis

CAPO III.

Della successione de' Curiali.

E poichè fu varia la legislazione anche riguardo alla successione di tali persone, a noi non sembra assurda cosa che ora noi parliamo (come abbiam detto prima) intorno a queste successioni. Se dunque un figlio naturale diventa curiale mediante offerta alla curia, egli succederà al padre *ab intestato*, i suoi dritti non saranno per nulla diversi da quelli dei legittimi; le donazioni fattegli dal padre saranno valide; in modo però che non venga ad avere più d'una porzione che spetta a ciascun figlio legittimo e che in concorrenza di questi abbia la parte minore. Entrati una volta nella curia ed ottenuto con ciò il gius di legittimi non potranno più astenersi dalla eredità dei genitori o rinunciare alla donazione fatta e da essi accettata per quindi liberarsi dalla condizione curiale. Per tanto, restando essi di condizione curiale, conseguiranno la facoltà lasciata o donata come dicemmo

§. 1. Che se da principio si saranno opposti all'offerta della Curiale, preferendo di restar liberi benchè naturali, anzichè ricchi e curiali, e poscia si vedessero possedere ovvero alienare in tutto od in parte le cose donate o lasciate ad essi, saranno obbligati anche loro malgrado alla condizione curiale, affinchè non ci sembrino deludere la legge, ritenendo quei lucri che ad essi sono dati per causa dell'offerta alla curia e sottraendosi alla condizione curiale, la quale è il mezzo con cui essi possono percepire questi lucri. Questo poi del pari prescriviamo tanto pei figli maschi offerti alla curia, quanto per le figlie che si uniscono in matrimonio con curiali, non essendovi differenza tra il caso in cui taluno sostenga i carichi curiali mediante maschi e quello in cui la sostanza mediante i generi mariti delle figlie, aggiungendo ai primi curiali i figli dei proprii figli.

CAPO IV.

Il figlio legittimo in tal modo lo facciamo legittimo pel solo padre, non già rimpetto agli altri cognati del padre, lo diciamo tale in riguardo de' suoi ascendenti, discendenti e collaterali. Ed in vero il figlio legittimato mediante oblazione alla curia sarà successore legittimo soltanto del padre, non partecipando alla successione degli ascendenti, discendenti o collaterali del padre. Siccome poi questo figlio legittimato non partecipa alla successione degli ascendenti, discendenti o collaterali del padre così è giusto che neppure essi partecipino alla successione di questo figlio legittimo. Questi ascendenti, discendenti o collaterali del padre e del figlio legittimato si succederanno a vicenda, qualora siansi istituiti eredi.

CAPO V.

Dunque si deve determinare chi siano i successori dei figli così legittimati. Se i figli legittimati avessero figli o nipoti procreati da legittime mogli, e quindi di condizione curiale, questi saranno i loro successo-

Digitized by Google

omnibus ei succedant: quid enim legalius est proprio filio ad paternam successionem? si vero filios habuerit non curiales quandoque sibi progenitos, tunc legitima mensura veniat ad fiscum et curiam: reliquum vero quantumcunque fuerit, ad illos filios qui curiales non sunt, accedat. Si vero etiam generaliter nulla ei sit proles, et moriatur intestatus, novem quidem uncias curia et fiscus habeat: secundum quod dudum a nobis sancitum est: in reliquis autem tribus unciis, qui ex lege vocantur omnibus modis venient: aut si testatus fuerit, ad scriptos descendent heredes. Semel autem factum curialem lex suscipiens, et inscribens curiae, et successiones, et aliam omnem ordinatam dedit vitae successionem et quaestum. Si quis autem vel ex genere, vel extraneus, scriptus forsan, aut etiam non scriptus, voluerit adire imperium, et semetipsum offerre curiae: licentiam habeat hoc agendi, et distributam curiae partem accipiens, fieri curialis, et tam fortunae quam functionum successor, si hoc imperium annuerit.

CAP. VI.

Si quis autem legitimos quidem filios non habeat, naturales autem ei solummodo sint: liceat ei curiae honore scribere eos heredes: et scriptura pro omni oblatione consistat, et non egeat hoc antiquarum legum alia adiectione, neque oblatione, dum superstites essent: sed ex hoc ipso scripti si liberi sint, curiales simul et heredes fiant, et habeant ipsi substantiae *novem uncias*, sicut pater eis distribuerit: sin autem etiam totum eis relinquere voluerit, adhuc faciet melius: veruntamen usque ad novem uncias omnimodo eis relinquat, sciens quia si reliquerit minus, a lege modis omnibus supplementum substantiae fiet, illi vero si voluerint, curiales fiant. Si vero aliqui quidem eligant, aliqui vero refutent: ad eos qui eligunt refutantium veniant portiones. Si vero omnes renuerint, tunc tanquam filiis non existentibus, ita ad curiam veniant novem unciae omnes. Si vero ille quidem tacuerit, filiorum vero legitimorum ei non sit proles: tunc legitima quidem pars ad heredes ab intestato veniat: filii vero naturales si voluerint, semetipsos offerre curiae, hoc faciant sicuti voluerint, sive omnes, sive quidam ex eis: et modis omnibus novem unciae substantiae ad curiales aut curialem perveniant. Si vero etiam ex ancilla ei nati sunt, si eos manumiserit aut vivens, aut in testamento obtulerit eos, etiam sic suscipiantur, et sint curiales sicut testator voluit, aut sicut eorum desiderium fuit, offerentes enim semetipsos curiae, percipient (sicuti dictum est) novem uncias: undique enim volumus, vel si testetur, vel si non facta voluntate decesserit, eos qui ad curiam veniunt, novem uncias accipere. Si vero manumiserit quidem solummodo, non tamen obtulerit, aut illi etiam sic volunt, aut quidam ex eis ad curiam respicere: etiam tunc novem unciae curiam agenti vel agentibus secundum quantitatem dentur. Si vero nullus naturalium aut velit, aut offeratur, tunc novem uncias curia percipiat. Palam quippe est, quia

ri, poichè cos'è di più legale che il figlio sia successore del padre? Che se i figli legittimati non avessero figli curiali, la porzione legittima sarà devoluta al fisco ed alla curia, ed il restante ai figli che non sono curiali. Che se il figlio legittimato e curiale non ha prole e muore senza far testamento la curia ed il fisco avrà nove oncie della sua sostanza, giusta ciò che abbiamo descritto, e le altre tre oncie saranno devolute a quelli che sono dalla legge chiamati, ovvero agl'istituiti, qualora avesse fatto testamento. La legge avendo accettato per curiale una tale persona ed iscrivendola nella curia diede alla medesima e le successioni ed ogni altra cosa pertinente alla vita del curiale di cui si possa disporre. Se poi qualcuno o della sua famiglia od estraneo, per avventura istituito erede, volesse ricorrere all' imperatore di offrire sè stesso alla curia, lo potrà fare percependo la porzione devoluta alla curia, e quindi sarà successore dei beni e delle sostanze, qualora piacesse così all'imperatore.

CAPO VI.

Se uno poi non abbia figli legittimi, ma soltanto naturali, potrà istituirli eredi col carico delle funzioni curiali, facendo il testamento le veci di offerta e non vi sarà bisogno dell' offerta effettiva, mentre è superstite il padre, come era prescritto dalle antiche leggi. Colla sola istituzione d' eredi diverranno curiali ed eredi, essendo ad essi devolute nove oncie, non potendo il padre loro lasciar meno, poichè in caso diverso se ne dovrebbe fare il supplimento, starà poi in arbitrio dei figli d' accettare o no la condizione curiale. Se alcuni accettassero, ed altri non accettassero, le porzioni di quelli che non accettano saranno devolute a quelli che accettano. Se tutti i figli non accettassero la condizione curiale, le nove oncie saranno devolute alla curia come se non esistessero figli. Se il padre non avrà fatta alcuna dichiarazione in proposito e non avesse lasciato figli legittimi, la porzione legittima spetterà ai successori *ab intestato*, ma i figli naturali, se lo volessero, potrebbero offrirsi da sè stessi alla curia tanto tutti quanto alcuno soltanto, ed in tal caso il figlio o i figli curiali percepirebbero le nove oncie della sostanza paterna. Quei figli che fossero nati da una serva e manumessi dal padre vivente od offerti alla curia nel testamento saranno curiali, come pure saranno curiali quelli che nati da una serva si offrissero da sè stessi alla curia, nel quale caso percepirebbero, come si disse, nove oncie della sostanza fraterna; poichè non vogliamo che tanto nel caso in cui il defunto abbia fatto testamento, quanto nel caso in cui non l' abbiano fatto, quelli che entrano nella curia percepiscano nove oncie della sostanza paterna; se poi il padre le avesse soltanto manomessi, ma non offerti, e se tutti i figli naturali od alcuni soltanto volessero entrare nella curia, anche in tal caso dovranno darsi le nove oncie a quelli che entrano nella curia. Che se niuno dei figli naturali voglia essere curiale ossia offerto alla

Digitized by Google

simul sequitur ubique fiscus secundum constitutionem de hoc a nobis positam. De naturalibus itaque qui per transitum ad curiam fiunt legitimi, et de modo secundum quem offeruntur, et successionibus, haec a nobis pure sancita sunt.

Cap. VII.

Tribus autem aliis constitutionibus scriptis Zeno quidem piae memoriae, non de futuris aliquid plene sancivit, sed de iam praeteritis: quam scribi ideo solummodo permisimus, ut eos quibus illa forte constitutio prodest, quod descendit eorum exinde proles, non hac utilitate privaremus: sicut etiam Anastasii piae memoriae, quae naturales adoptare contribuit, non esse importunam de caetero nostris subiectis permittimus, nisi ad hoc positam solummodo sinimus, ut si qua utilitas aliquibus exinde reposita est, hanc non videamur per nostras amputare leges. Oportet enim semper aliquod inchoare bonum, non ea quae a quibusdam praeexistunt, destruere: nostri enim patris approbamus constitutionem, temperate quidem introductam, et ordinate positam: quae adoptiones naturalium prohibuit, multam absurditatem habentes, et indiscrete velut advenas quosdam legitimis naturales superinducentes.

Cap. VIII.

De secundo legitimationis modo per instrumenta dotalia.

§. 1. Sin autem in iisdem commorentur utrique aut omnes locis: sancimus negotii iudicem deducere illos mox, et communiter examinare negotium,communiter autem inferre sententiam. Sic enim et rei omnes obligabuntur: et substantiae eorum qualitas examinabitur: et debitum similiter quidem secundum iustitiae, similiter autem secundum legum ordinem procedet.

§. 2. Si autem non administrator sit causae iudex, sed alter aliquis, damus licentiam aut hic competenti iudici interpellationem suscipienti aut in provinciis, his denunciatis clarissimo praesidi, aut competenti judici cogere per suum officium et illos interesse liti, et partem eius fieri: ut nullum impedimentum huic nostrae legi fiat; his omnibus incipientibus in contractibus sequentis temporis, et ab huius legis dispositione: quod autem ante eam praeteriit, positis pro his relinquimus legibus.

EPILOGUS.

+. Quae igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque celsitudo operi effectuique contradere festinet. Dat. xv. Kal. Ian CP. Dom. Iustin. PP. August. Anno xiii. Arione V. C. Cons.

TIT. I.

De tempore non solutae pecuniae super dote.

NOVELLA CONSTIT. C.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli ordinario, et patricio.

PRAEFATIO.

Omnes pecuniae non numeratae replicationes subiectas in aliquibus casibus non examinatas nostrae reliquerunt leges: sed prolixitatem earum et effusionem abbreviavimus, ne sua negligentia aut calliditate forsan negotiis fruantur homines,et causas praebeant aliis: non enim sub aequalitate semper probationes erunt eas exhibere volentibus: multa quoque

sere egualmente obbligati. Se poi siasi anche fatta qualche aggiunta di tal natura, dovrà essere osservato il patto.Benve'o però, non tutti potranno essere solidariamente escussi, ma soltanto ciascuno per la parte per cui s'obbligò, avendo luogo in tal caso la cessione delle azioni, qualora per altro è solvibile, e presente, di modo che il debito non sarà considerato comune, ma ciascuno dei fideiussori sarà obbligato per la parte che lo risguarda. Se poi tutti non sono solvibili, ovvero per una parte, ovvero per l'intero, ovvero se alcuni sono assenti, i fideiussori saranno tenuti per ciò che il creditore non ha potuto ricavare dagli altri. Perchè in tal modo si osserverà il tenore del patto, e l'attore non soffrirà verun danno, benchè abbiano fatto qualche patto tra di essi senza saputa di chi li tiene obbligati. Ed ognuno sarà tenuto per quello a che si sarà da principio obbligato; non potendosi permettere mediante raggiro, dolo o transazione, di contravvenirvi.

§. 1. Che se poi tutti, o parte di essi dimorino negli stessi luoghi, prescriviamo che il giudice della causa debba tosto invitarli tutti, ed esaminare l'affare in comune e deciderlo con comune sentenza. Perchè in tal modo tutti i debitori saranno obbligati e si discuterà la qualità della loro costanza; ed il loro debito sarà discusso secondo il procedimento di giustizia, e secondo il rito giuridico.

§ 2 Se poi il giudice della causa non è giudice provinciale, ma uno diverso, gli diamo la facoltà, o di comunicare col giudice competente, o di parteciparlo all'illustrissimo preside della provincia, affinchè sia fatta l'intimazione alle parti. In tal modo non vi sarà alcuno impedimento all'osservanza della presente legge,la quale avrà forza pei contratti fatti dopo la sua promulgazione, dovendo aver luogo le disposizioni delle antiche leggi pei casi già avvenuti.

TITOLO I.

Del tempo della somma non pagata per la dote.

NOVELLA COSTITUZIONE C.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Giovanni gloriosissimo prefetto dei pretori per l'Oriente già due volte console ordinario e patricio.

PREFAZIONE

Le nostre leggi non lasciarono senza disposizioni in taluni casi le replicazioni di non numerato danaro, ma noi abbiamo abbreviata la loro diffusione, e prolissità, affinchè gli uomini non se ne prevalgono per commettere frode. E, di vero,non sempre si possono nell'egual modo addurre le prove,perchè spesso il tempo impedisce di ciò fare. Noi nello scopo di un

Digitized by Google

tempus refutat. Quapropter benefacientes abbreviavimus in quibusdam casibus pecuniae non numeratae querelas, quas licet ex iis quae a nobis iam sancita sunt, colligere. Quia enim omne tempus matrimonii, dabatur viris, donec matrimonium constaret, queri de non data dote: interpositio quoque maior facta est etiam post mortem virorum, ut et post repudium intra annum daretur querela: ideo existimavimus brevi et compendiosa lege velocem facere et pecuniae non numeratae super dote querelam, et liberare a probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

CAP. I.

De dote non numerata.

Si ergo annis duobus solummodo habeat aliquis uxorem, aut etiam his temporibus minus, et non accipiat dotem: nihil ex taciturnitate vir laedatur: neque heredes viri, licet tacuerit ille, sed intra annum alium querela moveatur, brevitas enim matrimonii ad hanc nos legislationem vocat.Si vero maius biennio tempus, minus autem decennio matrimonium protendatur: damus marito queri, et dicere non illatam sibi dotem aut in partem aut in solidum: et si hoc fecerit transmittere querelam,semel marito querente, et muliere quia dedit non probante. Si autem neque intra decennium queratur, taciturnitate mariti auferimus querelam; neque ei post decennium hoc agere sinemus, nec annum dantes ulterius heredibus eius,sitque in hoc non nostra adversus aliquos poena,sed libertatis subiectorum diligentia.Ubi enim licet in prolixo sic tempore (decennii dicimus) proponere querelam: si tacere elegerit,palam est voluisse, vel si non accepit dotem, omnino eum, aut suos reddere heredes: his valentibus et si repudio solvi contingat matrimonium: in nullo discernentibus nobis, sive mulier tanquam dotem offerens conscribat, sive pater, sive alter quispiam pro ea: tempore in omni casu tali, sicuti praediximus, extendente suos effectus, et dante vel perimente querelam. Contestationem vero dicimus non in sermonibus solum: (saepe enim indignationis, aut alterius incidens occasio, talia quaedam virum praeparat dicere:aut etiam ille quidem dixit nihil, testes autem redempti hoc mentiuntur, sed oportet contestationem in literis esse. Si autem etiam in iudicio eam aliquis forte facere voluerit,oportet omnino innotescere mulieri,aut ei qui dotem omnino offerre conscripsit,nam nihil est quod prohibeat maritum in semetipsum hoc agere,et queri, et quasi partem quidem mulieris quod agitur, ignorare: providentiam vero sui etiam ponere nullo valere modo: et quia vel ab eo querela facta est, nescire.

CAP. II.

Generaliter igitur dicendum est, intra biennium quidem matrimonio soluto sive morte, sive repudio, et ipsi marito,de non numerata pecunia licere queri et heredi eius intra alium annum.Si vero ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extenda-

bene abbiamo quindi abbreviato in alcuni casi le querele di non numerato danaro come si può raccogliere dalle nostre disposizioni di legge. Ed in vero, i mariti potevano non intendere l'azione della dote non numerata per tutto il tempo che durava il matrimonio, gli eredi potevano promuoverla dopo la morte dei mariti, ed inoltre la si poteva querelarsi un anno dopo il ripudio. Noi abbiamo creduto bene di decidere tutti questi casi con una breve legge e deliberare le donne dal carico della prova dopo scorso un lungo tempo.

CAPO I.

Della dote non numerata.

Se dunque un marito per due anni soltanto restò unito in matrimonio e non ricevette la dote, non potrà essere leso perchè se ne stette silenzioso, ma potrà querelarsi della dote non numerata entro l'anno che segue,determinandoci a tale disposizione la corta durata del matrimonio.Se il matrimonio durò per più di due anni, ma però meno di dieci, il marito potrà querelarsi o per tutta o per parte della dote non numerata, la quale eccezione o querela competerà pure agli eredi. Se poi non si querelerà entro il decennio sarà estinta l'eccezione della dote non numerata in forza del suo silenzio,nè potrà egli querelarsi trascorso che sia questo biennio, nè gli eredi avranno un anno di tempo. Queste prescrizioni non dovranno risguardarsi aver per oggetto una pena, ma piuttosto proteggere la libertà dei nostri soggetti: ed inoltre dovranno aver luogo anche nel caso in cui il matrimonio si disciolga per ripudio e non vi sarà differenza se il padre, la moglie od una persona estranea avesse costituita la dote. La contestazione poi dovrà farsi in iscritto onde evitare le frodi, la querela che dal marito venisse fatta, dovrà essere notificata alla moglie ed a quello che costituì la dote.

CAPO II.

Dunque per punto generale è da tenersi, che se il matrimonio è stato sciolto per morte o per ripudio, dopo il biennio il marito ed i suoi eredi potranno querelarsi della dote non numerata entro l'anno che segue. Se poi il matrimonio durò per più d'un bien-

Digitized by Google

tur, marito damus querelam et heredi eius intra menses tres. Si vero transcurrerit decennium: tunc neque marito, neque heredibus eius querela erit, tempore ad omnia sufficiente mulieri. Et si quidem intra aetatem maritus sit, et non queratur: tantum ad in integrum restitutionem ei damus tempus, ut non transcendat duodecim annos a tempore nuptiarum. Novimus enim eos qui vehementer citius contrahunt nuptias, non minus quindecim annorum ad hoc procedentes, qua de re transit quintum et vicesimum annum: et erit possibile intra vicesimum septimum annum queri de non numerata pecunia dotis: moriente quoque eo intra praedictum tempus, heredes habere annum ad querelam.

§. 1. Si autem minores sint non querentis heredes, sive maioris, sive minoris: quinquennium habeant solummodo ad movendam querelam non numeratae pecuniae, sufficiente tempore, et non expectante exitum omnium minorum temporum: quod nos ad prae-entem legem movit: muliere namque coniuncta quarto et decimo anno post vicesimum annum mortis patris, abutens minori aetate, movebat quidem contra matrem non numeratae pecuniae obiiciens rationem post quartum et vicesimum nuptiarum annum, quod nos iudicantes curavimus: et propter has circumstantias, et aetatem minorum in quinquennium in praesenti decernimus lege, illo videlicet non numeratam pecuniam obiiciente, qui scriptus fuerit dotem suscepisse, et secundum sua tempora, sive perfectae aetatis sit, sive minoris causa iudicanda. Valente hac lege super iis quae postea futurae sunt nuptiis: super iis enim quae constant, siquidem residuum est decennium aut non minus biennio, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod ei etiam post transmissionem dabit. Si vero aut minus ei biennio reliquum est tempus, aut etiam excessit totum decennii tempus: tunc ipsis quidem biennium damus ad querelam non numeratae pecuniae: eorum autem heredibus, et post solutionem matrimonii intra tres menses: ut per omnia eis iustitiam servemus.

EPILOGUS.

+. Quae igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo effectui et fini contradere festinet. Dat. XIII. Kal. Jan. CP. Dom. Justin. PP. Aug. Anno XIII. Arione V. C. Cons.

TIT. VII.

De nauris nauticis.

NOVELLA CONSTIT. CVI.

Imperator Iustinianus Augustus Petro gloriosiss. praefecto sacrorum praetoriorum.

PRAEFATIO.

Nuntium audivimus a tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi praebuimus. Duos enim istos Petrum et Eulogium supplicasse nostrae sacrae potestati, et per se explanasse dicentes quod consueverunt naucleris seu negotiatoribus mutuare, et maxime in mari ne-

nio ma meno di due anni, concediamo al marito ed agli eredi la facoltà di querelarsi entro tre mesi; trascorso poi il decennio, nè il marito nè gli eredi non potranno aver più azione, nè eccezione. Se poi il marito non è ancora maggiore, potrà essere istituito in intiero ma il termine non potrà oltrepassare dodici anni della celebrazione delle nozze. E diffatti si sa che niuno contrae matrimonio prima dei quindici anni a' quali anni aggiungendo il decennio si ha l'età di venticinque anni e quindi in età di ventisette anni si potrebbe querelarsi della dote non numerata. Morto che fosse il marito entro il detto tempo, gli eredi avranno un anno per la querela.

§. 2. Se poi gli eredi di quello che non si querelo sendo maggiore o minore, sono in età minore avranno soltanto cinque anni onde promuovere l' azione della dote non numerata, essendo sufficiente un tal termine, e non dovendosi aspettare la maggiorità di ciascun minore. Ci siamo determinati a questa legge, perchè una donna avendo contratto matrimonio in età di quattordici anni, sendo morto il padre da venti anni, muoveva querela di non numerata dote contro la madre dopo ventiquattro anni di matrimonio, accampando l'età minore. Dietro tali considerazioni colla presente legge determiniamo ad un quinquennio l'età dei minori. Qualora quindi quegli che risulta aver ricevuta la dote apponga l'eccezione del non numerato danaro, si dovrà avere in considerazione la sua età maggiore o minore. Le prescrizioni della presente legge saranno applicabili ai matrimonii che si contrarranno in avvenire; e per quelli che attualmente sussistono, sarà completato il tempo che manca al decennio ed al biennio. Se poi manca del biennio ed è oltrepassato tutto il decennio: saranno concessi due anni per promuovere la querela di non numerato danaro: saranno concessi tre mesi agli eredi e dopo lo scioglimento del matrimonio.

EPILOGO.

Dunque la tua eccellenza si dia fretta di porre in osservanza le prescrizioni contenute in questa nostra legge.

Data ai venti di novembre nell' anno decimoterzo dell' impero di Giustiniano augusto padre della patria, essendo console Arione uomo illustre.

TITOLO VII.

Degl' interessi marittimi.

NOVELLA COSTITUZIONE CVI.

L' imperatore Giustiniano Augusto a Pietro gloriosissimo prefetto degli imperiali pretorii.

PREFAZIONE.

Abbiamo udito l' avviso da parte di tua altezza al quale noi stessi abbiamo data occasione. Poichè ci riferivi che Pietro ed Eulogio supplicarono la nostra imperiale podestà dicendo ch'essi erano soliti di dare a prestito ai naviganti o negozianti sul mare. La no-

Digitized by Google

gotia facientibus, et hanc vitae habere occasionem. Ipsa vero marina credita vocare nostra consuevit lex traiectitia et metuere eos, utpote dubitationibus hinc eis extortis oportere propterea fieri manifestum quae valeat super his consuetudo, ut et sacra nostra in haec procederet iussio, quae consuetudinem adcertissimam duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoscere, et hanc ad nos deducere: quatenus manifesta nobis facta, quod videretur, lege comprehenderetur perpetua, tuamque gloriam hoc a nobis agere iussam, convocasse naucleros quibus haec mutua curae sunt, et interrogasse quae aliquando antiqua consuetudo fuit. Illos autem et iusiurandum adiicientes testimonio, perhibuisse modos esse varios talium mutuorum: et si quidem placuerit creditoribus in singulis solidis pecuniarum quas deterint, unum tritici modium aut hordei imponere, qui mercedem publicis praeberent teloniariis, sed quantum ad ipsos sine telonio navigare naves, et hunc habere fructum et harum quas crediderint pecuniarum, et insuper etiam pro decem aureis unum percipere solidum pro usuris: in ipsos autem creditores respicere ex eventibus periculum. Si vero non erumpant hanc viam creditores: octavam partem percipere pro singulis solidis nomine usurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, sed donec naves revertantur salvae. Secundum hoc autem schema contingit forsan et in annum extendi tempus, si tantum foris moretur navis, ut annum aut terminos suos sumat, aut etiam transcendat: citius autem ea remeante, tempus in unum solum aut duos trahi menses: et ex tribus siliquis utilitatem habere: vel si ita breve sit tempus, vel si apud alterum extra debitorem maneat debitum, hoc idem valere: aliam rursus negotiatoribus profectionem assumentibus, et per unumquodque onus definiri schema, secundum quod competit mutuum aut manere aut permutare secundum pactum quod ob hoc convenerit partibus. Si tamen post reversionem navis salvae nequaquam navigare propter tempus valentes revertantur; triginta solum dierum inducias dari a creditoribus debitoribus, et nihil pro debitis usurarum causa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud alium esse debitum non reddendum, duas partes centesimae dominis pecuniarum dare usuras, et mutuare, et mox mutuum in terrenum transponere modum: nequaquam maritimis periculis creditoribus molestandis: et haec omnes dixisse cum iureiurando perhibentes testimonium quae ad nos nuntiasti, ut nos sanciremus quod nobis videretur, et super his dicebas haec nostrae nuntiare potestati.

CAP. I.

Nos igitur et ipsa legentes gesta, et causam edocti, sancimus, secundum quod testatum est coram tua celsitudine, ita nunc et deinceps in omne tempus tenere, eo quod neque iam positis repugnet legibus, ut oporteat nunc et de cetero secundum quandam propriam legem in naucleris aut negotiatoribus super

stra legge fu solita chiamare tali prestiti traiettizi, e contiene disposizioni relative a tali prestiti. Ed essi domandavano che, potendo insorgere dubbii, venisse dichiarato se la consuetudine avesse alcuna forza in proposito, e che quindi venisse promulgato un nostro imperial ordine, il quale ponesse in forma indubitata la consuetudine stessa. Noi ti abbiamo incaricato di prendere cognizione della natura di tali dubii e di riferire a noi onde dietro tale relazione dichiarassimo con una perpetua legge le nostre disposizioni. Tu ci riferisci, che tua gloria convocò i naviganti e gl'interrogò circa la consuetudine invalsa relativamente ai prestiti marittimi. Essi, prestato giuramento, dichiararono che varii erano gli usi riguardo ai prestiti marittimi, vale a dire si dava un solido per ogni dieci ori ed il rischio stava a carico dei creditori, ovvero si dava l'ottava parte di ciascun solido a titolo d'interessi senza determinare il tempo, ma fino all'arrivo delle navi. In quest'ultimo caso poteva avvenire che il tempo si estendesse fino all'anno, ovvero anche più. Se poi era sollecito l'arrivo, vale a dire, dopo un solo o due mesi, l'utile era di tre silique ciascun solido, vale a dire, l'uno per cento l'interesse. Lo stesso avveniva se vi era un condebitore, ovvero se il tempo era breve. Facendo poi i negozianti altri viaggi, l'interesse veniva determinato dalle parti. Se poi dopo il ritorno della nave salva, non si poteva navigare, i creditori concedevano trenta giorni ai debitori, e non si esigevano gl'interessi fino a che non era venduto il carico, il quale dovea trasportarsi a terra onde i creditori, non corressero il pericolo del mare. Tutte queste deposizioni furono fatte con giuramento, onde noi facessimo quelle prescrizioni che credessimo opportune; ed a tal fine pure tu facesti la tua riferta.

CAPO I.

Noi dunque leggendo ancora gli atti stessi, ed istruiti dell'affare prescriviamo che in avvenire abbia da osservarsi la consuetudine che fu innanzi te dichiarata, non opponendosi essa alle antiche leggi. Gl'interessi del danaro prestato riguardo ai naviganti e negozianti si dovranno quindi regolare giusta il

Digitized by Google

talium causarum haec servari litibus, et secundum dictum modum praedictarum pactionum ita fieri etiam eventus, et alia omnia, quaecunque in prioribus testata sunt apud sedem tuam, unde secundum propriam legem teneant in naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis ita servatum est temporibus et tenuit immutabiliter, sicut testimonia apud tuam gloriam definierunt: quomodo non est iustum et in aliis omnibus valere, quae postea erunt, et esse hanc eis rerum transactionem ex propria lege valentem, et altera quadam dispositione non egentem: sed in naucleriis seu negotiatoriis occasionibus in omne tempus valentem, ut puta generalem existentem legislationem, et naucleris seu negotiatoribus et eorum contractibus expositam. Quae debet etiam pars fieri iam a nobis positarum legum, et iudicantes ad hanc respicientes proferre sententiam.

EPILOGUS.

+. Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo iugiter servare festinet.

TIT. VIII.

De testamentis imperfectis a parentibus in filios factis: et de divisione rerum a filiis coram parente, et de eius facultatibus facta et subscripta.

NOVELLA CONSTIT. CVII.

Imperator Justinianus Augustus Basso magnificentissimo comiti devotiss. domesticorum locum obtinenti Joannis gloriosiss. praetoriorum praefecti, iterum exconsuli et patricio.

PRAEFATIO.

A Constantino divae memoriae lex scripta est per antiquae coniecturae simplicitatem: porro causarum varietas et natura eas frequenter mutans, egere leges illas emendatione nostra praeparavit. Dicit itaque lex, oportere morientium voluntates, quando sunt parentes omnibus modis inter filios tenere, et tamen eos erubescit parentes existentes, quia eis et claram rerum concedit significationem, dicens et si non manifestae sint eorum dispositiones, apparuerint autem ex quibusdam indiciis et coniecturis, et qualibet scriptura: et sic eas valere et hoc in suis et emancipatis filiis. Insuper et Theodosius decrevit non in patribus solum hoc disponens, sed etiam in matribus et ascendentibus utriusque naturae. Hanc apprehendentes licentiam homines in tantam ingressi sunt obscuritatem ut divinantibus magis quam interpretantibus haec egerent. Itaque neque personas scribentes, neque rerum dicentes notitiam, et forte nec quantitatem, tamen dignantur coniecturis et verisimilium ratione talia permittere.

CAP. I.

De voluntatibus parentum in distributione patrimonii facienda.

Nos igitur omnia clara et aperta consistere volentes, (quid enim sic proprium est legum, sicut claritas maxime super defunctorum dispositionibus) volumus siquis literas sciens, inter suos filios voluerit

modo sopra esposto ed attestato innanzi la tua sede, e tale consuetudine terrà luogo di quella legge che dovevasi in proposito promulgare. E, diffatti, ciò che immutabilmente si osservo per tanti anni, come mai non si dovrà risguardare giusto ed atto a regolare i casi che in avvenire succedessero senza bisogno d'introdurre altre disposizioni? Esso forma la generale legislazione dei naviganti e negozianti e dovrà far parte delle leggi da noi promulgate ed al medesimo i giudici dovranno conformare i loro giudicati.

EPILOGO

Dunque la tua eccellenza si dia fretta di sempre porre in osservanza queste nostre disposizioni.

TITOLO VIII.

Dei testamenti imperfetti fatti dai genitori a favore de' figli. E della divisione della cosa fatta e sottoscritta dai figli in presenza del padre e delle di lui sostanze.

NOVELLA COSTITUZIONE CVII.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Basso magnificentissimo comite dei devotissimi domestici sostituto a Giovanni gloriosissimo prefetto dei pretorii, già due volte console e patrizio.

PREFAZIONE.

Dall' Imperatore Costantino di felice memoria fu promulgata una legge piena di antica semplicità; ma la varietà degli affari, e della natura introdusse il bisogno presso noi di riformarla. Sicchè quella legge dice che le volontà dei defunti, quando siano questi genitori debba essere assolutamente osservata dai figli in qualunque modo essa apparisca, o da indizii, o da congetture o da scritture; e che tale volontà debba essere osservata tanto dai figli suoi ed emancipati. Inoltre Teodosio decretò che queste disposizioni debbano aver vigore non solamente riguardo ai padri, ma eziandio riguardo alle madri ed agli ascendenti sì maschi che femmine. Da tale legge avvenne che gli uomini cadessero in una profonda oscurità, di maniera che non interpretarono più la volontà dei defunti, ma piuttosto s' impresero ad indovinarla; dovendosi desumerla da congetture e verosimiglianze senza scritture, e senza testimonianze.

CAPO I.

Della volontà dei genitori nel farsi la distribuzione del patrimonio.

Dunque volendo noi che tutto sia chiaro ed aperto (poichè qual è la maggiore proprietà delle leggi che di essere chiare, come pure chiare debbono essere le disposizioni dei defunti) che quegli il quale cono-

Digitized by Google

facere dispositionem, primum quidem eius subscriptione tempus declaret: deinde quoque filiorum nomina propria manu: ad hoc uncias in quibus scripsit eos heredes, non signis numerorum significandas, sed per totas literas declarandas: ut undique clarae et indubitatae consistant. Si vero etiam rerum voluerit facere divisionem, aut in quibusdam rebus certis aut omnes aut quasdam institutiones statuere, et harum inscribat significationes: ut eius literis omnia declarata, nullam ulterius contentionem filiis derelinquant. Si tamen aut uxori aut extraneis personis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommissa, aut libertates, et haec propria scripta manu, dictaque a testatoribus coram testibus, quoniam omnia consequenter in dispositione posita ipsi et scripserunt, et volunt valere, sint firma: nihilo minuenda eo quod videantur in carta scripta, reliquam observationem testamentorum non suscipientia: sed hoc solum immutetur, quod eius manus et lingua habet omnem virtutem chartae praebitam.

CAP. II.

Et si quidem usque ad mortem maneat hoc schema, nullus postea deducit testes, quia voluit forte talem voluntatem commutare, aut convertere, aut aliquid tale facere, cui licuit rumpere quod factum est, et aliam facere voluntatem, declarantem perfectam eius sententiam quam competit valere, hoc enim concedimus ei agere, hoc ipsum expressim significantem sub praesentia testium septem, quia et si fecerit quandam talem voluntatem, non tamen eam valere ulterius vult, sed rursus vult aliam facere: et hanc aut in testamento perfecto faciat, omnia testamentorum habente signa, aut in non scripta perfecta voluntate: videri eum defunctum esse prioribus infirmis factis ex secunda eius secundum perfectum testamentum aut voluntatem dispositione.

CAP. III.

Quia vero novimus aliquos divisiones facientes inter proprios filios, et praeparantes eos his subscribere: et hoc schema suscepimus. Si quis enim dividat proprias res, et ipsos filios evocans faciat subscribere divisionibus ipsis, et ratas eas iudicare, et profiteri filios hoc secundum hunc habere modum: sit et hoc firmum in huiusmodi rerum divisione secundum nostram constitutionem quam ob hoc posuimus: quam in omnibus, quae in ea continentur, firmam esse per hanc legem sancimus. Si autem et in divisione ipse subscripserit, et clara omnia per subscriptionem suam fecerit, sit et hoc ratum: quoniam et hoc iam nostra legislatione continetur. Palam vero est, quia in talibus casibus valebit haec lex, quoscunque postea moveri contigerit,

EPILOGUS.

+. Quae igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, tua gloria cognoscens, omnibus faciat manifesta: ut nullum lateant quae recte et providenter pro nostris subiectis sancita

sce le lettere, indichi nelle sottoscrizioni il tempo in cui fu fatto il testamento; poscia scriva di propria mano i nomi dei figli, indicando non già in cifre, ma in lettere, le oncie, nelle quali egli l'istituisce eredi; e ciò affinchè sia tutto chiaro ed indubitato. Se poi volesse fare la divisione anche delle cose instituendo alcuni o tutti in certe determinate cose, dovrà fare anche questa dichiarazione senza che possa insorgere alcun dubbio nei figli. Se però volesse lasciare alla moglie od ad estranei legati, fedecommessi od altre liberalità, saranno validi se scritti di propria mano o dichiarati alla presenza dei testimonii; non potendo essere soggetti ad alcuna diminuzione perchè nella scrittura sono omesse le altre formalità tranne quelle mutazioni che derivassero dalla propria natura o dalle proprie parole.

CAPO II.

E se mai fino alla morte durerà questa disposizione, nessuno dopo ciò può produrre testimonii, onde provare ch' egli ha voluto cangiare la sua volontà, ovvero che ha fatto qualche cosa, la quale annulli la fatta disposizione, ovvero che ne abbia fatta un'altra; tranne il caso in cui avesse dichiarato ciò espressamente alla presenza di sette testimonii: poichè s'egli fece un' alra disposizione di ultima volontà la quale annulli la precedente, che sia rivestita di tutte le formalità dei testimonii sì scritti che non iscritti, quest' ultimo testamento perfetto dovrà annullare l' anteriore testamento imperfetto.

CAPO III.

Perchè poi abbiamo saputo che alcuni facciano le divisioni trai propri figli preparandole onde questi ultimi le sottoscrivano: abbiamo ammesso anche questo modo di disporre. Poichè se taluno divida le sue cose, chiami i figli onde sottoscrivino le fatte divisioni e le approvino, tale divisione dovrà essere osservata in forza delle disposizioni della nostra costituzione. Se poi egli si sottoscrisse nella divisione, allontanando ogni dubbio mediante questa sottoscrizione, anche questa divisione dovrà essere osservata; poichè anche tal caso è compreso nelle disposizioni della nostra legge. È poi manifesto che questa legge avrà forza pei casi che in avvenire succedessero.

EPILOGO.

Dunque la tua gloria ben informata delle nostre disposizioni contenute nella presente legge, le renderà a tutti manifeste affinchè niuno ignori le nostre disposizioni tendenti alla comune utilità dei nostri

Digitized by Google

sunt. Dat. Kal. Januar. Constantinop. Dom. Justin. PP. Aug. Imperii Anno XIII. Basilio, V. C. Cons.

TIT. IX.

De restitutionibus.

Novella Constit. CVIII.

Imp. Iustin Aug. Basso magnificentiss. comiti devotiss. domesticorum, locum tenenti Ioannis gloriosiss. sacrorum praetoriorum praefecti.

PRAEFATIO.

Negotium audivimus pro testamento dubitato, quod etiam interpretari iustum existimavimus, et lege comprehendere certissima: hoc quod nostrae consuetudinis est, in negotiis motis ex legibus optimis accipere occasiones.

§. 1. Filios enim quidam suos instituens heredes, deinde alterutris eos, filiis non existentibus, substituere volens, iussit, si contigerit aliquem eius filiorum, et heredem futurum, sive filiis humanam solvere vitam post exceptionem horum quae ex lege debentur ei, ex eis, quae ab eo relinquebantur ei rebus, reliquas omnes res, et iura quaecumque apud eum in tempore mortis invenirentur, venire et restitui ex is superstiti, aut eius filiis, si etiam ipse moreretur: omni cessante inter eos propter memoratam substitutionem cautione et fideiussione in his. Eo moriente, et uno quidem eius filiorum et heredum filios habente, alio vero manente sine filiis, prohibet eum qui sine filiis est, is qui filios habet, uti rebus, utpote eas deterentem at ille utens verbis testamenti, quia quidquid inveniretur in tempore mortis apud eum, hoc eum restituere iussit: secundum hoc vult schema licentiam habere uti rebus sicut voluerit, nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei.

§. 2. Nos igitur sumentes ex hoc occasionem, existimavimus oportere et antiquam definitionem, et deinceps discretionem hanc quidem definire, hanc autem puram hominibus reponere, et propterea lege causam comprehendere, ut discant homines omnem legis ordinem, cum quo competit talia et discere, et iudicare. Novimus igitur apud Papinianum sapientissimum, dictum in decimo nono libro eius quaestionum, ubi permittit alienationes in tali casu: illud solum velut ex studio in aenigmate proponens, ut tunc oporteret prohiberi alienationes, cum ad solvendum fideicommissum, ex studio qui hoc oneratus est, ad alienationem venit. Et tanquam philosophatus inter Imperatores Marcus, tali quodam proposito casu, viri boni arbitratum videri in esse talibus verbis disposuit.

Capo I.

Nobis ergo recte visum est, hanc ita disponere legislationem, ut si quidem universaliter aliquis dicat restitutionem fideicommissi: haec tenere quae in talibus decreta sunt et a nobis iam sancita. Sin vero

sudditi. Data al primo di Gennaio in Costantinopoli, nell' anno decimoterzo dell' impero del padre della patria Giustiniano, augusto essendo console Basilio uomo illustre.

TITOLO IX.

Delle restituzioni.

Novella Costituzione CVIII.

L' imperatore Giustiniano Augusto a Basso magnificentissimo comite dei devotissimi domestici Luogotenente di Giovanni gloriosissimo prefetto degl' imperiali pretorii.

PREFAZIONE.

Abbiamo ascoltato una controversia insorta circa un contrastato testamento, e quindi abbiamo creduto bene di decidere il caso con una fissa legge come è nostro costume di promulgare ottime leggi prendendone occasione dai casi avvenuti.

§.1. Un tale istituendo eredi i suoi figli e sostituendoli reciprocamente qualora non avessero figli ordinò che nel caso in cui uno dei suoi figli eredi morisse senza figli, prelevato ciò che gli era dovuto per legge, le residue cose ed i dritti che si trovassero presso di lui al tempo di sua morte dovessero devolversi e restituirsi al superstite od ai figli in caso di morte, cessando ogni cauzione e fideiussione tra essi in forza della detta sostituzione. Morto questo e restando uno con figli ed eredi ed un altro senza figli, quegli che avea figli impediva a quello che non aveva figli l' uso delle cose, ma questi si prevaleva delle parole del testamento, il quale ordinava la restituzione di ciò che si trovasse al tempo della morte, e quindi sosteneva che egli poteva servirsi delle cose a suo piacere senza poter essere impedito circa la loro amministrazione.

§.2. Traendo occasione da questo caso abbiamo stimato doversi dare una legge chiara in proposito dietro le antiche disposizioni, la quale risolva indubbiamente i casi. Si sa che il sapientissimo Papiniano nel decimonono libro delle quistioni permette le alienazioni in tali casi; ma si tratta di sapere soltanto se le alienazioni siano proibite allorquando per l'esecuzione del fedecommesso quegli che ne è gravato sia a bello studio devenuto all' alienazione. E l' imperator Marco dispose che un tal caso ha luogo l'arbitrio di uomo dabbene.

Capo I.

A noi dunque parve ben fatto disporre la legislazione, in modo che nel caso in cui alcuno abbia imposto universalmente la restituzione del fedecommesso, debbano aver luogo le prescrizioni delle leggi in pro-

Digitized by Google

tale sit, fideicommissum, quale subiacet : et ea quae inveniuntur seu remanent in tempore mortis, testator submittat sola in fideicommissum: tunc indefinite dictum prioribus, sub quadam legitima deducere divisione et ordine. Si quis enim haec, aut etiam aliquid aliud tale dixerit: sancimus usque ad Falcidiam solum suae institutionis necessitatem habere servare eum qui oneratus est fideicommissi restitutione, et non posse aliquid penitus ex illa minuere sufficiens existens: sed heredi quidem supersint tres partes, illi autem quartae solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei qui gravatus est, etiam donationibus uti aliquibus, et forsan ex studio (quod Papinianus dicebat) intervertendi fideicommissi causa, ut etiam quarta minuatur institutionis eius : sed hoc omnino relinquere fideicommissum: aliis omnibus in eis positis potestate: et licentiam habere eum his sicut voluerit uti, quemadmodum perfectis dominis competit Si vero et ipsam quartam is qui gravatus est, contingat : necessarium est perscrutari causam secundum quam hoc egit : et si quidem aut dotem voluerit dare, aut sponsalitiam largitatem, aliam non habens substantiam: oportet ei hoc permitti agere, hoc videlicet quod nostra continetur iam lege, in qua ei omnino non negavimus talem deminutionem. Si vero et in captivorum redemptionem (hanc enim excipimus, et dicamus Deo causam) et hoc licentiam eum habere facere, et minuere etiam quartam pietatis ratione: quod omnium nobis praetiosius videtur.

CAP. II.

Si vero contigerit nequo ipsum habere ex aliquibus causis unde faciat expensas, ex tali restitutione, etiam has facere : damus ei licentiam (hoc quod et testator permisit) quod relinquetur, omnino hoc volens ad restitutionem trahi, et quasi aliquis dicat, ex hoc quod remaneret, ei restitutionem fieri. Si autem nulla talis subiacet occasio, necessitatem habere omnino quartam partem propriae institutionis servare, et tali et aliis restitutionem donare. Si tamen aliquid expenderit, habens unde supplementum faciat: ex illo suppleri quartam, et per nullam causam hanc minui. Si vero contigerit quartam, et non habeat ad supplementum aliam substantiam : tunc damus ei et contra emptores, aut aliter accipientes res in rem et hypothecasex authoritate huius legis ut liceat complere sibi fideicommissum ex rerum vindicatione, hoc quod in legatis iam dedimus, et ex constitutione in rem ei donantes,et fideicommissi persecutionem onde et cautionem fideicommissarius dabit non minus quartam servare : nisi et ipsam testator, sicut in pronunciato nobis facto, prohibuit, cum enim ipse testator omnem non fideiussionem solum, sed etiam cautionem relaxaverit, nos aliter disponere, non est morientis coniicere voluntatem.

EPILOGUS.

†. Haec igitur, sit causis decisio, ipsi qui praebuit quaestionem, et aliis omnibus, in quibus pendere contigerit casus testamentorum quidem factorum,

posito e già da noi promulgato. Se poi il fedecommesso è tale come, nel caso proposto, ed il testatore assoggetti alla restituzione soltanto quelle cose che si trovassero al tempo della morte, ovvero si trattasse d'un fedecommesso simile a questo, si dovrà restituire la sola quarta, non potendosi questa in alcun modo diminuire. Non permettiamo quindi a quello ch'è gravato della restituzione di fare donazioni che vadano a ledere questa quarta, locchè, come diceva Papiniano, potrebbero farsi a bello studio onde deludere il fedecommesso. Ad eccezione di questo le cose saranno a disposizione dell'erede, potendo egli disporne come avente il pieno dominio. Se poi quegli ch'è gravato della restituzione intaccò anche la quarta, si dovrà esaminare la causa per cui fece ciò ; quindi se non avendo altra sostanza, fece ciò per dar la dote o la donazione antenuziale, tal fatto gli sarà permesso e non si risguarderà aver egli contravvenuto a questa nostra, la quale non porta un' assoluta proibizione di dim nuire. Gli sarà pure permesso di diminuire la quarta pel riscatto degli schiavi (disponendo noi così perchè ciò piace a Dio), considerando noi la redenzione dalla schiavitù come una causa prevalente a qualunque altra.

CAPO II.

Se poi avverrà, che nemmeno egli abbia altri mezzi onde fare le spese, potrà farle in pregiudizio della restituzione poichè il testamento permise ciò volendo che fosse restituito ciò che rimanesse; ma in caso diverso egli dovrà conservare la quarta. Che se avesse i mezzi di supplire alla quarta diminuita colle spese, dovrà assolutamente supplirla, non permettendo noi che in tal caso venga diminuita; e se non avesse alcuna sostanza onde supplire alla quarta, concediamo in forza di questa legge l'azione ipotecaria contro i compratori o quelli che ricevono le cose onde poter compiere la quarta colla revindicazione della cosa, ipoteca pure da noi permessa riguardo ai legati; per cui l' erede fedecommessario dovrà dar cauzione di conservare una quantità non minore della quarta, qualora per altro il testatore non avesse proibito di ciò fare, come nel caso sopra; mentre disponendo noi in altro modo, ci opporremmo direttamente alla di lui volontà.

EPILOGO.

Laonde questa sia la decisione della causa stessa che diede occasione a questa legge ed a quelle che insorgessero riguardo ai testamenti, qualora per altre

Digitized by Google

et testatorum quippe defunctorum: nondum autem tali locum accipiente fideicommisso, sed adhuc eo qui gravatus est, superstite. Et haec dicimus non in filiis solum, sed etiam in aliis cognatis et extraneis agere, in quibus omnino tale fideicommissum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus haec manifesta faciat nostris subiectis, ut sciant quemadmodum competat et vivere eos, et mori, et testari, et fideicommissa relinquere, et alia agere quae in talibus sunt sancita. Dat. Kalend. Feb. CP. Dom. Iustin.PP. Aug. Anno XIV. Basil. V. C. Consule.

TIT. XIII.

De litigiosis et de decima parte litis abactore cautela praestanda.

NOVELLA CONSTIT. CXII.

Imp. Iust. Aug. Theodoto Orientalium praetoriorum praefecto.

PRAEFATIO.

Multa quidem de litigiosis tam antiqua legislatorum prudentia quam imperialis depositio promulgavit, sed in praesenti quidem iudices a nostra clementia petierunt, ut dubietatem discernamus, quae adhuc pro huiusmodi causis in iudiciis commovetur, et leges nec non constitutiones super his positas apertius explanemus: ut iam manifestissimum sit quas res vocari litigiosas oporteat.

CAP. I.

Quae res litigiosa sit.

Ideoque sancimus litigiosam dici et intelligi rem mobilem, et immobilem, seseque moventem, de cuius dominio causa inter petitorem et possidentem movetur, aut per iudiciariam conventionem, aut per preces principi oblatas, et insinuatas iudici, ac per eum adversario interpellatoris cognitas: in his enim casibus etiam praeteritam constitutionem mansuetudinis nostrae posthac volumus obtinere: in qua scientes et ignorantes emptores discrevimus. Et hoc adiiciendum esse perspeximus, ut si lite de re litigiosa pendente, pulsatum contigerit ab hac luce recedere, heredes autem eius velle divisionem rerum facere, sine aliquo obstaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res letigiosae per suecessionem ad heredes perveniunt, non debet alienatio intelligi earum inter coheredes divisio. Et hoc autem praesenti nostra loge decernimus, ut si contigerit unum pro tali causa litigantem, ab humano consortio recedentem per ultimam voluntatem res aliquas de quibus dominii dubitatio vertitur, legati nomine cuicunque relinquere: si quidem heres iudiciali sententia dominus earum fuerit demonstratus, tunc legatarius quod ei relictum est, modis omnibus consequatur. Si vero heres in iudicio victus extiterit, non abeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato heredem exigere: quoniam sciens testator rem litigiosam esse, litis eventum legatario dereliquit. Unde damus licentiam legatario (si hoc prodesse sibi putaverit) litis particinon avesse avuto luogo il ricevimento del fedecommesso, ma fosse ancora superstite quello che n'è gravato. Queste prescrizioni varranno non solamente per i figli, ma eziandio per gli altri cognati ed estranei tra'quali avesse luogo un fedecommesso. Quindi tua gloria dovrà pubblicare ai nostri sudditi le presenti nostre deliberazioni, affinchè sappiano in qual modo debbano diportarsi in vita, in morte, nel fare testamento, nel lasciare fedecommessi, e negli altri casi contemplati da questa legge. Data al primo di febbraio in Costantinopoli, anno decimoquarto dell'impero di Giustiniano, sotto il consolato di Basilio.

TITOLO XIII.

Delle cose litigiose e della cauzione da prestarsi dall'attore della decima parte del valore della lite.

NOVELLA COSTITUZIONE CXII.

L'imperatore Giustiniano Augusto a Teodoto prefetto dei pretori d'Oriente.

PREFAZIONE.

Molte furono le disposizioni promulgate si dagli antichi legislatori che da noi circa le cose litigiose; ma presentemente i giudici supplicarono nostra clemenza a sciogliere dei dubii insorti nei giudizii sopra tale argomento e ad ispiegare più chiaramente le leggi e le costituzioni in proposito, affinchè si renda manifesto quali cose si debbano chiamare litigiose.

CAPO I.

Che sia cosa litigiosa.

Per ciò fermiamo che si debba ritenere cosa litigiosa il mobile, l'immobile ed il semovente del cui dominio è mossa lite tra il petitore ed il possessore con convenzione giudiziale, o suppliche dirette al principe ed intimate al giudice e cognite al futuro reo col di lui mezzo: nei quali casi vogliamo che abbia forza la già promulgata costituzione di nostra mansuetudine, nella quale abbiamo distinti i compratori scienti ed ignoranti. A questa però noi aggiungiamo che se in pendenza della lite circa la cosa litigiosa venisse a morte il reo convenuto, i suoi eredi possono farne la divisione senza ostacolo alcuno se la vogliono fare; poichè allorquando le cose litigiose pervengano agli eredi in forza di successione la divisione che delle medesime si facesse tra gli eredi non dev' essere risguardata come un' alienazione. Quindi colla presente legge prescriviamo che se accadesse che un litigante circa tali cose venisse a morte, possa egli nella disposizione di ultima volontà lasciare a chiunque a titolo di legato la cosa circa il cui dominio e mossa lite onde nel caso in cui l'erede ne fosse dichiarato il padrone per sentenza giudiziale, il legatario conseguisce quello che gli è stato lasciato. Se poi l'erede restasse soccombente in causa, il legatario non potrà esigere dall'erede un'altra cosa per quel legato: poichè il testatore, sapendo che la cosa era litigiosa, lasciò l'evento della causa a pericolo del legatario. Per lo che, permettiamo al legatario (qua-

Digitized by Google

pem fieri: ut ne aliquam forte negligentiam seu proditionem heredi possit obiicere. Ab hoc autem litigiosi vocabulo hypothecas separari decernimus, et in his hanc distinctionem tenere: ut siquidem speciales res mobiles, vel immobiles, aut se moventes nominatim fuerint hypothecae supposita, liceat quidem debitori eas, cui et quando voluerit vendere: sic tamen ut ex pretio earum usque ad debiti quantitatem satisfaciat creditori. Si autem hoc debitor non fecerit: damus licentiam creditori, qui rem venditam suppositam habet, eandem rem vindicare, donec ei satis pro debito fiat. Hoc autem praecipimus observari, si non forte ante, aut per generalem aut per specialem nominatim hypothecam eadem res aliis fuerit creditoribus obligata: tunc enim secundum sacrarum nostrarum legum tenorem temporum privilegia unicuique creditorum servari decernimus. Ex quo iam claret quod generales hypothecas multo magis litigiosi vocabulo nolumus contineri: sed earum actiones secundum veterum legum constituta examinari, et inde vim praecipimus obtinere. Et haec quidem de litigiosis, et speciali nec non generali hypotheca disposuimus, ut iam nulla de his in iudiciis dubitatio generetur, sed secundum distinctionem huiusmodi certamina terminentur.

CAP. II.

De cautione quae ante reorum citationem praestari debet ab actore.

Ad excludendas autem calumniose moventium intentiones, et executorum fraudes, aliud invenit providentia nostra remedium. Sancimus enim omnes iudices, si quando aliquos teneri vel amoveri voluerint, hanc conditionem in suis interlocutionibus adiicere, ut non aliter conventionales libelli pulsatis porrigantur, aut sportulae executoribus dentur, nisi prius et in libello actor per se, aut per tabularias subscripserit: et actis intervenientibus fideiussorem idoneum periculo competentis officii praestiterit, confitentem quod usque ad finem litis permaneat, et suas intentiones aut per se aut per legitimum procuratorem exerceat: et si postea fuerit approbatus iniuste litem movisse sumptuum, et expensarum nomine decimam partem eius quantitatis, quae in libello continetur, pulsato restituat. Si autem dixerit non valere fideiussorem dare: tunc apud iudicem a quo causa examinanda est sanctis propositis Evangeliis per sacramentum hoc ipsum affirmet, et sic iuratoriam cautionem exponat, et per eam haec quae superius dicta sunt, profiteatur.

§. 1. Si vero non haec omnia quae praediximus, secundum ante latum modum processerint nullatenus pulsatum responsum facere executori concedimus; nam si citra memoratam dispositionem, aut aliquis iudicum, aut officium eius, vel quilibet executor negotii aliquem convenire praesumpserit: iudex quidem et officium eius denarum librarum auri poenam sustinebit: ipse autem executor negotii et confiscationem suae substantiae patietur, et exilio quinquen-

lora credesse ciò essergli utile) di farsi consorte in lite, affinchè non si possa opporre all'erede alcuna negligenza o dolo. Però si dovrà fare distinzione tra cose litigiose e cose assoggettate ad ipoteca e riguardo a queste dovrà aver luogo la seguente norma. Le cose mobili speciali od immobili, o semoventi saranno assoggettate ad ipoteca, il debitore potrà venderle a chi e quanto vuole, in modo però che il prezzo delle medesime sia impiegato soltanto a soddisfare il creditore. Se il debitore non farà ciò, il creditore che avesse la cosa obbligata a pegno, potrà vindicarla onde soddisfare il suo credito. Ciò per altro avrà luogo qualora in antecedenza la stessa cosa non sia stata obbligata ad altri creditori ad ipoteca generale o speciale: poichè in tal caso dovranno osservarsi le prescrizioni delle nostre leggi risguardante i privilegii dei creditori derivanti dal tempo. Da ciò che abbiam detto più chiaro apparisce che non si dee confondere cosa litigiosa con ipoteche generali, riguardo alle quali dovranno osservarsi le disposizioni delle antiche leggi. Abbiamo fatte queste prescrizioni circa le cose litigiose e l'ipoteca generale e speciale, perchè insorsero varii dubbii in proposito nei giudizii, che in forza di queste stesse nostre prescrizioni saranno tolte.

CAPO II.

Cauzione che dee prestarsi dall'attore prima della citazione dei rei.

La nostra provvidenza pose in opera un altro rimedio onde ovviare le calunnie dei litiganti e le frodi degli agenti. Prescriviamo infatti che tutti i giudici aggiungano la seguente condizione nelle loro interlocuzioni allorquando si tratterà di citazione: che non si possano dare i libelli di convenzione giudiziale, nè le sportule agli esecutori, qualora prima l'attore di mano propria ò mediante notaio non gli abbia sottoscritti, ed abbia prestata idonea fideiussione coll'intervento degli atti sotto responsabilità del competente ufficio, ch'egli proseguirà la lite sino al suo termine e che eserciterà le sue azioni od in persone o mediante legittimo procuratore e non abbia dato in cauzione a titolo di spese la decima parte del valore della lite contenuto pel caso che poscia risultasse aver egli mossa una lite ingiusta nella petizione. Se poi dirà che egli non può dare fideiussore, dovrà prestare giuramento sopra i santi evangelii, dando così una cauzione giuratoria.

§. 1. Che se non si adempiranno le dette prescrizioni il reo convenuto potrà nullaostante rispondere all'esecutore, polchè se in onta all'esposte disposizioni qualche giudice, il suo officio, ed un agente cenverranno in giudizio una persona, il giudice ed il suo officio saranno soggetti all'ammenda di dieci libbre d'oro: lo stesso agente dovrà sottostare alla confisca dei suoi beni ed all'esilio di 5 anni: le quali ammende dovranno esigersi sotto responsabilità del magnifico comite del nostro patrimonio privato e devolversi al nostro fisco. Ogni spesa sostenuta dal reo a cau-

Digitized by Google

nali damnabitur: poena videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis rerum privatarum exigenda, et nostri fisci iuribus inferenda. Omne autem dispendium quod pulsatus ex hac conventione praeter tenorem nostrae legis factum perpessus fuerit, ex petitoris substantia pulsato resarciatur periculo iudicis, cuius ab executore detentus est, necnon et officii, quod eius iussionibus obsecundat, ut undique nostro imperio superna maiestate ac divinitate crediti, pro sua indemnitate laetentur. Causas vero quae ex consensu utriusque partis in iudicio moventur, a poena huius constitutionis liberas esse decernimus: et sicut aliis nostris continetur constitutionibus terminari.

CAP. III.

Ut post annum et tria edicta in actorem contumacem sententia feratur.

Omnem vero causarum finem volentes celeriter pervenire, illorum malignitatibus obviamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem usque ad finem exercere iudicium, dicentes legem esse, quae decernit *neminem actiones suas exercere nolentem compelli*. Et hanc igitur pravitatem extinguere festinantes, iubemus memoratae legis auxilio non eos uti, qui contra aliquem suas proposuerint actiones: sive per iudiciariam conventionem, sive per preces principi oblatas, et iudici insinuatas, et per eum ad scientiam adversarii deductas, vel sub legitimi iudices coeptas examine. Iniuste enim agere recusat, qui paratus adversarium suum ad iudicium vocavit: cum excusatio haec pulsato magis quam actori conveniat. Quamobrem sancimus *actorem coeptum negotium usque ad finem litis exercere*. Si vero causam prosequi distulerit: damus pulsato licentiam, iudicem apud quem lis coepta est postulandi: ut ab eodem iudice actor ad iudicium aut per se aut per legitimum procuratorem venire moneatur: et si hoc minime fecerit propositis tribus vocetur edictis: unaquaque cautione non minus quam triginta dierum spatio concludenda. Iubemus enim ordinarios iudices non solum praeconum vocibus, sed etiam edictis propositis quamcunque litigatorum partem absentem in iudicium vocare. Vocem enim praeconum pauci possunt qui praesentes inveniuntur, audire: edicta vero per multos dies sic posita possunt pene omnes agnoscere. Aliis autem omnibus iudicibus qui per imperialem iussionem causas examinant, ex praesenti lege permittimus partes quae in iudicio non permanent, propositis edictis vocare, ne causae infinitae permaneant.

§. 1. Si vero apud iudicem initium lis non acceperit, sed tantum conventionali libello cuicunque pulsatus est, aut precibus nostrae oblatis clementiae: iussio nostra super hoc prolata, sive scriptis, sive per mandata iudici fuerit intimata, et ea adversario per eum cognita: etiam sic licebit pulsato ire ad competentem iudicem et per eum suum adversarium simili modo vocare: ut siquidem sui praesentiam actor fe-

sa di questa convenzione fatta senza osservare le prescrizioni della nostra legge, dovranno essere risarcite al medesimo sotto responsabilità del giudice l'esecutore del quale lo convenne, nonchè del suo officio che secondò i suoi ordini, e ciò affinchè sia allontanato ogni danno. Non saranno soggetti alle prescrizioni portate dalla presente legge le cause che vengono promosse in giudizio per comune consenso delle parti, dovendosi esse spedire nel modo stabilito dalle altre nostre costituzioni.

CAPO III.

Dev'essere pronunciata sentenza contro l'attore contumace dopo un anno e tre editti.

Volendo noi che le liti sieno terminate colla possibile celerità, vogliamo ovviare la malizia di quelli che promuovano soltanto le azioni e che non sostengono la lite fino al suo termine dicendo: *che niuno può essere costretto ad esercitare le sue azioni*. Onde impedire tale improbità prescriviamo che non possano prevalersi del soccorso della menzionata legge quelli che hanno intentate le loro azioni contro di alcuno, sia mediante convenzione giudiziale, sia mediante istanza fatta al principe comunicata al legittimo giudice e per esso poste a cognizione del reo, ovvero assoggettato all'esame del legittimo giudice. E, diffatti, ingiustamente ricusa d'agire quegli che disposto a litigare convenne in giudizio l'avversario, mentre tale ricusa converrebbe più al reo di quelli che all'attore. Per la qual cosa prescriviamo, *che l'attore debba esercitare la sua azione promossa fino al termine della lite*. Se poi abbandonasse la causa, il convenuto potrà adire il giudice presso il quale fu promossa la lite onde lo stesso giudice citi a comparire in giudizio l'attore od il suo procuratore: se poi l'attore non si presentasse, il giudice lo chiamerà con editti per 3 volte, coll' intervallo di 30 giorni Prescriviamo poi che i giudici ordinarii chiamino in giudizio le parti litiganti non solamente col mezzo dei banditori, ma eziandio mediante editti. E, di vero, pochi soltanto di quelli che sono presenti possono sentire la voce del banditore e gli editti pubblicati per molti giorni possono venire in cognizione quasi di tutti. Gli altri giudici poi che esaminano le cause per ordine imperiale, potranno citare in giudizio le parti non comparenti mediante editti, e ciò affinchè non si perpetuino le liti.

§. 1. Se poi la lite non fu contestata, ma soltanto taluno fu convenuto mediante libello od, essendo fatta istanza a nostra clemenza, fu emanato in proposito un nostro ordine comunicato al giudice od in iscritto o mediante mandato, e reso manifesto all'avversario dello stesso giudice: il convenuto potrà presentarsi al giudice competente o col di lui mezzo chiamare in giudizio il suo avversario: onde, se l'at-

Digitized by Google

cerit, causa secundum legum ordinem examinata finem legitimum sortiatur.

§. 2. Si vero propositis edictis vocatus ad iudicium venire, et suas intentiones aut per se aut per legitimum (sicut dictum est) procuratorem proponere noluerit: tunc et aliud unius anni spatium ei concedimus: intra quod, nisi suam intentionem fuerit prosecutus, damus licentiam iudici, et absente adversario, partis permanentis allegationes secundum nostras leges examinare: et veritate subtilius requisita, legitimam proferre sententiam. Si vero intra praedictum anni spatium venerit: et suas intentiones exercere voluerit: iubemus iudicem modis omnibus expensas vel sumptus quas propter litem pulsatus permanens in iudicio sustinuerit, ante omnia exigere actorem, et pulsato dare: et sic actorem permanere: donec causa finem secundum leges accipiat. Nam si tantummodo venerit, et expensis sive sumptibus datis solum annale tempus interrumpere voluerit, et iterum a iudicio recedens, usque ad exitum causae, non permanserit: iubemus eum post praedictas edictorum et annalis spatii observationes ab omni cadere actione, quam sibi competere contra pulsatum existimabat. *Deterior namque dolus eius agnoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quam qui semel acceptam dereliquit.* Legis autem privilegio, quae nolentibus non imponit necessitatem proprias actiones movere: illis tantummodo uti concedimus, qui nullam secundum praedictos modos adversario moverint quaestionem.

EPILOGUS.

†. Haec autem omnia obtinere decernimus in causis quae necdum vel iudiciali sententia, vel amicabili conventione, vel alia iuri cognita decisione finitae sunt, Theodote parens charissime atque amantissime. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua praesentem nostri numinis legem in perpetuo valituram edictis in hac regia urbe propositis, et praeceptionibus iu universis provinciis sub tua constitutis iurisdictione directis faciat manifestam: ut omnes ea quae pro utilitate eorum sancimus, a se custodienda cognoscant. Dat. IV. Idus Septemb. CP. Imp. DN. Iustin. PP. Aug. Anno XV. Basilio V. C. Cons.

TIT. XVI.

Ut cum de appellatione cognoscitur, secundum illas leges debeat iudicari, quae tempore latae sententiae obtinebant: non secundum eas quae postea promulgatae sunt: et de aliis capitulis.

NOVELLA CONSTIT. CXV.

§. 1. Ut cum de appellationibus, et retractationibus, et relationibus iudicum cognoscitur, secundum illas leges controversiae decidantur, quae tempore latae sententiae et suggestionis obtinebant, non quae postea promulgatae sunt. 2. Si altera litigantium pars renunciet se allegationibus contentam fore, altera vero differat, quasi non contenta, iudex dato unius, et item alterius, et tertii mensis dilationem, his autem praeteritis non amplius expectato, sed proferto sentore si presenta, la causa venga terminata colla procedura ordinaria e nei modi legali.

§. 2. Se poi quegli ch'è chiamato in giudizio, non propose le sue azioni od in persona o mediante legittimo procuratore; si concederà un anno di tempo, ed in assenza dell' avversario, si dovranno esaminare giusta le nostre leggi le allegazioni delle parti ch' è presente e fatto diligente esame, dovrà pronunciarsi la sentenza. Se la parte si presenterà entro il detto anno e proporrà le sue allegazioni; il giudice dovrà costringere l'attore al pagamento delle spese sostenute dal convenuto, e fatto ciò quest'ultimo potrà restare attore nella causa fino a che essa venga decisa a norma delle leggi. Se poi quest' attore si presentasse e volesse interrompere il termine dell'anno pagando soltanto le spese al convenuto avendo receduto dal giudizio non abbia durata in causa: prescriviamo che egli assolutamente sia decaduto dall' azione che credeva competergli contro il convenuto dopo pubblicati i detti editti e scorso l'anno. E, difatti havvi dolo più grave in chi abbandona nuovamente una causa di già prima abbandonata, di quello che in colui che l'abbandona dopo averla cominciata Il privilegio o della legge che non costringe alcuno a promuovere le proprie azioni non è concesso se non a quelli che non mossero alcuna quistione al proprio avversario nei sopraddetti modi.

EPILOGO.

Queste prescrizioni dovranno aver forza per quelle cause che non furono definite, nè da sentenza giudiziale nè da amichevole componimento, nè da altra decisione riconosciuta dalla legge o Teodoto, padre carissimo ed amatissimo. Pertanto l'illustre e magnifica tua autorità renderà manifesto in questa regia città e in tutte le provincie soggette alla tua giurisdizione che questa legge dee perpetuamente essere osservata; e ciò affinchè tutti vengano in cognizione delle nostre deliberazioni dirette a loro utilità.

Data ai 9 di settembre in Costantinopoli, anno decimoquinto dell'impero di Giustiniano, sotto il consolato di Basilio.

TITOLO XVI.

Che giudicando dell'appellazione, si debba aver riguardo a quelle leggi che vigevano al tempo in cui fu pronunciata la sentenza e non a quelle che furono promulgate dopo; e di altri articoli.

NOVELLA COSTITUZIONE CXV.

1. Quando il giudice fa cognizione delle appellazioni, delle ritrattazioni e delle relazioni dei giudici, le controversie debbono essere decise secondo quelle leggi che vigevano al tempo della pronunciata sentenza, e della suggestione, non già a quelle che furono promulgate dopo; 2. Se una parte dichiara di non produrre altre allegazioni e l'altra differisca come non essendo contenta, il giudice, dopo aver concesso il termine di uno, di due o di tre mesi, non di-

Digitized by Google

tentiam. 3. Quae causae ingratitudinis rationabiliter filiis obiici possint a parentibus. 4. Quae rursum causae ingratitudinis, rationabiliter possint parentibus obiici a filiis. 5. Ut lugentes, et qui genere illis proximi sunt, nulla de causa intra nonum diem prehendantur vocenturque in ius. 6. De constitutae pecuniae obligatione et sponsionibus, si quis ita pecuniam constituat aut spondeat, satis tibi facio, aut satis tibi fiet a me, et hoc et illo: aut satis tibi fiet a me, aut hoc aut illo.

Imp. Justin. Aug. Theodoto Orientalium sacrorum praetoriorum praefecto.

PRAEFATIO.

Pervenit ad scientiam nostrae serenitatis, quod cum inter Eustathium virum reverendissimum Tholonae civitatis Episcopum, et Pistum, diaconum ecclesiae Thelmissensis suisset causa commota, processit a rectore provinciae definitiva sententia, contra quam appellatio est porrecta. Judices igitur apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes, ad nostram clementiam retulerunt, an secundum leges quae obtinebant, quando processit definitiva sententia, an secundum tenorem illius legis, quae post definitivam sententiam a nobis promulgata est, eandem causam examinare deberent. Nos itaque iustum esse perspeximus, secundum leges quae obtinebant tempore latae sententiae praedictam appellationis causam examinari, et terminum secundum ipsas accipere. Praevidimus autem et post hanc si quandocunque dubitatio talis emerserit, eam simili ordine terminare.

CAP. I.

Ut causae appellationum dirimantur ex iis legibus quae tempore latae sententiae obtinebant.

Ideoque sancimus, Si quando de aliqua causa processerit definitiva sententia, et provocatio fuerit subsequuta: appellationis examinatores secundum leges quae tempore definitivae sententiae obtinebant, terminum dare negotio: hoc eodem videlicet observando et in retractandis amplissimae praetorianae sententiis, et in suggestionibus iudicum, quando utraeque partes *omnibus allegationibus suis renuntiaverint*, et iudices per suas relationes, quid disponi debeat, interrogaverint. In omnibus enim praedictis casibus illas leges a cognitoribus servari decernimus, quae tempore sententiae, aut certae relationis obtinebunt: tametsi contigerit postea legem promulgari novi aliquid disponentem, et tenorem suum ad praeterita quoque negotia referentem.

CAP. II.

De his qui post renunciationem adversariorum se allegationes habere dicunt.

Sed et hoc praesenti addimus sanctioni. Quia inter litigatores aliquando contingit unam quidem partem allegationes suas renuntiare, et sententiam postulare, et tunc alterum dicere habere se allegationes, et ideo petere ut audiatur: hoc itaque observari sancimus, ut si quidem ante definitivam sententiam dicat habere se allegationes, audiatur: si vero post definitivam sententiam, non audiatur, nisi forte ante definitivam sententiam petierit ut audiatur, et ei denegatum est: tunc enim licentia ei tribuatur, et post definitivam sententiam allegationes suas proponere.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Teodoto prefetto degl'imperiali pretorii d'Oriente.

PREFAZIONE.

Pervenne a nostra cognizione che essendo insorta una lite tra Eustazio reverendissimo vescovo delle città di Tolone, e Pisto diacono della Chiesa Telmissense, il rettore della provincia pronunciò definitiva sentenza, contro la quale s'interpose appellazione. I giudici che facevano cognizione dell'appellazione, essendo caduti in dubbio, fecero riferta a nostra clemenza se dovevano decidere l'appellazione secondo le leggi che vigevano al tempo della pronunciata sentenza, ovvero secondo quelle che furono promulgate da noi dopo la definitiva sentenza. A noi parve giusto che la causa dell'appellazione dovesse decidersi secondo le leggi che vigevano al tempo in cui fu pronunciata la sentenza, e che dovesse terminarsi giusta il loro tenore. Abbiamo inoltre sentito il bisogno che avverandosi in avvenire nuovamente un simil caso, si dovesse procedere nell'egual modo.

CAPO I.

Che la causa di appellazione debba decidersi secondo le leggi che vigevano al tempo in cui fu pronunciata la sentenza.

Prescriviamo quindi che nel caso in cui s'interponesse appellazione dalla sentenza definitiva, quelli che debbono giudicare della causa in appello regolino il loro giudizio dietro le leggi che vigevano al tempo in cui fu pronunciata la sentenza definitiva. Lo stesso si dovrà osservare trattandosi di ritrattazioni delle sentenze del pretore e delle relazioni dei giudici, nel caso in cui ambidue le parti abbiano rinunciato a tutte le proprie allegazioni, ed i giudici colle loro relazioni abbiano interrogato come dev'essere disposto. In tutti i predetti casi quelli che fanno cognizione della causa dovranno giudicare secondo le leggi che vigevano al tempo della promulgata sentenza o della relazione, benchè in appresso siasi promulgata una legge, la quale faccia delle innovazioni, e porti che le sue disposizioni debbano applicarsi anche ai casi passati.

CAPO II.

Persone che dopo la dichiarazione degli avversarii di non produrre altre allegazioni, dicono aver allegazioni da proporre.

A questa legge facciamo inoltre la seguente aggiunta; accadendo alle volte che uno dei litiganti dichia-

Digitized by Google

tem suis allegationibus renunciare, aliam vero scientem se malas causas habere, post cognitionalia certamina, et dilationes, quas probationum causa leges concedunt, nolle confiteri allegationes sibi sufficere, ne cito causae qualitas agnoscatur: iubemus, ut quando una pars *allegationibus renuntiaverit*, alia vero pars dixerit *se habere aliquid quod proponat:* iudex negotii modis omnibus eam partem quae utitur dilatione, compellat *intra triginta dies postquam altera pars renuntiaverit, quidquid velit, sine aliqua intermissione proponere:* quod si non fecerit, tunc ad eius malitiam convincendam alius unus mensis indulgeatur a iudice. Si vero et sic distulerit, alterius unius mensis ei dilatio praebeatur: ita ut si usque ad praedictos tres menses quos litigatoribus protrahentibus concessimus, suas non proposuerit allegationes: tunc cognitor causae non amplius expectans modis omnibus proferat sententiam legibus consonantem: vel si voluerit, referat, ne litigatoribus male certantibus liceat causarum exitum ultra protrahere.

Cap. III.

Quae sunt iustae exhaeredationis liberorum causae.

Aliud quoque capitulum praesenti legi addendum esse perspeximus. Sancimus igitur non licere penitus patri vel matri, avo, vel aviae, proavo vel proaviae suum filium vel filiam, vel caeteros liberos praeterire, aut exheredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus, debitam portionem: nisi forsan probabuntur ingrati: et ipsas nominatim ingratitudinis causas parentes suo inseruerint testamento. Sed quia causas ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diversis legibus dispersas, et non aperte declaratas invenimus: quarum aliquae nec *dignae* nobis ad ingratitudinem visae sunt: aliquae vero cum essent dignae, praetermissae sunt: ideo necessarium esse perspeximus eas nominatim praesenti lege comprehendere: ut praeter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quae in huius constitutionis serie continentur. Causas autem iustas ingratitudinis has esse decernimus.

§. 1. Si quis parentibus suis manus intulerit.

§. 2. Si gravem et inhonestam iniuriam eis ingesserit.

§. 3. Si eos in criminalibus causis accusaverit, quae non sunt adversus principem, sive rempublicam.

§. 4. Si cum maleficis hominibus ut maleficus conversatur.

§. 5. Vel vitae parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentaverit.

ra di non produrre più allegazioni e che l'altro, sapendo di avere una cattiva causa, dopo le dilazioni che le leggi concedono per la cognizione e per la produzione delle prove, dice che egli ha altre allegazioni da fare: affinchè la decisione non venga soverchiamente protratta prescriviamo che quando una parte dichiara di non produrre ulteriori allegazioni e l'altra parte dice di averne di nuovo, il giudice dell'affare costringa in modo assoluto la parte che si vale della dilazione, a proporre le sue allegazioni entro 30 giorni da computarsi dal momento in cui l'altra parte dichiarò di non produrne altre. Se non le propone entro questo termine, il giudice gli concederà un altro mese per giustificare la sua malizia; e se entro questa proroga non ne produce alcuna, avrà un altro mese di dilazione: finalmente, se lascia trascorrere tutte e tre queste proroghe senza produrre allegazioni, quegli che fa cognizione della causa non dilazionerà di vantaggio, e dovrà assolutamente proferire sentenza a norma delle leggi; o se non vorrà proferirla, la rimetterà ad un altro giudice, e ciò affinchè quelli che trattano male le loro cause non possano protrarre più a lungo le definizioni delle medesime.

Capo III.

Quali sieno le giuste cause di diseredazione dei figli.

Abbiamo creduto opportuno di aggiungere a questa legge anche il seguente articolo. Prescriviamo quindi che il padre, la madre, l'avo, l'ava, il proavo, la proava non possano preterire i figli, le figlie od altri discendenti, o diseredarli nel loro testamento, ancorchè avessero dato ai medesimi la porzione ad essi spettante per legge in forza di donazione, legato, o fedecommesso od altro modo qualsiasi, qualora non si provi che essi sono ingrati e non siano nominatamente inserite nel testamento dai genitori le cause d'ingratitudine. Per altro, essendo le cause d'ingratitudine dei figli sparsi in diverse leggi e non affatto chiare, ed essendo alcune di queste da noi risguardate come non meritevoli di essere classificate tra le cause d'ingratitudine, ed alcune altre non annoverate nelle leggi, meritevoli di esserlo; stimammo necessario di nominatamente esporle nella presente legge di modo che niuno possa imputare ai figli altre cause d'ingratitudine che quelle contenute in questa costituzione. Le giuste cause d'ingratitudine poi saranno le seguenti.

§. 1. Se il figlio portò le mani addosso ai suoi genitori.

§. 2. Se recò ad essi una grave ed inonesta ingiuria.

§. 3. Se li accusò in cause criminali che non risguardano il principe o la repubblica.

§. 4. Se qual malefico conversò con gente malefica.

§. 5. Ovvero se insidiò la vita dei genitori con veleno od in altro modo.

Digitized by Google

§. 6. Si novercae suae, aut concubinae patris, filius sese immiscuerit.

§. 7. Si delator contra parentes filius extiterit, et per suam dilationem gravia eos dispendia fecerit sustinere.

§. 8. Si quemlibet de praedictis parentibus inclusum esse contigerit, et liberi qui possunt ab intestato ad eius successionem venire, petiti ab eo vel unus ex his in sua eum noluerit fideiussione suscipere, vel pro persona, vel pro debito, in quantum esse qui petitur, probatur idoneus, hoc tamen quod de fideiussione censuimus, ad masculos tantummodo liberos volumus pertinere.

§. 9. Si convictus fuerit aliquis liberorum ex eo quia prohibuerit parentes suos condere testamentum: ut si quidem postea facere potuerint testamentum, sit eis pro tali causa filium exheredandi licentia. Si autem in ipsa prohibitione, fine testamento aliquis ex parentibus decesserit, et alii sive qui ab intestato ad hereditatem defuncti, aut cum ipso filio qui testamentum fieri prohibuit, aut post illum vocantur, sive illi quos heredes, aut legatarios habere volebat, vel qui laesionem aliquam ex prohibitione testamenti sustinuerunt, hoc ipsum approbaverint: secundum alias leges super hoc positas talia negotia terminentur.

§. 10. Si praeter voluntatem parentum inter arenarios vel mimos sese filius sociaverit, et in hac professione permanserit: nisi forsitan etiam parentes eiusdem professionis fuerint.

§. 11. Si alicui ex praedictis parentibus volenti suae filiae vel nepti maritum dare, et dotem secundum vires substantiae suae pro ea praestare, illa non consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si vero usque ad vigintiquinque annorum aetatem perveneri filia, et parentes distulerint eam marito copulare, et forsitan ex hoc contigerit in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentum marito se libero tamen, coniungere: hoc ad ingratitudinem filiae nolumus imputari: quia non sua culpa, sed parentum id commisisse cognoscitur.

§. 12. Si quis de praedictis parentibus furiosus fuerit, et eius liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non existentibus, alii eius cognati, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur, obsequium ei et curam competentem non praebuerint: siquidem a tali sanatus fuerit infirmitate, erit ei potestas utrum velit negligentem filium vel filios, aut cognatos, ingratum vel ingratos in suo scribere testamento. Si autem aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit a suis neglectum liberis vel cognatis, aut aliis ab eo scriptis heredibus, et pro misericordia voluerit eum procurare: damus ei licentiam attestationem eis qui ab intestato, vel ex testamento iam facto ad furiosi hereditatem vocantur, scriptis dirigere, ut eum procurare festinent. Si autem post huiusmodi attestationem neglexerint, et extraneus in suam domum furiosum susceptum sumptibus pro-

§. 6. Se il figlio conobbe la sua matrigna o la concubina del padre.

§. 7. Se il figlio fu delatore contro i suoi genitori, i quali a causa della sua delazione abbiano sostenuto gravi spese.

§. 8. Se essendo uno dei detti genitori incarcerato, i figli che possono succedersi ab intestato, richiesti dal medesimo non volere fare fideiussione, sia per la persona, sia pel debito, qualora fossero stati solventi per ciò che ad essi veniva dimandato; riguardo però alla fideiussione, la presente prescrizione dovrà colpire i soli maschi.

§. 9. Se sarà provato che il figlio impedì ai genitori di far testamento, essi potranno diseredarlo per tale motivo nel testamento che poscia avessero fatto. Se poi a motivo dell' impedimento posto dal figlio, il genitore morì intestato, quelli che saranno chiamati all' eredità intestata del defunto od assieme col figlio che impedì di fare testamento, o dopo di lui, ovvero quelli che il defunto voleva essere suoi eredi o legatarii, ovvero quelli che risentirono danno dalla proibizione fatta dal figlio di far testamento, qualora adducessero le prove di ciò, avranno luogo le disposizioni delle leggi che trovansi altrove concernenti tale argomento.

§. 10. Se contra volontà dei genitori il figlio si associò a gladiatori amici e perseverò in tale professione qualora per altro anche i genitori non esercitassero tale professione.

§. 11. Se la figlia o la nipote non prestò il suo assenso a qualcuno dei detti genitori i quali volevano congiungerla in matrimonio e darle una dote relativa alle proprie facoltà, preferendo di condurre vita disonesta. Se poi la figlia giunse all' età di venticinque anni, ed i suoi genitori non vollero maritarla, e per tal causa essa per avventura fallì, ovvero si congiunse in matrimonio contra volontà dei genitori ma con persona libera; questa non sarà una causa d' ingratitudine riguardo alla figlia.

§. 12. Se poi uno dei detti genitori sarà caduto in furore, ed i di lui figli od altri discendenti, ovvero se non esistendo discendenti, i di lui cognati, i quali sono chiamati alla sua successione intestata, non presero di lui la conveniente cura; ricuperando egli la sanità potrà, se lo vuole, imputare d' ingratitudine nel suo testamento questi figli, discendenti, o cognati. Quell' estraneo poi che vedendo taluno caduto in furore non essere curato dai suoi discendenti o cognati, o dagli eredi instituiti e mosso da pietà verso di lui lo volesse curare, egli potrà fare un invito in iscritto ai discendenti, cognati od eredi instituiti onde prendano cura del furioso; se poi dopo quest' eccitamento questi discendenti, cognati, od eredi non presero cura del furioso, l' estraneo che lo curò nella propria casa a proprie spese fino all'ultimo momento di sua vita perverrà alla di lui successione, annullan-

Digitized by Google

priis usque ad finem vitae ipsius procurasse monstratus fuerit: eum qui obsequium ac diligentiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad eius successionem pervenire decernimus, evacuata institutione eorum, utpote indignorum, qui furioso (sicut diximus) curam praebere neglexerint: ita tamen ut caetera testamenti capitula in sua maneant firmitate.

§. 13. Si unum de praedictis parentibus *in captivitate detineri contigerit*, et eius liberi, sive omnes, sive unus, non festinaverint eum redimere: siquidem valuerit calamitatem captivitatis evadere: in eius sit potestate: utrum hanc causam ingratitudinis testamento suo velit adscribere. Si autem per liberorum negligentiam vel contemptum non fuerit liberatus, et in captivitate decesserit, illos ad successionem eius venire non patimur, quia non festinaverunt eius redemptionem citius procurare: sed omnibus liberis in hoc negligentibus res universas ab eodem relictas, ecclesiae civitatis ex qua oritur, applicari, inventario scilicet sub publica attestatione celebrando, ne quid ex eius facultatibus pereat: ita ut quicquid exinde ad ecclesiam pervenerit, captivorum redemptioni proficiat. Sed haec quidem quantum ad personas dicta sunt, quas exheredare non licet, nisi ingratitudinis causas ubique approbari contigerit. Occasionem autem nobis ad generalem legem promulgandam haec praesens causa noscitur obtulisse Sed universaliter iubemus, ut si ille qui in captivitate detentus fuerit, liberos non habuerit, et aliis qui ad eius hereditatem vocati sunt, eum redimere non festinantibus, in captivitate defunctus fuerit: nullus ex iis qui neglexerit, ad hereditatem eius perveniat, licet ante captivitatem testamentum forsan ab eo fuisset conscriptum, in quo memoratas personas scripsit heredes: sed hac quoque institutione heredum infirmata, et caeteris testamenti capitulis in suo robore permanentibus substantiae talium personarum simili modo ecclesiis civitatum ex quibus orti sunt, applicentur, et nullis aliis causis, quam in captivorum redemptionibus expendantur: ut unde illi a suis non sunt redempti, aliorum redemptio procuretur, et ipsorum quoque animae ex hac causa piissima subleventur. Hoc eodem observando et si aliam extraneam personam ante captivitatem scripsit heredem: et illa sciens se ab eo heredem scriptam, eum redimere a captivitate neglexerit. Hanc autem poenam contra illos valere iubemus, qui octavum et decimum suae aetatis annum compleverint. In huiusmodi vero causis quando pro captivorum redemptione necessarium fuerit dare pecunias, si quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, si memoratae sit aetatis, mutuandi pecunias, et res mobiles vel immobiles supponendi, sive propriae ipsius sint, sive illius qui in captivitate detinetur: quoniam in praedictis omnibus, quae pro captivorum redemptione data vel expensa probabuntur, contractus huiusmodi tanquam a persona suae potestatis et legitimae aetatis factos, ita firmos esse decernimus: nullo eis qui

dosi la istituzione di coloro che non vollero prestare assistenza al furioso, considerandosi essi come indegni di succedere; per altro dovranno conservare la loro validità gli altri articoli del testamento.

§. 13. Se uno dei detti genitori fosse caduto in cattività ed i di lui figli non si affrettassero di riscattarlo egli liberandosi dalla cattività potrà se il vuole, imputare nel suo testamento tale causa d' ingratitudine ai suoi figli, se poi per negligenza dei suoi discendenti non potè liberarsi dalla cattività e morì in tale stato, essi non potranno devenire alla di lui successione, non avendo essi procurato tosto la sua liberazione, e nel caso che tutti i discendenti sieno stati negligenti nel soccorrerlo i beni del defunto lasciati saranno devoluti alla chiesa della città a cui apparteneva, dovendosi fare un pubblico inventario, affinchè non venga sottratta alcuna cosa della sostanza al defunto appartenente e tali cose devolute alla chiesa dovranno impiegarsi nel riscatto degli schiavi. Queste sono le prescrizioni di legge concernenti le persone che non si possono diseredare se non in caso d'ingratitudine: e questo fu l' oggetto della presente legge. In termini generali poi prescriviamo che se quegli che cadde in cattività non avesse discendenti e fosse morto in ischiavitù non essendosi quelli che sono chiamati alla di lui eredità affrettati di redimerlo, niuno di quelli che trascurarono la di lui redenzione potrà pervenire alla sua eredità benchè fosse da lui stato istituito erede nel testamento che fece prima di cadere in cattività; dovendo tale istituzione essere annullata, senza però che annullate restino le altre disposizioni del testamento. Anche in tal caso le sostanze del defunto saranno devolute alle Chiese della città, alla quale prima apparteneva lo stesso defunto e dovranno essere impiegate nel riscatto degli schiavi; di modo che se il defunto non fu riscattato, lo siano almeno gli altri schiavi e tal causa piissima valse a suffragare la di lui anima. Le stesse prescrizioni varranno pel caso in cui prima di cadere in cattività il defunto avesse istituito erede una persona estranea, la quale sapendo essere da esso istituita erede, avesse trascurato di redimerlo dalla cattività. Questa pena poi si applicherà a coloro che avranno compito il decimo ottavo anno di loro età. Se poi, onde riscattare gli schiavi fosse necessario di dare danaro, quegli che non avesse di proprio, qualora fosse in età di diciotto anni compiti, potrà prendere a prestito danaro obbligando a pegno le cose mobili od immobili tanto se proprie, quanto appartenenti a quello della cui libertà si tratta; poichè nei casi in cui si prova d'essere fatto delle spese pel riscatto degli schiavi, i contratti che intervenissero a tale oggetto si debbono considerare validi come fatti da una persona di proprio dritto e di età legittima non potendo quelli che fanno i contratti

Digitized by Google

cum huiusmodi personis in memoratis causis quo praedictum est modo contraxerint: praeiudicio generando: necessitatem scilicet habente eo qui ex captivitate redierit, tales contractus ratos habere, et eis tanquam suis debitis obligari.

§. 14. Si quis de praedictis parentibus orthodoxus constitutus senserit suum filium vel liberos non esse catholicae fidei, nec in sacrosancta ecclesia communicare, in qua omnes beatissimi patriarchae una conspiratione et concordia fidem rectissimam praedicant, et sanctas quatuor synodos, Nicaenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, et Chalcedonensem amplecti seu recitare noscuntur: licentiam habeant pro hac maxime causa ingratos eos et exheredes in suo scribere testamento. Et haec quidem pro ingratitudinis causa decernimus. Generalem autem providentiam liberis catholicis deferentes, iubemus salvis legibus quae iam de aliis haereticis sunt prolatae et circa Nestorianos et Acephalos, haec observari, ut si quando parentes inventi fuerint sive Judaico Nestorii furori dediti, sive Acephalorum amplectentes insaniam, et ideo ab Ecclesiae catholicae communione separati, non liceat eis alios heredes sibi instituere nisi liberos orthodoxos et Ecclesiae catholicae communicantes, vel liberis non existentibus agnatos, vel cognatos, qui scilicet catholici sint. Quod si forte ex filiis alii quidem sunt orthodoxi, et Ecclesiae catholicae communicantes, alii vero ab ea separati, omnem parentum substantiam ad filios tantum catholicos pervenire sancimus: licet ultimas voluntates huiusmodi personae fecerint contra tenorem huius nostrae constitutionis aliquid disponentes. Si vero posthac fratres ab ecclesia separati, ad eam conversi fuerint, pars eis competens, in statu in quo inventa fuerit tempore quo redditur, eis praebeatur, ut nullam de fructibus aut gubernatione medii temporis inquietudinem vel molestiam catholici patiantur qui ante praedictas res detinebant: quoniam huiusmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici possidebant, sicut alienationem vetamus, ita praeteritorum temporum fructus aut gubernationem nullatenus ab his a quibus detenti sunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem usque ad finem vitae suae in eodem errore non communicantes permanserint: tunc catholicos fratres, vel heredes ipsorum, plenissimo iure dominii easdem res possidere decernimus: quod si filii quidem omnes perversi, et ab Ecclesiae catholicae communione alieni inventi fuerint, alii autem propinqui agnati vel cognati religionem catholicam colentes, et communicatores esse fuerint approbati eos liberis haereticis anteponi, et eorum hereditati succedere. Si vero liberi et propinqui agnati vel cognati ab orthodoxae religionis communione sunt extranei: tunc siquidem schema clericorum parentes eorum habuerint: ad ecclesiam civitatis ubi domicilium habebant, res eorum volumus pertinere: ita ut si ecclesiastici intra annale spacium huiusmodi personarum vindicare res neglexerint:

per l' esposte cause con tali persone, andar soggetti ad alcun pregiudizio; vale a dire quello che sarà riscattato dalla schiavitù, avrà l' obbligo di ratificare tali contratti, e riguardare tali debiti come proprii.

§. 14. Se uno dei detti genitori di fede ortodossa venisse a conoscere che il suo figlio od i suoi discendenti non professano la fede cattolica e non sono in comunione colla sacrosanta chiesa nella quale predicano tutti concordamente i beatissimi patriarchi, ed ove si riconoscono i quattro santi sinodi di Nicea, di Costantinopoli, di Efeso e di Calcedonia, potrà diseredarli nel suo testamento come per causa di grave ingratitudine. Queste sono le prescrizioni risguardanti l' ingratitudine, e facendo noi una generale disposizione a favore dei cattolici, prescriviamo, che salve le leggi già promulgate relativamente ai nestoriani ed agli acefali, qualora i genitori venissero scoperti essere aderenti all'insania giudaica dei nestoriani o partitanti della setta degli acefali, e quindi separati dalla comunione della cattolica chiesa, non possono essi istituire altri discendenti che quelli i quali professano la fede ortodossa sono in comunione colla cattolica Chiesa, ovvero non avendo discendenti se non gli agnati ed i cognati che professano la fede cattolica. Che se alcuni di questi figli professano la fede ortodossa, e sono in comunione colla cattolica Chiesa, ed altri sono separati dalla medesima, tutta la paterna sostanza dovrà devolversi ai discendenti che professano la cattolica fede; benchè le disposizioni testamentarie non sieno conformi al tenore di questa nostra costituzione. Se poi i fratelli separati dalla Chiesa ritornano in seno della medesima, la parte ad essi spettante dovrà ad essi restituirsi nello stato in cui si trova al momento della restituzione, senza che quelli, i quali sempre hanno professato la fede cattolica, e che furono i detentori della detta porzione possano essere molestati circa i frutti e l'amministrazione del tempo di mezzo; poichè siccome noi abbiamo vietata l'alienazione della porzione spettante ai fratelli non cattolici e detenuta da quelli che professano la fede cattolica, così non permettiamo che vengano domandati i frutti del tempo passato e reso conto dell'amministrazione. Che se quelli che non sono in comunione colla cattolica Chiesa avessero persistito nel loro errore fino agli ultimi momenti della loro vita, i fratelli cattolici od i loro eredi potranno in tal caso possedere la loro porzione in piena proprietà. Se poi tutti i figli sono separati dalla comunione della Chiesa cattolica, gli altri propinqui agnati o cognati che professano la religione cattolica e sono in comunione colla Chiesa dovranno anteporsi ai figli eretici e succedere nell'eredità. Ma se i figli ed i propinqui agnati sono tutti separati dalla comunione della Chiesa, ed i genitori erano chierici, le loro facoltà spetteranno alla Chiesa in cui il defunto aveva il domicilio, in caso poi che gli ecclesiastici trascurassero di rivendicare entro un anno i beni di

Digitized by Google

earum dominium nostri fisci iuribus vindicetur. Si autem laici sunt, sine aliqua distinctione substantias eorum ad res privatas nostras similiter pervenire sancimus. Quae obtinere decernimus etiamsi testamento non facto tales personae decesserint: omnibus quae contra caeteros haereticos in aliis constitutionibus disposita sunt, et contra Nestorianos et Acephalos, et alios omnes qui catholicae ecclesiae (in qua praedictae quatuor synodi, et patriarchae recitantur) non communicant, et successiones eorum, similiter observandis. Si enim pro causis corporalibus cogitamus: quanto magis pro animarum salute providentia est nostrae solicitudinis adhibenda? Sive igitur omnes memoratas ingratitudinis causas, sive certas ex his, sive unam quamlibet parentes in testamento suo inseruerint, et scripti heredes nominatam, vel nominatas causas, vel unam ex his veram esse monstraverint, testamentum suam habere firmitatem decernimus. Si autem haec observata non fuerint, nullum exheredatis liberis praeiudicium generari: sed quantum ad institutionem heredum pertinet, testamento evacuato, ad parentum hereditatem liberos tanquam ab intestato ex aequa parte pervenire, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantiis patiantur. Si vero contigerit in quibusdam talibus testamentis quaedam legata vel fideicommissa, aut libertates, aut tutorum donationes relinqui, vel quaelibet alia capitula concessa legibus nominari: ea omnia iubemus adimpleri, et dari illis quibus fuerint derelicta, et tanquam in hoc non rescissum obtineat testamentum. Et haec quidem de parentum ordinavimus testamentis.

Cap. IV.

Quae sint iustae causae parentum exhaeredationis.

Iustum autem perspeximus, et e contrario de liberorum testamentis haec eadem cum aliqua distinctione disponere. Sancimus itaque non licere liberis parentes suos praeterire, aut quolibet modo a rebus propriis, in quibus habent testandi licentiam, eos omnino alienare: nisi causas quas enumeravimus, in suis testamentis specialiter nominaverint. Has autem esse decernimus.

§. 1. Si parentes ad interitum vitae liberos suos tradiderint: citra causam tamen quae ad maiestatem pertinere cognoscitur.

§. 2. Si venenis aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitae insidiati probabuntur.

§. 3. Si pater nurui suae, aut concubinae filii sui fese immiscuerit.

§. 4. Si parentes filios suos tesamentum condere prohibuerint in rebus, in quibus habent testandi licentiam: omnibus videlicet, in huiusmodi testamentorum prohibitione servandis quae in parentum persona distinximus.

§. 5. Si contigerit autem virum uxori suae ad interitum, aut alienationem mentis dare venenum, aut

queste persone, essi saranno devoluti al nostro fisco. Se poi fossero laici, le loro sostanze, dovranno senza distinzione, appartenere al nostro patrimonio privato. Queste prescrizioni avranno luogo anche pel caso che le dette persone morissero senza far testamento. Dovranno inoltre osservarsi le prescrizioni delle altre costituzioni concernenti gli eretici, i nestoriani, gli acefali e le altre persone che non sono in comunione colla cattolica Chiesa (nella quale sono osservati i detti quattro sinodi e predicano i Patriarchi), e le loro successioni. E diffatti, se noi vogliamo le nostre cure pel benessere del corpo dei nostri soggetti, come mai saremo indifferenti riguardo alla salute delle loro anime? Laonde se i genitori nel loro testamento indicheranno una o più delle sopraesposte cause d'ingratitudine come motivo di diseredazione e si troverà vera una o più di esse, il loro testamento sarà pienamente valido. Se poi non resterà provato essere vera la causa allegata, i figli diseredati non saranno soggetti a verun pregiudizio e restando annullato il testamento per ciò che risguarda la istituzione degli eredi, essi otterranno la paterna eredità come successori ab intestato in parti eguali, e ciò affinchè i figli non siano condannati in forza di false accuse, ovvero non soffrono qualche danno nella successione paterna. Se poi in tali testamenti fossero lasciati legati, fedecommessi, libertà, dazione di tutori, od altre simili cose, tali disposizioni dovranno pienamente osservarsi, dando a ciascuno ciò che gli è stato lasciato e risguardandosi a tale proposito come non annullato il testamento. Queste sono le disposizioni riguardo ai testamenti dei genitori.

Capo IV.

Quali sieno le giuste cause di diseredazione dei genitori.

Credemmo giusto di fare viceversa alcune disposizioni risguardanti i testamenti dei figli. Pertanto prescriviamo non esser lecito ai figli di preterire i loro genitori privandoli delle cose che possedono e delle quali possano disporre per testamento; se non per le cause seguenti.

§. 1. Se i genitori avranno esposti i figli a perdere la vita, qualora per altro ciò non fosse per accusa del delitto di lesa maestà.

§. 2. Se i genitori avranno tese insidie alla vita dei figli con veleno o maleficii od in altro modo.

§. 3. Se il padre conobbe carnalmente la moglie o la concubina del figlio.

§. 4. Se i genitori avessero impedito ai figli di disporre con testamento di quelle cose delle quali possono disporre. Riguardo poi a tali testamenti si dovranno osservare le prescrizioni da noi fatte relativamente all' impedimento del testamento dei genitori per parte dei figli.

§. 5. Se fosse avvenuto che un coniuge avesse dato all' altro coniuge un veleno onde farlo morire od alie-

Digitized by Google

uxorem marito, vel alio modo alterum vitae alterius insidiari: tale quidem utpote publicum crimen constitutum, secundum leges examinari, et vindictam legitimam promereri decernimus: liberis autem esse licentiam, nihil in suis testamentis de facultatibus suis illi personae relinquere, quae tale scelus noscitur commisisse.

§. 6. Si liberis, vel uno ex his in furore constituto, parentes eos curare neglexerint: omnia et hic observari praecipimus, quae de parentibus furiosis superius disposuimus.

§. 7. His casibus etiam cladem captivitatis adiungimus: in qua si liberos detineri, et per parentum contemptum vel negligentiam non redemptos ab hac luce transire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perveniant liberorum, de quibus filii testari potuerant: sed omnia in hoc quoque capitulo serventur, quae et de parentibus vel cognatis atque agnatis qui ab intestato ad talium personarum iura vocantur, aut de extraneis scriptis heredibus supra censuimus.

§. 8. Si quis de praedictis liberis orthodoxis constitutus senserit suum parentem vel parentes non esse catholicae fidei: haec et in eorum persona tenere, quae supra de parentibus iussimus. Si tales igitur causas, ver certas, aut unam ex his liberi suis testamentis inscripserint, et scripti ab eisdem heredes, aut omnes, aut certas, aut unam ex his probaverint, testamentum in sua firmitate manere praecipimus. Si autem haec omnia non fuerint observata, nullam vim huiusmodi testamentum quantum ad institutionem heredum habere sancimus: sed rescisso testamento, eis qui ab intestato ad hereditatem defuncti vocantur, res eius dari disponimus: legatis videlicet vel fideicommissis et libertatibus et tutorum dationibus, seu aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis sive fideicommissis et libertatibus, et tutorum dationibus, aut quibuslibet aliis capitulis, in aliis legibus inventum fuerit huic constitutioni contrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. Et hae quidem exheredationis aut praeteritionis poenae, quantum ad ingratitudinis causas contra praedictas personas statuendae sunt: si quae autem ex his intes crimina reputantur, earum authores etiam alias poenas sentiant legibus definitas.

Capo V.

Ut non liceat creditori heredes defuncti pro debito molestare ante novem dies.

Haec autem disposuimus, ut et parentes et filios a testamentorum iniuria liberos reddamus. Caeterum si qui heredes fuerint nominati: etiam si certis rebus iussi fuerint esse contenti, hoc casu testamentum quidem nullatenus solvi praecipimus: quicquid autem minus eis legitima portione relictum est, hoc secundum nostras alias leges ab heredibus impleri. Sola enim est nostrae serenitatis intentio, a parentibus et liberis iniuriam praeteritionis, et exheredationis

narlo di mente, ovvero se fosse avvenuto che i coniugi si avvessero teso insidie; sendo questo un pubblico delitto, dovrà essere esaminato e punito a norma delle leggi ed i figli potranno non lasciare alcuna cosa delle loro sostanze nei loro testamenti a quelli che si resero rei di tali delitti.

§.6. Se il genitore avesse trascurato di curare il figlio caduto per una o due volte in furore; dovranno osservarsi tutte le prescrizioni da noi fatte in proposito di genitori caduti in furore.

§. 7. A questi casi aggiungiamo anche la cattività. Laonde se i figli caduti in cattività morirono in tale stato a motivo della negligenza dei genitori di riscattarli, i genitori potranno ciò nulla ostante succedere nelle sostanze di cui i figli potevano disporre, ma a tal caso saranno applicabili tutte le prescrizioni da noi fatte riguardo ai genitori, cognati, agnati che succedono ab intestato, ed agli estranei istituiti eredi.

§.8. Se uno dei detti figli che professa la fede ortodossa sarà venuto in cognizione che i suoi genitori non professano la fede cattolica, a tal caso saranno applicabili le prescrizioni da noi fatte riguardo ai genitori; laonde se nel loro testamento i figli avranno indicato una o più delle esposte cause e resterà provata una, il testamento dovrà essere valido. Se poi non saranno provate le cause d' ingratitudine addotte, il testamento sarà nullo in quanto all' istituzione degli eredi, e rescisso il medesimo, succederanno nei lui beni quelli che hanno dritto alla successione intestata: per altro i legati, i fidecommessi, le libertà, le dazioni di tutori ed altri disposizioni dovranno conservare le loro validità. Che se si trovassero nelle altre leggi disposizioni contrarie a queste costituzioni riguardo ai legati, ai fedecommessi, le libertà, alle dazioni dei tutori, esse non potranno essere osservate. Queste saranno le cause di diseredazione o di preterizione che dovransi risguardare come pene; e se esse contenessero un qualche delitto, avranno luogo anche le pene della legge stabilite riguardo al medesimo.

Capo V.

Al creditore non è lecito molestare gli eredi del defunto prima che sieno scorsi nove giorni.

Fin qui abbiamo parlato delle cause di diseredazione dei genitori e dei figli affinchè essi non siano lesi da testamenti. Per altro, se alcuni fossero nominati eredi ed istituiti in una cosa certa, il testamento non dovrebbe essere rescisso, poichè dev' essere supplito dagli eredi ciò che mancasse alla porzione legittima giusta le nostre altre leggi; e difatti, la nostra legge ha in mira soltanto le ingiuste diseredazioni e preterizioni, imperocchè i genitori debbono considerare

Digitized by Google

auferre: *Considerare namque debent parentes, quia et ipsi filii fuerunt, et eadem a suis parentibus speraverunt. Et similiter qui nunc filii sunt debent studere parentum animos sanare: quia et ipsi parentes fieri desiderant, et a suis filiis optant honorari.* Unde et constat ad utriusque partis utilitatem atque cautelam praesentem legem fuisse prolatam: quam ex hac occasione promulgandam esse perspeximus. In aliquo autem negotio disceptantes, invenimus Pulcheriam filiam gratam quidem a sua genetrice suisse dictam, exheredatam autem testamento nominatam tam in paternis, quam in maternis facultatibus: et talem quidem scripturam, quia dolo eam, et machinatione quorundam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere: filiam autem heredem patris ac matris iussimus fieri: sicut et in scriptis prolatum super hac causa nostrum manifestat arbitrium.

§. 1. Meminimus insuper legem a nobis fuisse prolatam, per quam iussimus *nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere sepulturae.* Sed in praesenti quendam cognovimus cuiusdam mortui genitorem a sepultura sui filii redeuntem nomine debiti tenuisse: ideoque pium, et humanum esse perspeximus talem crudelitatem hac lege piissima coercere. Sancimus itaque nulli penitus esse licentiam, aut heredes, aut parentes, aut liberos, aut coniugem, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiussores, ante novem dierum spatium, in quibus videntur lugere, conveniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicium eos vocandi, sive debiti gratia quod a defuncto descendit, sive alterius cuiuscunque causae nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si vero intra novem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de praedictis personis aut aliquam cautionem seu promissionem vel fideiussionem exigere ab ea: haec omnia invalida esse decernimus. Post novem autem dierum excursum, si quis contra tales personas aliquas habere putaverit actiones, eas secundum leges exerceat, nullo videlicet praeiudicio actoribus ex hoc intervallo circa temporalem praescriptionem, aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

Cap. VI.

De constituta pecunia.

Ad hoc, aliud capitulum ad pecuniae constitutionem seu promissionem respiciens, hac lege praevidimus definire. Sancimus igitur, si quando aliquis aut pro se, aut pro alia persona pecuniam constituerit, vel spoponderit, dicens forte cuicunque; *Satis tibi facio:* eum in quantitatem quam dicit, modis omnibus obligari, atque promissionem seu sponsionem suam adimplere, et debitum compelli persolvere. Si quis autem dixerit, *Fiet t ibi satis a me; et ab illo, et illo:* illis quidem quos nominaverit, non consentientibus, nullum ex tali voce fieri praeiudicium: sed nec

che anche essi furono figli e sperarono le stesse cose dai loro genitori. Parimenti quelli che sono figli debbono soddisfare i desiderii dei genitori, perchè anche essi, diventando genitori desidererebbero d' essere beneficati dai figli. Dal che si vede che questa legge è utile sì ai genitori che ai figli; ed a tale fine noi l'abbiamo promulgata. Avvenne però che certa Pulcheria, la quale fu dichiarata grata dalla sua genitrice, fosse diseredata nel testamento sì riguardo ai beni paterni che ai materni: ma noi, avendo riconosciuto essere state fatto così il testamento per dolo e raggiro di alcuni, non abbiamo permesso che fosse valido, e quindi abbiamo prescritto dover questa figlia essere erede del padre e della madre, come risulta palese dalle nostre deliberazioni sopra esposte.

§. 1. Sappiamo inoltre che noi pubblicammo una legge, colla quale abbiamo prescritto che a niuno è permesso il detenere i corpi dei defunti per causa di debito od impedire la tumulazione dei medesimi. Ma presentemente siamo venuti in cognizione che un certo convenne in giudizio a causa di debito un figlio che ritornava dall'esequie del suo genitore e perciò credemmo essere umana cosa l'impedire tale crudeltà con una legge piissima. Pertanto prescriviamo che a niuno sia lecito convenire in giudizio o molestare in qualsivoglia modo od ammonire per causa di credito verso il defunto, o per qualsivoglia altra causa, gli eredi, i genitori, i figli, il coniuge, gli agnati, i cognati, gli affini, i fideiussori prima che sieno scorsi 9 giorni di lutto. Quindi se entro questi 9 giorni alcuno ardisse molestare in qualsivoglia modo le dette persone con convenzioni giudiziali, o coll' esigere fideiussione, tali atti saranno nulli. Scorsi poi i detti nove giorni, quegli che credesse avere qualche azione contra le anzidette persone, potrà farle valere nei modi legali, senza che possa risentire alcun pregiudizio, per essere corso questo tempo relativamente alla prescrizione od a qualche altra legittima allegazione.

Capo VI.

Del danaro costituito.

Con questa legge facciamo disposizioni concernenti un altro articolo relativamente alla costituzione o promessa di danaro. Prescriviamo quindi che nel caso in cui taluno costituendo o promettendo di pagare una somma per un debito proprio o per quello di altra persona ha detto: *li soddisferò,* sia assolutamente tenuto per la quantità che promise, e che per conseguenza debba adempiere alla sua promessa ed essere costretto al pagamento del debito. Se poi avesse detto *sarai soddisfatto da me, da questo e quello,* e le persone da lui nominate non vi acconsentissero, da ciò

Digitized by Google

ipsum qui hoc dixerit, pro illis personis quas nominavit, aliquam exactionem sustinere: pro se autem, quod secundum leges debere monstratus fuerit, pro rata tantum portione persolvere. Si autem dixerit, *Fiet tibi satis aut a me aut ab illo et illo:* tunc nominatis quidem simili modo non consentientibus nullum fieri praeiudicium: ipsum autem qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persolvere. Si quis autem dixerit, *Fiet tibi satis,* cum tali verbo, ut impersonaliter dicto, tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum servari. Si quam autem contra nominatas personas putaverit sibi actionem competere, eam secundum leges adversus eos proponere, et legis auxilio perpotiri.

EPILOGUS.

†. Haec autem obtinere sancimus in causis omnibus quae nondum iudiciali sententia, vel amicabili conventione sopitae, sunt, parens charissime atque amantissime. Celsitudo itaque tua praesentem nostri numinis generalem constitutionem edictis quidem in hac regia civitate more solito proponendis, praece ptionibus autem ad provinciarum rectores dirigendis, ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. Kal. Febr. *Constantinop.* Imp. DN. Iustin. PP. Aug. Anno XV. Basil. V. C. Cons.

TIT. XVIII.

Ut liceat matri et aviae, et aliis parentibus post legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint residuam facultatem suam disponere, et alia capitula plura.

NOVELLA CONSTIT. CXVII.

Imp. Iust. Aug. Theodoto Orientalium pra toriorum praefecto.

PRAEFATIO.

Diversis capitulis ad nos relatis, necessarium esse perspeximus generali hac lege disponere.

CAP. I.

Si quis filiumfamilias heredem instituerit, ut pater ipsius usumfructum hereditatis non habeat.

Sancimus igitur licentiam esse et matri et aviae, aliisque parentibus, postquam reliquerint filiis partem, quae lege debetur. quod reliquum est suae substantiae sive in solidum voluerint, sive in partem, filio vel filiae, nepoti vel nepti, et deinceps descendentibus donare, aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque conditione, si voluerint ut pater aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium. Haec enim, et extraneis relinquere poterant unde nulla parentibus utilitas nasceretur. Hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni personae licere praecipimus.

non deriverà alcun pregiudizio alle medesime ed egli stesso non sarà astretto all'intero pagamento, ma soltanto dovrà pagare in proporzione del suo debito legittimo. Se poi avesse detto *sarà a te soddisfatto,* valendosi del verbo impersonalmente non sarà tenuto ad alcun pagamento, come se nulla avesse promesso. Quegli poi che credesse competergli qualche azione contra le dette persone potrà proporle nei modi legali e valersi del soccorso delle leggi.

EPILOGO.

Prescriviamo inoltre, o padre carissimo ed amantissimo, che le prescrizioni contenute in questa legge debbano applicarsi alle cause non ancora definite da sentenza giudiziale od assopite con amichevole componimento. Pertanto tua altezza pubblicherà la presente legge che rifulge del nostro nome mediante editti in questa città col solito modo e la comunicherà ai rettori delle provincie, affinchè la rendano nota a tutti. Data il primo di febbraio in Costantinopoli, anno decimoquinto dell'impero di Giustiniano, sotto il consolato di Basilio.

TITOLO XVIII.

Che sia permesso alla madre, all'ava ed agli altri ascendenti dopo lasciata la porzione legittima ai figli, di disporre della restante sostanza, come vorranno e di molti altri capitoli.

NOVELLA COSTITUZIONE CXVII.

L'Imperatore Giustiniano Augusto a Teodato prefetto dei pretorii Orientali.

PREFAZIONE.

Fattosi a Noi rapporto riguardo ad articoli diversi ben vedemmo essere necessario provvedervi colla seguente generale legge.

CAP. I.

Se taluno abbia istituito erede il figlio di famiglia colla condizione che il padre di esso non abbia l'usufrutto della eredità.

Ordiniamo dunque che la madre, l'ava ed altri ascendenti, dopo aver lasciata ai figli la porzione che loro è dovuta per legge, abbiamo la facoltà di disporre del restante delle loro sostanze in quel modo che vogliono, vale a dire, disporre di tutto o parte di questo residuo donarlo al figlio, alla figlia, al nipote, alla nipote o altri discendenti o lasciarlo per atto d'ultima volontà colla disposizione e condizione che il padre o quegli in generale che li hanno sotto la loro potestà non percepiscano nè l'usufrutto, nè siano partecipi in modo veruno di alcuna cosa. Per la ragione, ch'essi potevano lasciare queste cose anche agli estranei, onde ai genitori non ne sorgeva alcun vantaggio. Tale facoltà comandiamo, che sia concessa non solamente ai genitori, ma benanche a qualsiasi persona.

Digitized by Google

§. 1. Res autem ita relictas sive donatas positis sub potestate personis, si quidem perfectae sint aetatis: licet sub potestate sint, licentiam habeant quo volunt modo disponere. Si vero aetate minores sint: per quem perspexerit testator, aut donator, haec gubernentur, donec illi quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam aetatem veniant: licentiam habente testatore, vel donatore, et matri et aviae horum quibus res collatae sunt, ipsarum rerum si voluerint gubernationem committere, licet maritis iunctae sint memoratae mulieres: ita tamen, si et ipse huiusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsan is qui relinquit, aut donat, nullum his dispensatorem ordinaverit, aut ab eo datus huiusmodi gubernationem subire noluerit, aut non potuerit, aut moriatur antequam illi perfectae fiant aetatis, tunc iubemus iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideiussione rebus talibus ordinare, qui debeat relictam talibus personis substantiam gubernare atque custodire, donec illi ad perfectam (sicut dictum est) aetatem perveniant. In illis enim casibus legem quae usum parentibus praebet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter huiusmodi conditio.

Cap. II.

De eo qui in aliquo instrumento nominatus est filius.

Ad hoc autem et illud sancire perspeximus: ut si quis filium aut filiam habens de libera muliere cum qua nuptiae consistere possunt, dicat in instrumento, sive publica sive propria mano conscripto, et habente subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento sive in gestis monumentorum, hunc aut hanc filium suum esse, aut filiam, et non adiecerit naturalem: huiusmodi filios esse legitimos, et nullam aliam probationem ab iis quaeri sed omni frui eos iure quod legitimis filiis nostrae conferunt leges: utpote ipso patre (sicut dictum est) filios proprios eos vocante, ex hoc enim et cum eorum matre monstratur legitimum habuisse matrimonium: ut neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipsa muliere multos filios habens, uni ex eis testimonium quolibet ex praedictis praebuerit modis: sufficere ex eadem muliere natis ad legitimorum iura patris testimonium uni datum.

Cap. III.

De muliere quae sine dotalibus instrumentis nupsit

Hoc quoque praesenti constitutioni perspeximus adiiciendum: ut si quis ex non scripto per affectum nuptialem uxorem acceperit, et ex ea filios procreaverit: soluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere coniugem cum dotalibus instrumentis, et ex ea similiter filios procreare nullum circa paternam hereditatem aliis filiis ex indotata coniuge natis praeiudicium fieri: sed cum aliis filiis ex secunda natis uxore, quae cum dotalibus instrumentis copulata est, ad patris etiam illos hereditatem vocari,

§. 1. Coloro, che ricevono le cose così lasciate, o donate, qualora sieno in età perfetta, potranno disporre come vogliono benchè sieno sotto potestà altrui. Se poi sono in età minore, le stesse cose dovranno essere amministrate da chi vuole il testatore o donante fino a che sieno giunti all'età maggiore. Il testatore o donatore avrà la facoltà di affidare l'amministrazione di tali cose alla madre ed all'ava di quella ai quali sono tali cose, qualora però esse volessero assumerla e ciò anche nel caso in cui le dette donne sieno unite ai loro mariti, sempre però se il vogliono. Se poi quegli che fa il lascito o la donazione non avrà stabilito alcun amministratore, o se quegli che fu dato non vuole o non può assumere l'amministrazione, in tal caso prescriviamo che il giudice competente dovrà eleggere un curatore degno di fede sotto cauzione che la cosa del pupillo sarà salva, il quale curatore dovrà amministrare o conservare le cose lasciate a quelle persone fino a che come si disse, siano giunte all'età maggiore. Riguardo poi a quei casi a cui la legge concede l'usufrutto ai genitori, dovranno osservarsi le prescrizioni della medesima qualora le cose non sieno lasciate o donate con una speciale condizione contraria.

Capo II.

Di colui, il quale fu chiamato figlio in qualche documento.

All'uopo abbiamo ancora provveduto di prescrivere che se taluno avendo un figlio o una figlia con una donna libera e colla quale vi potevano essere valide nozze, dichiarò che questo figlio o questa figlia è sua in un documento scritto di propria mano ed avente la sottoscrizione di tre testimoni degni di fede, ovvero in un testamento o in pubblico istrumento senza aggiungere che questo figlio o questa figlia è naturale; tali figli si risguarderanno come legittimi senza che d'essi abbiano bisogno d'alcuna prova, e godranno di tutti i dritti concessi dalle nostre leggi ai figli legittimi. Qualora poi sia il padre stesso quello che dichiari suoi i figli, da tale dichiarazione risulterà esservi stato lagittimo matrimonio colla loro madre, senza che essa abbia bisogno di alcuna prova per comprovare le nozze. Che se il padre, avendo da una stessa donna più figli fa tale dichiarazione per un solo di questi figli, questa dichiarazione gioverà a tutti i figli avuti dalla stessa donna.

Capo III.

Di colei, la quale si maritò senza gl'istrumenti dotali.

Abbiamo ben ravvisato doversi alla presente costituzione aggiungere ancora questo, che cioè se alcuno con affetto nuziale prese moglie senza esigere documenti ed ebbe figli da essa, e se scritto essendo il matrimonio, avvenga ch' egli conduca in moglie un'altra esigendo i documenti dotali, ed abbia anche da questa figli e figlie nati dalla moglie indotata, non soffriranno alcun pregiudizio circa l'eredità paterna e saranno alla medesima chiamati insieme coi figli avuti dall' altra moglie dotata mentre può sussistere

Digitized by Google

cum etiam ex solo affectu possit consistere matrimonium: quod similiter valere volumus, etiam si prius quidem cum dotalibus instrumentis iungatur aliquis uxori, post illam vero alteram ducat solo nuptiali affectu.

CAP. IV.

De nuptiis illustrium, ut cum dotalibus instrumentis fiant.

Quia vero legem dudum protulimus iubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud ecclesiae defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe sacramenta praeberi: in praesenti perspeximus melius disponere ea quae de his pridem sancita sunt. Et propterea iubemus eos qui maximis dignitatibus decorati sunt, usque ad illustres, non aliter nuptias celebrare, nisi dotalia scribantur instrumenta: nisi tamen aliquis antequam mereretur huiusmodi dignitates, ex affectu solo duxit uxorem. Tales enim nuptias ante dignitates factas, et post dignitates, legitimas manere praecipimus, et ex his natos legitimos esse filios. Postquam vero honorati fuerint aliqui huiusmodi dignitatibus: non aliter ducere uxores, nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus subiectis nostrae reipublicae Barbaris, licet dignitatibus huiusmodi decorati sint, ut etiam sub affectu possint ipsi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes praeter eos qui maximis (sicut dictum est) dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sint dignitatis, aut militiae, aut studii, si quidem voluerint, aut potuerint, non prohibemus eos cum dotalibus instrumentis ducere uxores. Si autem etiam hoc non custodierint, et ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, et ex eis natos, legitimos esse filios iubemus.

CAP. V.

Ut cum matrimonium est sine dote, et coniunx superstes inops, mortui quartam partem accipiat.

Quia vero legem dudum posuimus praecipientem, ut si quis uxorem aliquando sine dotalibus acceperit, cum affectu solum nuptiali, et hanc sine causa legibus agnita proiecerit: accipere eam quartam partem substantiae eius; et aliam post hanc fecimus legem decernentem: si quis indotatam uxorem per affectum solum acceperit, et usque ad mortem cum ea vivens, praemoriatur, accipere similiter et eam quartam illius substantiae portionem: ita tamen, ut non transcendat hoc centum librarum auri quantitatem. In praesenti melius utramque legem disponentes, sancimus in utroque casu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse, et ad paternam vocari hereditatem: uxorem autem ex utroque horum casuum, siquidem usque ad tres habuerit filios eius vir sive ex ea, sive exalio matrimonio, quartam partem ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii: tantum in utroque similiter casu accipere iubemus

valido matrimonio col solo affetto. Queste prescrizioni si applicheranno al caso in cui un tale essendosi congiunto in matrimonio con una donna esigendo i documenti dotali, ne conduca poi una seconda col solo affetto nuziale.

CAPO IV.

Che le nozze degl'illustri siano fatte con gl'istrumenti dotali.

Perchè poi da qualche tempo abbiamo promulgata una legge, disponente, che o siano redatti i documenti dotali o che si stabiliscano altre prove presso i difensori della chiesa, colle quali si possono comprovare le avvenute nozze, deliberiamo ora disporre in miglior modo le relative prescrizioni. Per lo che prescriviamo che quelli i quali sono insigniti delle maggiori dignità fino agl' illustri non possono celebrare le nozze se non esigono i documenti dotali; qualora però taluno prima di ottenere tale dignità non abbia condotto moglie col solo affetto; poichè prescriviamo che tali nozze contratte prima di avere ottenuta la dignità debbano risguardarsi legittime anche dopo ottenuta e che i figli nati da tali matrimonii sieno legittimi. Per altro dopo che taluno ottenne una delle dette dignità non potrà condurre moglie se non che esigendo gli istrumenti dotali. Dalle prescrizioni di queste leggi eccettuiamo i barbari soggetti alla nostra repubblica, i quali benchè insigniti delle maggiori dignità possono contrarre nozze col solo affetto. Tutti gli altri poi che non sono insigniti delle dette maggiori dignità, qualunque sia l'onore di cui sono rivestiti, la carica che sostengono o lo studio potranno condur moglie esigendo gl' istrumenti dotali qualora lo vogliono o lo possono; per altro anche senza osservare queste formalità potranno condurre moglie col solo affetto ed i figli che nasceranno da tale matrimonio saranno legittimi.

CAPO V.

Che quando evvi matrimonio senza dote, e sia povero il coniuge superstite, aver possa la quarta parte dei beni del defunto.

Perchè poi Noi abbiamo da qualche tempo promulgata una legge la quale disponeva che se cioè taluno avendo preso moglie senza dote e col solo affetto nuziale, l'avesse ripudiata senza una causa riconosciuta dalle leggi, la moglie dovesse ricevere la quarta parte della sostanza di questo marito; ed un' altra portante che nel caso in cui taluno avendo vissuto con essa fino all'ultimo momento di sua vita, fosse ad essa premorto; la moglie debba parimente ricevere la quarta parte della di lui sostanza; di modo però che tale porzione non oltrepassi la somma di 100 libbre d'oro. Presentemente divisando noi di regolare meglio sì l'una che l'altra legge, prescriviamo che in ambedue i casi i figli nati da tali matrimonii debbansi risguardare come legittimi e chiamarsi all'eredità paterna, anche la moglie in ambedue i detti casi, debba avere la quarta parte della sostanza del marito, qualora il marito abbia tre figli o da essa o da al-

Digitized by Google

mulierem quantum uni competit filiorum: ita quippe, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat: dominium autem illis filiis servetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, iubemus etiam dominii iure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per praesentem iussimus legem. Quae tamen irrationabiliter exclusa est: in ipso tempore expulsionis partem iubemus accipere, quae continetur hac lege. Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem, ex substantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

Cap. VI.

De Leoniana et Constantiniana constitutione.

Illo indubitanter observando, ut Leonis piae memoriae constitutio in omnibus aliis casibus qui non continentur praesenti lege, propriam habeat fortitudinem. Constantini vero piae memoriae legem ad Gregorium scriptam, et super ea factam interpretationem a Martiano piae memoriae, per quam mulierum coniunctiones quas Constantini lex abiectas vocavit) ad quosdam dignitatibus decoratos prohibentur, nollo penitus modo valere permittimus: sed licentiam volentibus praebemus, etsi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, huiusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibimet copulare. Reliqui vero citra eos qui maioribus dignitatibus decorati sunt, licentiam habeant huiusmodi mulieres accipere, sive scripto voluerint, sive solo affectu nuptiali: si tamen liberae sint, et cum quibus liceat nuptias celebrare.

Cap. VII.

Soluto per repudium matrimonio quomodo et apud quem liberi alantur.

Illud quoque disponendum esse perspeximus, ut si quando inter maritum et uxorem nuptias solvi contigerit: ex huiusmodi nati filii, nullo modo laedantur ex separatione nuptiarum, sed ad parentum hereditatem vocentur, ex patris substantia indubitanter alendi. Et si quidem pater occasionem separationis praebeat, et mater ad secundas non venerit nuptias: apud matrem nutriantur, expensas patre praebente. Si vero per causam matris ostendatur solutum matrimonium: tunc apud patrem maneant filii, et alantur. Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrem vero locupletem: apud eam pauperes filios manere et ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum enim filii locupletes coguntur matrem egentem alere: ita iustum esse decernimus et a matre locuplete filios pasci. Quod autem de alenda matre, et filiis indigentibus definivimus, hoc quoque in omnibus ascendentibus descendentibusque personis utriusque naturae valere praecipimus.

tro matrimonio. Se poi i figli sono in maggior numero, la moglie dovrà ricevere sì nell'uno che nell'altro caso una porzione eguale a quella che spetta ad uno dei figli, in modo però che essa abbia soltanto l'usufrutto di questa porzione, dovendosi riservare il dominio ai figli che nacquero da tale matrimonio. Che se la la moglie non abbia figli da questo matrimonio prescriviamo che essa abbia ancora il dominio delle sostanze del marito, porzione delle quali abbiamo con questa legge disposto che a lei pervenga. Però quella moglie, che venisse irragionevolmente ripudiata, al momento del ripudio, dovrà ricevere la porzione la quale viene compresa nella presente legge. Vietiamo poi in ogni modo al marito di ricevere in tali casi la quarta parte delle facoltà della moglie, giusta l'anterior nostra legge.

Capo VI.

Della Costituzione di Leone, e di Costantino.

Dovendosi senza esitanza osservare che la Costituzione di Leone di pia memoria debba avere forza in tutti quei casi che non sono contemplati dalla presente legge. Non permettiamo poi in verun modo che abbia qualche vigore la legge dell'Imperatore Costantino di pia memoria diretta a Gregorio ed interpetrata da Marziano di pia memoria, colla quale si proibiscono i matrimonii di donna (che Costantino chiamò abbiette) con persone rivestite di dignità; ma diamo facoltà, a coloro che sono decorati anche delle maggiori dignità, se vogliono, di condur in moglie le dette donne, facendo benvero gl'istrumenti dotali. Le persone poi che non sono decorate delle maggiori dignità potranno condurre in mogli tali donne, senza esigere istrumenti e col solo affetto; qualora per altro esse sieno libere e colle quali sieno legittime le nozze.

Capo VII.

Sciogliendosi il matrimonio per ripudio come e presso chi debbono essere alimentati i figli.

Ci avvedemmo doversi ancora disporre all' uopo, che se mai avverrà di doversi sciogliere le nozze tra marito e moglie, i figli che fossero nati dal medesimo non vengano assolutamente lesi da tale scioglimento, siano chiamati alla successione dei genitori e ricevono gli alimenti dalle sostanze del padre. Se poi il padre desse causa alla separazione e la madre non passasse a seconde nozze, i figli dovranno essere alimentati presso la madre somministrando il padre le spese. Che se la madre dasse causa allo scioglimento, i figli dovranno restare ad essere alimentati presso il padre. Nel caso poi che il padre non avesse sostanze sufficienti per prestare gli alimenti alla madre fosse facoltosa, i figli dovranno restare ed essere alimentati presso di essa: prescrivendo noi che nello stesso modo con cui i figli ricchi debbono alimentare la loro madre povera, così questa essendo ricca debba alimentare i figli poveri. Le nostre prescrizioni relative agli alimenti da prestarsi alla madre e ai figli in-

Digitized by Google

Cap. VIII.

De iustis divortiorum causis marito permissis.

Quia vero plurimas in veteribus et nostris legibus invenimus causas ex quibus facile nuptiarum solutiones fiunt: ea causa perspeximus ex his abscindere aliquas,quae nobis indignae ad solvendas nuptias visae sunt: et eas solummodo nominatim praesenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest sive vir sive mulier repudium mittere. Nunc autem causas ex quibus maritus repudium mittere sine periculo potest, et dotem uxoris lucrari, servato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus,quibus non extantibus, frui etiam proprietate: has esse decernimus.

§. 1. Si contra imperium cogitantibus aliquibus conscia est mulier, aut etiam viro suo non indicet. Si autem vir hoc a muliere denunciatum tacuerit,liceat mulieri per quancunque personam hoc declarare imperio: ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat occasionem.

§. 2. Si de adulterio maritus putaverit posse suam uxorem convinci:oportet virum prius inscribere mulierem, aut etiam adulterum: et si huiusmodi accusatio verax esse ostenditur, tunc repudio misso habere virum super ante nuptias donationem, etiam dotem: et ad hoc, si filios non habeat, tantum accidere ex alia uxoris substantia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur: ut eius proprietati et dos, et a nobis definita poena applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, iubemus etiam dotem (secundum quod de hoc censent leges) aliamque mulieris substantiam filiis conservari: et ita adulterum legitime convictum, una cum uxore puniri: et si quidem habeat uxorem adulter, accipere eam et dotem propriam et propter nuptias donationem, et si filios habeat, solo usu mulier fruatur donationis, proprietate secundum leges filiis servanda, aliam vero mariti substantiam eius filiis ex nostra largitate donamus,filiis autem non existentibus,antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus: aliam vero mariti substantiam omnem fisco secundum antiquas applicamus leges.

§ 3. Si quolibet modo mulier vitae viri fuerit insidiata: aut aliis hoc facientibus consentiens, viro non indicaverit.

§. 4. Si cum viris extraneis nolente marito convivatur, aut cum eis lavatur.

§. 5. Si nolente viro foris domum manserit: nisi forsan apud proprios parentes.

§. 6. Si Circensibus aut theatris aut amphitheatris

digenti, dovranno osservarsi riguardo a tutti gli ascendenti e discendenti.

Capo VIII.

Delle giuste cause di divorzio permesse al marito.

Perchè poi abbiamo trovate nelle nostre e nelle antiche leggi moltissime cause per le quali si può di leggieri sciogliere il matrimonio, abbiamo deliberato di togliere alcune da noi riguardante non dovere aver forza di sciogliere il matrimonio e di nominatamente indicare in questa legge quelle sole in forza delle quali il marito o la moglie può legalmente mandare il libello di ripudio. Le cause per le quali il marito potrà mandare senza suo pregiudizio il libello di ripudio alla moglie, lucrando la dote della medesima, e riservandone però il dominio ai figli od alle figlie, nati dallo stesso matrimonio, qualora n'esistano ed avendone anche la proprietà qualora non n'esistano, sono le seguenti:

§. 1. Se la moglie è consapevole di qualche cospirazione contro l'impero e non la denuncia al marito. Se poi il marito se ne stette silenzioso avendone avuta la partecipazione dalla moglie, questa potrà, mediante qualsiasi persona, farne riferta all'impero, affinchè il marito non possa di tale circostanza far causa di ripudio.

§. 2. Se il marito credesse che la moglie potesse essere convinta di aver commesso adulterio, egli dovrebbe prima accusare la moglie o l'adultero, e risultando vera l'accusa, potrebbe dare il libello di ripudio, conservando la donazione antenuziale e la dote; se poi non ha figli riceverebbe tanta quantità della di lei sostanza, quanta eguagliasse la terza parte della dote; di modo che entrerà in sua proprietà e la dote e la detta pena. Se poi avesse figli da questo matrimonio, prescriviamo che la dote, le altre sostanze della moglie sieno conservate ai figli, giusta le disposizioni delle leggi. L'adultero legalmente convinto dovrà essere punito assieme colla moglie, e se l'adultero stesso avesse moglie, a questa spetterebbe la propria donazione antenuziale. Se poi quest'adultero avesse figli, la di lui moglie avrebbe il solo usufrutto della donazione, dovendosi riservare ai figli la proprietà,giusta le leggi; l'altra sostanza di questo marito spetterà ai figli in forza di questa legge. Se poi non esistessero figli, la proprietà della donazione antenuziale spetterà alla moglie e l'altra facoltà del marito dovrà essere devoluta al fisco, giusta le antiche leggi.

§. 3. Se la moglie tese insidia in qualsivoglia modo alla vita del marito, ovvero non palesò al marito le insidie ad essa note che da altri si tendevano alla vita del medesimo.

§. 4. Se senza il consenso del marito, si assise a convito od andò al bagno con persone estranee.

§. 5. Se senza il consenso del marito restò fuori di casa, qualora non fosse rimasta presso i proprii genitori.

§. 6. Se intervenne agli spettacoli del circolo del

Digitized by Google

interfuit ad spectandum, ignorante aut prohibente viro.

§. 7. Si vero contigerit aliquem citra unam praedictarum causarum uxorem suam a domo propria expellere,et illa non habens parentes apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte: iubemus nullam esse marito licentiam propter causam hanc repudium mittere uxori, eo quod ipse huius rei auctor existat.

CAP. IX.

De iustis divortii causis mulieri concessis.

Causas autem pro quibus rationabiliter potest viro a muliere mitti repudium,ex quibus potest et dotem recipere, et propter nuptias donationem exigere, similiter filiis servanda donationis proprietate, aut,filiis non extantibus,habere etiam huiusmodi dominium, has esse solas disponimus.

§. 1. Si contra imperium aut ipse cogitaverit aliquid, aut cogitantibus conscius non indicaverit imperio, aut per se aut per quancunque personam.

§. 2. Si quolibet modo vir insidiatus fuerit vitae mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestaverit uxori, et studuerit secundum leges ulcisci.

§. 3. Si maritus uxoris castitati insidiatus, aliis etiam eam adulterandam tentaverit tradere.

§. 4 Si vir de adulterio inscripserit uxorem et adulterium non probaverit, licere mulieri volenti, etiam pro hac causa repudium destinare viro, et recipere quidem propriam dotem,lucrari autem et antenuptialem donationem: et pro huiusmodi calumnia, si filios non habuerit ex eodem matrimonio,tantum secundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri substantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit, iubemus omnem viri substantiam filiis conservari: firmis manentibus, quae de antenuptiali donatione aliis legibus continentur:ita tamen, ut etiam propter illatam adulterii accusationem et non probatam, illis quoque maritus subdatur suppliciis, quae esset passura mulier, si huiusmodi fuisset accusatio comprobata.

§. 5. Si quis in ea domo in qua cum sua coniuge commanet, contemnens eam, cum alia inveniatur in ea domo manens: aut in eadem civitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere convincitur, et semel et secunde culpatus, aut per suos, aut per mulieris parentes: aut per alias aliquas fide dignas personas huiusmodi luxuria non abstinuerit: licere mulieri pro hac causa solvere matrimonium, et recipere datam dotem,antenuptialem donationem, et pro tali iniuria tertiam partem aestimationis,quam antenuptialis facit donatio, ex eius substantia percipere: ita tamen ut si filios habuerit, usu solo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione, et poena tertiae portionis, mariti substantiae acceperit,

teatro e dell' anfiteatro, senza saputa od in onta alla proibizione fatta dal marito.

§. 7. Se poi avvenisse che senza alcuna delle dette cause la moglie fosse cacciata di casa dal marito, ed essa non avendo genitori presso cui rifugiarsi, fosse stata costretta a stare di notte fuori di casa, prescriviamo che per tal motivo il marito non possa dare alla moglie il libello di ripudio,poichè in tal caso egli fu la causa che succedesse ciò.

CAPO IX.

Delle giuste cause di divorzio concesse alla moglie.

Disponiamo poi che queste sieno le sole cause per le quali il marito può essere legittimamente ripudiato dalla moglie, ricevendo questa la dote e la donazione antenuziale, dovendosi però anche in tal caso riservarsi ai figli la proprietà di tale donazione, ovvero se non esistono figli,avendo la moglie stessa anche il dominio.

§. 1. Se il marito cospirò contro l'impero, ovvero se conoscendo i cospiratori non li denunciò da sè stesso o mediante qualsiasi persona.

§. 2. Se il marito in qualsivoglia modo tese insidie alla vita della moglie, ovvero non manifestò alla medesima quelli che attentavano alla sua vita, conoscendoli, ovvero non la vendicò.

§. 3. Se il marito insidiò la castità della moglie, o la consegnò ad altri affinchè si commettesse con essa adulterio.

§. 4. Se il marito accusò la moglie di adulterio e non provò il delitto, la moglie potrà, se il voglia,anche per tale causa,dare il libello di ripudio allo stesso marito, ricevere la propria dote o lucrare la donazione antenuziale. Se non esistessero figli da tale matrimonio, essa potrà inoltre ricevere improprietà tanta sostanza del marito, quanto eguaglia la terza parte della donazione antenuziale, se poi esistessero figli, prescriviamo che tutta la sostanza del marito venga a questi conservata, dovendo restare ferme le disposizioni delle leggi riguardo alla donazione antenuziale, in modo però che a causa dell'accusa dell'adulterio mossa e non provata dal marito, questi sia soggetto a quelle stesse pene alle quali sarebbe stata soggetta la moglie nel caso in cui fosse stata provata l'accusa.

§. 5. Se il marito fosse trovato con un'altra donna nella stessa casa con cui abita la moglie, sprezzandola in tal modo,ovvero fosse provato ch'egli trovasi frequentemente con altra donna in un'altra casa della stessa città, o fosse per due volte stato colto in tal colpa o dai suoi parenti o da quelli della moglie o da altre persone degne di fede, la moglie potrà per tale motivo sciogliere il matrimonio, ricevere la dote o la donazione antenuziale, ed in compenso di tale ingiuria percepire una porzione della di lui sostanza che equivalga alla terza parte del valore della donazione antenuziale; di modo però, che se esistessero figli, essa abbia soltanto l'usufrutto della donazione antenuziale e della pena che colpisce la sostanza del

Digitized by Google

dominio communibus filiis conservando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem praecipimus.

Capo X.

Ut non liceat consensu matrimonium dissolvere, nisi ex causa probabili.

Quia vero ex consensu aliqui usque ad praesens alterna matrimonia solvebant, hoc de caetero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidam castitatis concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personae filios habuerint: tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filiis conservari disponimus. Si quis autem horum aut maritus forsan aut uxor, postquam propter castitatem ex consensu solverit matrimonium, inveniatur alias contrahens nuptias, aut luxuriose vivens: iubemus, si quidem (sicuti dictum est) filii fuerint ex memorato coniugio, super dotem et propter nuptias donationem, eis tradi et proprietatem pene substantiae illius quae convincitur deliquisse personae. Si vero filii minoris sint aetatis: gubernari eos et pacisci ab illo parente praecipimus, qui nihil praesenti legi contrarium egerit. Si autem ambo parentes in huiusmodi vitium incidant, tunc utriusque parentis substantiam filiis applicari: dispensatorem autem eis, qui in minori sunt aetate constituti ordinari providentia competentis iudicis et aliorum quibus haec ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filii non sint, utriusque personae substantiam fisci rationibus applicari, et eos qui talia deliquerunt legitimis subdi supplicis. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu, nulla tatione permittimus.

Cap. XI.

Quod tempus expectare maritum in expeditione degentem debeat mulier.

Quod autem a nobis sancitum est de iis qui in expeditionibus sunt et in militiis constituti, sive milites sint, sive foederati, sive scholares, sive alii quidam sub alia quacunque militia armata constituti: melius ordinare perspeximus, et iubemus, quantoscunque annos in expeditione manserint, sustinere eorum uxores: licet nec literas nec responsum aliquod a suis maritis susceperint. Si qua vero ex huiusmodi mulieribus suum maritum audierit esse mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias sinimus, nisi prius accesserit mulier aut per se aut per suos parentes, aut per aliam quamcunque personam, ad priores numeri chartularios, in quo huiusmodi maritus militabat: et eos, seu tribunum (si tamen adest) interrogaverit, si pro veritate mortuus est eius coniux: ut illi sacris Evangeliis propositis sub gestis monumentorum deponant, si pro veritate vir mortuus est. Et postquam haec gesta monumentorum confecta mulier pro suo testimonio perceperit, etiam post hoc iubemus manere eam per unius anni spatium, ut etiam post hunc decursum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem praeter hanc observationem mulier praesumma-

marito, dovendosi in tal caso riservare il dominio agli stessi figli. Se poi non esistessero figli da quel matrimonio, prescriviamo che essa abbia la proprietà di tali cose.

Capo X.

Che non sia lecito sciogliere il matrimonio di consenso, se non per causa ammissibile.

Perchè poi taluni fino al presente scioglievano per mutuo consenso i matrimonii, noi non permettiamo assolutamente che in avvenire questa cosa in verun modo si faccia se mai non avvenga all'oggetto di vivere in castità. Se poi questi coniugi avessero figli sì la dote che la donazione antenuziale dovranno essere conservate ai figli. Che se il marito o la moglie, i quali sciolsero il matrimonio ad oggetto di vivere in castità, contraessero nuovo matrimonio, ovvero vivessero libidinosamente esistendo figli dal loro primo matrimonio, la dote, la donazione antenuziale e la proprietà dei beni del genitore che contrasse nuovo matrimonio, dovranno spettare ai figli. Se questi figli sono in età minore essi dovranno essere governati ed alimentati da quel genitore che morì in colpa. Che se ambedue i genitori contraggono nuovo matrimonio, le sostanze sì dell'uno che dell'altro dovranno appartenere ai figli, e la tutela dei figli in età minore dovrà essere affidata a quelli che saranno destinati dal giudice competente e dalle nostre leggi. Se poi non esistessero figli le sostanze di ambedue i coniugi dovranno devolersi al fisco, ed i colpevoli assoggettati alle pene portate dalle leggi. Non saranno permesse altre cause per cui si possa sciogliere il matrimonio per reciproco consenso.

Capo XI.

Per quanto tempo la moglie debba aspettare il marito stante in spedizione.

Ci siamo avveduti di dovere regolare meglio le disposizioni relative a coloro che sono mandati in ispedizione, tanto se sono militi quanto se federati, scolari o costituiti in qualunque milizia armata, e prescriviamo che le loro mogli li debbano aspettare per tutto il tempo che dura la spedizione, ancorchè non avessero dai medesimi ricevute nè lettere nè risposte. Se poi una di queste mogli avesse sentito dire che suo marito è morto, non potrà contrarre nuovo matrimonio se prima essa non si presentasse od in persona o mediante i suoi genitori od altra persona ai principali cartolarii dell'Oriente nel quale militava suo marito ed avesse interrogato o questi o il tribuno (qualora si trovasse presente) se è vero che suo marito è morto e questi avessero rilasciato alla medesima un certificato giurato e pubblico della verità di tal fatto. Ricevuto questo certificato la moglie dovrà aspettare il marito ancora per un anno decorso questo termine potrà contrarre un altro matrimonio. Nel caso poi che la donna divenisse a nuove nozze senza osservare queste prescrizioni, essa stessa e quegli che la conduce in moglie dovranno essere as-

Digitized by Google

pserit ad aliud venire matrimonium: et ipsa, et qui ducit eam uxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui sub gestis monumentorum cum iureiurando testari sunt, convincantur, etiam falsum postea deposuisse testimonium: ipsi quidem militia denudati decem auri librarum poenam compellantur exolvere illi quem mentiti sunt mortuum esse: ipse vero licentiam habeat, si voluerit, suam uxorem recipere. Si vero scholaris fuerit ille de cuius morte dubitatio est, a primis scholae et actuario: si autem foederatus, ab optione eius memoratam depositionem accipere eius uxorem, his observandis, et circa alios omnes, qui in armata militia referuntur.

CAP. XII.

Ex quibus causis matrimonium sine poena solvatur.

Praedictis itaque causis prospeximus etiam has nominatim adiicere, ex quibus matrimonia sine poena licet transigere: hoc est, de iis qui non potuerunt ab initio nuptiarum misceri suis uxoribus, et quae per naturam viris concessa sunt, agere: insuper de iis viris ac foeminis, qui consistente matrimonio sanctimonialem conversationem et monasterii habitationem elegerint, et de iis personis quae in captivitate aliquanto tempore detinentur: in hiis enim tribus casibus quae de eis prioribus nostris legibus continentur, firma esse sancimus. Memoratas igitur omnes causas, quae in praesenti nostra lege continentur, solas sufficere iubemus ad transactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare praecipimus, nullamque aliam causam citra eas quae nominatim insertae sunt huic legi posse solvere legitimum matrimonium, sive nostris sive veteribus legibus continentur.

CAPO XIII.

Si mulier sine iusta causa marito repudium miserit.

Quia vero quaedam mulieres inhoneste volentes vivere festinant propria matrimonia solvere: sancimus si quando mulier citra aliquam praedictarum a nobis causarum vo'uerit matrimonium solvere, licentiam quidem eam non habere hoc agere: si vero permanserit in huiusmodi impia voluntate, et repudium marito transmiserit: iubemus dotem quidem viro dari, communibus filiis secundum legem servandam: si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito, mulierem vero periculo iudicis negotium audientis tradi episcopo civitatis, in qua communiter domicilium habuerint, quatenus illius providentia in monasterium ipsa mittatur, ut quoad vixerit, debeat ibi consistere: et si quidem filios habuerit huiusmodi mulier, duas partes propriae eius substantiae dare filiis: tertiam vero monasterio in quod mittitur, applicare iure proprietatis. Si vero filios non habuerit, sint autem ei parentes: duas partes quidem ipsius substantiae monasterio praeberi ubi mittitur, tertiam vero partem illius parentibus dari: nisi tamen sub potestate eam habentes, irrationabili repudio consenserunt: in hoc enim consentientes, nihil

soggettati alla pena degli adulteri. Coloro poi che avendo fatto nei pubblici patti giurata testimonianza venissero in appresso convinti di aver deposto il falso, destituiti dalla milizia, dovranno pagare dieci libbre di oro a quelli che falsamente deposero esser morto; il quale, se vorrà potrà riprendersi la propria moglie. Che se quegli della cui morte si dubita è uno scolare, la deposizione dovrà farsi dai principali della corporazione e dall'attuario; se poi è un federato, dalla di lui azione, osservando le prescrizioni concernenti quelli che soño nella milizia armata.

CAPO XII

Per quali motivi si sciolga un matrimonio senza pena.

Sicchè agli anzidetti motivi vedemmo doversi aggiungere tassativamente ancora questi intorno alle cause per cui si può sciogliere il matrimonio senza incorrere in pena. Cioè riguardo a quei coniugi i quali da principio della loro unione non hanno potuto consumare la copula; a quei coniugi che hanno determinato di condur santa vita e di ritirarsi in un monastero, ed a quei coniugi che per un dato tempo sono detenuti in cattività avranno luogo le disposizioni delle nostre leggi in proposito. Tutte le anzidette cause saranno per se sole sufficienti a sciogliere i legittimi matrimonii prescrivendo noi che ogni altra la quale non si trovi menzionata nella presente legge, benchè si trovasse nelle nostre leggi o nelle antiche, non abbiano forza da sciogliere i matrimonii.

CAPO XIII.

Se la moglie abbia mandato al marito senza giusta causa il ripudio.

Perchè poi alcune mogli, volendo vivere disonestamente procurano di sciogliere il loro matrimonio, prescriviamo che qualora la moglie volesse sciogliere il matrimonio senza una delle anzidette cause, non abbia facoltà di far ciò. Che s'essa persistendo in tale empia volontà avesse dato al marito il libello di ripudio prescriviamo che la dote venga data al marito, la quale però dovrà conservarsi ai figli comuni, qualora ne esistano, e nel caso che non esistano, che la lucri il marito. Tal donna poi dovrà essere consegnata al vescovo della città in cui i coniugi avevano il loro domicilio sotto responsabilità del giudice che fece cognizione dell'affare affinchè venga posta in un monastero nel quale dovrà restare in vita. S'essa avesse figli, dovranno darsi ai medesimi in proprietà due parti della sua sostanza, e la terza al monastero nel quale viene rinchiusa. Se non avesse figli, ma bensì genitori, dovranno darsi ai medesimi due parti della di lui sostanza e la terza parte al monastero, qualora però questi genitori sotto la podestà dei quali essa trovavasi, non avessero acconsentito ch'essa dasse il libello di ripudio al marito; poichè in tal caso s'essa

Digitized by Google

eos penitus ex substantia filiae habere permittimus: sed haec omnia venerabili monasterio volumus applicari. Porro neque filiis, neque parentibus existentibus ei omnem similiter eius substantiam competere monasterio. Si vero iudex qui negotium examinat, hoc non fecerit, id est, tradiderit in hoc deprehensam civitatis episcopo, ut debeat in monasterium mitti: siquidem in hac felicissima civitate sit iudex, ipse quidem vigintiquinque librarum auri poenam exigatur: officium autem eius alias decem. Si vero in provincia sit huiusmodi iudex, et non egerit quae a nobis in hac iussa sunt, decem librarum auri persolvat poenam, et officium eius alias quinque. Si vero iudex fuerit non habens cingulum, ipse quidem poenam decem librarum auri exigatur, ministrantes autem ei quinque, quatenus multa quae hinc accedit a memoratis personis, per comitem rerum privatarum, et palatinorum scholam exigatur: et nostro assignetur aerario. Si autem et vir circa mulierem transigere studuerit matrimonium, et irrationabiliter repudium destinarit: iubemus reddere quidem eum, quam susceperit dotem una cum sponsalitia largitate, et tantum ex alia eius substantia praeberi mulieri, quantum tertiam partem sponsalitiae faciat largitatis, et si quidem ei filii sunt: solum usum et antenuptialis donationis, et a nobis additae tertiae partis mulierem habere: proprietatem vero filiis conservare, filiis autem non existentibus, habere mulierem super usum in ipsis rebus etiam proprietatem, et praedictas quidem dispositiones dissolutis rationabiliter aut etiam irrationabiliter nuptiis ordinamus: et omnia de memoratis casibus secundum hanc nostram constitutionem iudicari et decidi decernimus.

avesse figli, dovranno darsi ai medesimi in proprietà due parti della sua sostanza, e la terza al monastero nel quale viene rinchiusa. Se non avesse figli, ma bensì genitori, dovranno darsi ai medesimi due parti della di lei sostanza, e la terza parte al monastero, qualora però questi genitori, sotto la podestà dei quali essa trovavasi, non avessero acconsentito ch' essa dasse il libello di ripudio al marito: poichè in tale caso essi non dovranno ricevere alcuna cosa della di lei facoltà, sendo tutta questa devoluta al venerabile monastero. Non esistendo figli ne genitori le di lei sostanze dovranno parimente devolversi allo stesso monastero. Qualora poi il Giudice che fa cognizione d'un tale affare non avesse consegnata questa donna al vescovo della città onde venisse rinchiusa nel monastero, s' egli è di questa felicissima città sarà assoggettato all' ammenda di venticinque libbre d'oro, ed il di lui officio ad altre dieci, e s'è della provincia, all' ammenda di dieci libbre d' oro, e l' officio a cinque. Se poi tal giudice non fosse magistrato, egli stesso sarà assoggettato all' ammenda di dieci libbre d' oro, ed il di lui officio a cinque, ammenda da esigersi dal comite del patrimonio privato e dalle corporazioni dei palatini e da devolversi al nostro erario. Se poi fosse il marito quegli che cercasse di sciogliere il matrimonio e dasse alla moglie senza giusta cagione il libello di ripudio, prescriviamo ch'egli restituisca la dote ricevuta unitamente alla donazione per causa di nozze e dia alla stessa moglie tanto della propria sostanza quanto equivale alla terza parte della donazione antenuziale. Nel caso poi che esistessero figli, la moglie avrà soltanto l' usufrutto della donazione a causa di nozze e della detta terza parte, dovendosi conservare ai figli la proprietà, e non esistendo figli, essa avrà la proprietà sopra tali cose. Queste prescrizioni dovranno osservarsi tanto nel caso in cui il matrimonio si sciolga per giusta causa, quanto senza giusta causa. Prescriviamo poi che tutti i detti casi vengano decisi dietro questa nostra costituzione.

CAP. XIV.

Si quis uxorem suam flagellis castigaverit.

Si quis autem propriam uxorem flagellis aut fustibus caeciderit sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficere iussimus, matrimonii quidem solutionem ex hoc fieri nolumus: virum autem qui monstratur sine huiusmodi causa vel flagellis vel fustibus caecidisse uxorem suam, tantum pro huiusmodi iniuria ex alia sua dare substantia uxori etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis.

CAPO XIV.

Caso che il marito avesse punito la moglie con colpi di bastone.

Nel caso poi che un marito avesse percosso sua moglie con bastone o con verghe senza una di quelle cause che non sono valide per iscioglière il matrimonio, questa non sarà una causa valida per iscioglière il matrimonio; dovrà dare alla moglie tanta quantità delle proprie sostanze quanta equivale alla terza parte della donazione antenuziale.

CAP. XV.

Si quis suspicatus fuerit de aliquo, velle eum pudori uxoris suae illudere.

His quoque etiam illud adiicimus, ut si quis forsan suspicatur aliquem velle suae uxoris illudere castitati, et *contestationes ei ex scripto tres destinaverit*, ha-

CAPO XV.

Caso che taluno abbia sospetto che un altro voglia attentare all'onore di sua moglie.

A queste prescrizioni aggiungiamo pure che se taluno sospettando un altro attentare alla castità di sua moglie *gli avesse mandato tre ammonizioni in iscritto*

Digitized by Google

bentes testimonia trium virorum fide dignorum, et post has tres ex scripto contestationes invenerit eum convenientem suae uxori: siquidem in sua domo, aut ipsius uxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis: esse licentiam marito propriis manibus talem perimere nullum periculum ex hoc formidanti. Si vero in alio loco talem invenerit cum sua uxore loquentem: non minus tribus testibus fide dignis convocatis per quos probare possit, quod eum cum sua uxore comperit: iudici tradere crimina examinanti. Illum vero pro veritate cognoscentem post tres ex scripto contestationes cum tali mulieri eum inventum talem quidem tanquam ex hoc solo adulterii crimini subiacentem, nulla alia ratione quaesita punire: licentiam autem exequi crimen.

§. 1. Quia vero ita comperiuntur aliqui impii, ut etiam in venerandis domibus praesumant in talibus se miscere sceleribus, et ibi de peccatis tractare, ubi consueverunt Deum timentes, peccatorum veniam postulare: iubemus, ut si quis talis inveniatur in locis venerabilibus alienae uxori, de qua in suspicione est, post tres (sicut dictum est) contestationes loqui, licentiam esse eius marito utrasque personas defensori ecclesiae aut aliis clericis tradere: ut ad eorum periculum divisim isti serventur, donec iudex hoc cognoscens mittat ad episcopum civitatis, quatenus ei isti tradantur, ut debeant sustinere tormentum secundum leges quae interdicunt adulteros a sanctissimis ecclesiis vindicari: nullam neque in hoc aliam iudice quaerente de adulterio probationem, nisi tres s icuti iam supra diximus) contestationes, his enim tribus contestationibus ostensis, omnibus modis illi sicuti adulteri punientur. Non enim debent huiusmodi personae in venerabili loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt: nam si eos qui alibi rapinas mulierum, aut adulteria committunt, et ad orationum domos confugiunt, ab eis vindicari nostrae leges non sinunt: quomodo illis qui in ipsa ecclesia tale scelus studuerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex ecclesiasticis terminis invenire: sed omnibus modis iudicibus eos tradi, et poenam sustinere qua digni sunt, qui sanctissima loca violare praesumunt. Quis enim ibi delinquit, ubi salutem petat? Et generaliter disponimus, ut si quis invenerit suam uxorem aut filiam aut neptem, aut sponsam invenerandis locis cum aliquo loquentem, et suspicatus fuerit turpis gratia causae eos colloqui: tradat eos defensori, aut aliis sanctissimae eius ecclesiae clericis, ut ipsi suo periculo utrasque personas divisim tandiu custodiant, donec iudex eos accipiat, et secundum leges causas decernat.

EPILOGUS.

+. Quae igitur per praesentem et in perpetuum valituram legem nostra definivit tranquillitas, in omnibus praedictis casibus valere volumus: nisi tamen nondum aut iudiciali decreto, aut amicabili conven-

alla presenza di tre testimonii degni di fede, e dopo queste tre denuncie lo avesse trovato con sua moglie od in sua casa, od in quella della moglie, od in quella dello stesso adultero o nelle osterie, o nei luoghi suburbani, lo potrà impunemente uccidere colle proprie mani. Se poi lo trovasse in altro luogo, mentre parla a sua moglie, chiamati non meno di 3 testimonii degni di fede, comprovare il fatto di averlo trovato assieme con sua moglie, denuncierà al giudice il delitto. Il giudice a cui risulterà che dopo tre ammonizioni in iscritto quel tale fu trovato assieme colla detta moglie, lo punirà, senza esigere altre prove, alla pena degli adulteri.

§. 1. E poichè vi sono alcuni empii che osano commettere tali delitti nelle chiese e stabilire colloquii onde commettere peccati in quei luoghi stessi ove i timorosi di Dio domandano perdono dei loro trascorsi, prescriviamo che se taluno si trovasse in tali venerabili luoghi in colloquio con una moglie altrui caduta in sospetto dopo le dette tre denuncie, il marito possa consegnare sì l'uno che l'altro al difensore della Chiesa ed agli altri chierici onde vengano custoditi sotto la loro responsabilità, fino a che il giudice che fa cognizione dell'affare li mandi al vescovo della città onde siano assoggettati alle pene portate dalle leggi, le quali non concedano agli adulteri l'immunità per essere nelle chiese. Il giudice non dovrà ricercare altre prove onde ritenere essere stato commesso l'adulterio, qualora però come dicemmo, siano state fatte le tre ammonizioni. E diffatti, le dette persone non potranno esser difese dalla santità dei luoghi, luoghi da essi profanati col loro delitto; poichè le nostre leggi non concedano l'immunità a coloro che rapiscono donne e commettono adulterio, e si rifugiano nei santi luoghi. E come mai coloro i quali osarono commettere tali delitti nella stessa santissima chiesa, potranno sperare protezione dai limitari della medesima? Quindi essi dovranno assolutamente essere consegnati ai giudici onde far loro sopportare la pena che si meritarono avendo essi profanato i santissimi luoghi. E, diffatti come mai si può ottenere salvezza da quel luogo stesso nel quale è stato commesso il delitto? Quindi in termini generali prescriviamo che quegli il quale trovasse sua moglie, sua figlia, sua nipote, la sua sposa in colloquio con alcuno nei venerandi luoghi, avendo sospetto che tale colloquio sia per fine turpe, li consegnerà al difensore ed agli altri chierici della santissima chiesa, affinchè questi custodiscano le dette persone sotto propria responsabilità fino a che il giudice li riceva e giudichi la causa a norma delle leggi.

EPILOGO.

Laonde prescriviamo che le disposizioni contenute nella presente legge, la quale dee avere perpetuo vigore debbano essere osservate in tutti i detti casi: qualora per altro non fossero stati assopiti o da giu-

Digitized by Google

tione decisa sunt:quae suum robur habere sancimus. Gloriosa igitur et eminentissima auctoritas tua in hac quidem inclyta civitate edictis propositis ad notitiam perducat universorum: in provinciis autem per praecepta ad clarissimos provinciarum iudices destinata haec omnibus facere manifesta festinet:ut nullus penitus ignoret, quae pro utilitate nostrorum collatorum a nobis disposita sunt: ita tamen,ut omnibus per propria praecepta pronuntiet:quatenus sine quolibet iniusto dispendio nostris collatoribus praesentis legis fiat insinuatio. Dat. xv. Kal. Ian. Dom. Iust PP. Agust. Anno xv. Basil. V. C. Cons.

TIT. I.

De heredibus ab intestato venientibus, et de agnatorum iure sublato.

NOVELLA CONSTIT. CXVIII.

Imperator Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo prefecto sacrorum praetoriorum Orientis.

PRAEFATIO.

Plurimas et diversas leges veteribus temporibus prolatas invenientes, per quas non iuste differentia ab intestato successionis inter cognatos ex masculis et foeminis introducta est, necessarium esse perspeximus,omnes simul ab intestato cognationum successiones per praesentem legem clara compendiosaque divisione disponere: itaque prioribus legibus pro hac causa positis vacantibus, de caetero ea sola servari, quae nunc constituimus. Quia igitur omnis generis ab intestato successio tribus cognoscitur gradibus, hoc est, ascendentium, et descendentium, et ex latere: (quae in agnatos cognatosque dividitur) primam esse disponimus descendentium successionem.

CAP. I.

De descendentium successione.

Si quis igitur descendentium fuerit ei qui intestatus moritur, cuiuslibet naturae aut gradus, sive ex masculorum genere,sive ex foeminarum descendens, et sive suae potestatis,sive sub potestate sit: omnibus ascendentibus et ex latere cognatis praeponatur. Licet enim defunctus sub alterius potestate fuerit: tamen eius filii, cuiuslibet sexus sint aut gradus,etiam ipsis parentibus praeponi praecipimus quorum sub potestate fuerit, qui defunctus est, in illis videlicet rebus,quae secundum nostras alias leges patribus non acquiruntur. Nam in usu harum rerum qui debet acquiri, aut servari nostras de his omnibus leges parentibus custodimus: sic tamen, ut si quem horum descendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios aut filias, aut alios descendentes, in proprii parentis locum succedere, sive sub potestate defuncti,sive suae potestatis inveniantur:tantam de hereditate morientis accipien'es partem,quanticumque sint, quantam eorum parens si viveret, habuisset: quam successionem in stirpes vocavit antiquitas. In

diziale decreto o da amichevole componimento, dovendo questo decreto o componimento avere il suo effetto; quindi la gloriosa ed eminentissima autorità tua le renderà a tutti manifeste in quest'inclita città, mediante i proprii editti, e le comunicherà mediante precetti nelle provincie ai chiarissimi giudici, i quali le renderanno pubbliche: e ciò affinchè niuno ignori le nostre deliberazioni tendenti alla comune utilità dei nostri soggetti. Tutti poi dovranno pubblicarle mediante i proprii ordini, affinchè la presente legge venga comunicata ai nostri soggetti senza spesa. Data ai diciotto di dicembre, anno decimoquinto dell' impero di Giustiniano, sotto il consolato di Basilio.

TITOLO I.

Degli eredi che vengono ab intestato e della abolizione del gius degli agnati.

NOVELLA COSTITUZIONE CXVIII.

L'imperatore Giustiniano Augusto a Pietro Gloriosissimo prefetto degl'imperiali pretorii d'oriente.

PREFAZIONE.

Trovando ben molte, e diverse leggi negli antichi tempi promulgate,mercè le quali con poca giustizia fu introdotta una differenza riguardo alla successione intestata tra' cognati maschi e femmine, noi credemmo necessario di fare colla presente legge brevi e chiare disposizioni relativamente alle successioni dei cognati; di modo che, abolite le antiche leggi in proposito, in avvenire si dovrà osservare soltanto quello che colla presente legge fermiamo. Perchè dunque tre sono i gradi delle successioni intestate dei cognati, cioè degli ascendenti, discendenti e collaterali (la quale successione si divide tra quella degli agnati e quelli dei cognati) ordiniamo che la prima successione sia quella dei discendenti.

CAPO I.

Della successione dei discendenti.

Se dunque quegli che muore intestato avrà un discendente sia maschio o femmina,di qualsiasi grado, vale a dire, tanto se discende da maschio o da femmina,tanto di proprio dritto che sotto podestà altrui, venga costui anteposto a tutti gli ascendenti e cognati collaterali. Perchè quantunque il defunto fosse sotto podestà altrui, tuttavia, i di lui figli, maschi o femmine, o di qualsiasi grado, dovranno essere preposti anche ai genitori del defunto, sotto la podestà dei quali egli si trovava, riguardo a qualche cosa che giusta le nostre leggi, non rispettano ai genitori. Riguardo all'usufrutto di tali cose, dovranno osservarsi le nostre leggi in proposito; di modo però che se morisse alcuno di questi discendenti lasciando discendenti, questi siano maschi o femmine, od anche succederanno in luogo del loro genitore, tanto s'erano sotto la podestà del defunto,quanto se sono di proprio dritto: e la loro porzione (che dovrà dividersi tra di essi) sarà quella che avrebbe dovuta appartenere al loro genitore, qualunque sia il loro numero,

Digitized by Google

hoc enim ordine gradum quaeri nolumus: sed cum filiis et filiabus ex praemortuo filio aut filia, nepotes vocari sancimus: nulla introducenda differentia sive masculi, sive foeminae sint, et seu ex masculorum seu foeminarum prole descendant, sive suae potestatis sive sub potestate sint constituti. Et haec quidem de successionibus descendentium disposuimus. Consequens autem esse perspeximus et de ascendentibus constituere, quomodo ad descendentium successionem vocentur.

CAP. II.

De ascendentium successione.

Si igitur defunctus descendentes quidem non relinquat heredes, pater autem aut mater, aut alii parentes, ei supersint, omnibus ex latere cognatis hos praeponi sancimus, exceptis solis fratribus ex utroque parente coniunctis defuncto, sicut per subsequentia declarabitur. Si autem plurimi ascendentium vivunt, hos praeponi iubemus, qui proximi gradu reperiuntur, masculos et foeminas, sive paterni, sive materni sint. Si autem eundem habeant gradum, ex aequo inter eos haereditas dividatur: ut medietatem quidem accipiant omnes a patre ascendentes quanticunque fuerint: medietatem vero reliquam a matre ascendentes, quantoscunque eos inveniri contigerit. Si vero cum ascendentibus inveniantur fratres aut sorores ex utrisque parentibus coniuncti defuncto: cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur; si et pater aut mater fuerint, dividenda inter eos quippe hereditate secundum personarum numerum, uti et ascendentium et fratrum singuli aequalem habeant portionem: nullam usum ex filiorum aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitus vindicare, quoniam pro hac usus portione, hereditatis ius et secundum proprietatem per praesentem dedimus legem: differentia nulla servanda inter personas istas, sive foeminae, sive masculi fuerint, qui ad hereditatem vocantur: et sive per masculi, sive per foeminae personam copulantur: et sive suae potestatis, sive sub potestate fuerit is, cui succedunt. Reliquum est ut tertium ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, et in agnatos et cognatos dividitur: ut etiam hac parte disposita, undique perfecta lex inveniatur.

CAP. III.

De successione ex latere venientium.

Si igitur defunctus neque descendentes neque ascendentes reliquerit, primos ad hereditatem vocamus fratres et sorores ex eodem patre et ex eadem matre natos: quos etiam cum patribus ad hereditatem vocavimus. His autem non existentibus, in secundo ordine illos fratres ad hereditatem vocamus, qui ex uno parente coniuncti sunt defuncto, sive per patrem solum, sive per matrem. Si autem defuncto fratres fuerint, et alterius fratris aut sororis praemortuorum filii, vocabuntur ad hereditadovendosi fare la divisione per istirpi, come la chiamavano gli antichi. Qualora i figli o le figlie del figlio o della figlia fossero premorti, dovranno chiamarsi a' nipoti, senza differenza di sesso, e senza pure distinguere se discendano da prole di sesso mascolino o di sesso femminino, o se sieno di proprio dritto o sotto podestà altrui. Queste sono le prescrizioni relativamente alla successione dei discendenti. Fatte queste prescrizioni circa le successioni degli ascendenti, passeremo alla successione dei discendenti.

CAPO II.

Della successione degli ascendenti.

Se dunque un defunto non lascia eredi discendenti ordiniamo che il padre o la madre od altri ascendenti che gli sopravvivano, preferiti siano a tutti i collaterali cognati, ad eccezione dei soli fratelli congiunti al defunto mediante ambedue i suoi genitori, come verrà dichiarato in seguito. Se sopravvivano più ascendenti, saranno preferiti quelli che sono nel grado più prossimo, sieno maschi o femmine o per parte del padre o per parte della madre. Nel caso che tutti fossero in egual grado, l'eredità si dividerà tra essi in parte eguali in modo però che gli ascendenti per parte della madre abbiano la metà della sostanza, qualunque sia il loro numero, e gli ascendenti per parte del padre abbiano l'altra metà. Che se oltre gli ascendenti si trovassero fratelli o sorelle congiunti al defunto per mezzo di ambedue i suoi genitori, essi concorreranno all'eredità assieme con gli ascendenti più prossimi in grado; e se esistono il padre e la madre l'eredità dovrà dividersi secondo il numero delle persone, di modo che gli ascendenti prossimi ed i fratelli del defunto abbiano una porzione eguale. Il genitore non potrà pretendere in tal caso l'usufrutto per la porzione dei figli o delle figlie, poichè colla presente legge gli abbiamo dato il gius di eredità e la proprietà invece del detto usufrutto. Non si dovrà fare alcuna differenza tra le persone di sesso maschile o femminino che sono chiamate alla successione, o se sono in parentela al defunto mediante persone di sesso maschile o femminile, o se sono di proprio dritto, ovvero se erano sotto la podestà di quello al quale succedono. Resta ora di fare alcune disposizioni circa il terzo ordine che chiamasi dei collaterali e si divide in agnati e cognati, affinchè ordinato il tutto, la legge riesca perfetta.

CAPO III.

Della successione dei collaterali.

Se dunque il defunto non avrà lasciati nè discendenti nè ascendenti, chiamiamo in primo luogo alla eredità i fratelli e le sorelle che nacquero da uno stesso padre e dalla stessa madre, i quali sono anche chiamati all'eredità assieme coi genitori. Non esistendo tali fratelli saranno prima chiamati all'eredità quei fratelli che sono congiunti al defunto col mezzo di un solo dei suoi genitori, vale a dire, mediante il solo padre o mediante la sola madre. Se poi al defunto sopravvivessero fratelli figli d' un altro fratello o

Digitized by Google

tem isti cum de patre et matre thiis masculis et foeminis: et quanticumque fuerint, tantam ex hereditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus esset accipere, si superstes esset. Unde consequens est, ut si forte praemortuus frater, cuius filii vivunt, per utrunque parentem nunc defunctae personae iungebatur, superstites autem fratres per patrem solum forsan, aut matrem ei iungebantur: praeponantur istius filii propriis thiis, licet in tertio sint gradu, (sive a patre, sive a matre sint thii, et sive masculi sive foeminae) sicut eorum parens praeponeretur si viveret. Et ex diverso siquidem superstes frater, exutroque parente coniungitur defuncto, praemortuus autem per unum parentem iungebatur: huius filios ab hereditate excludimus sicut ipse, si viveret, ab hereditate excludebatur. Huiusmodi vero privilegium in hoc ordine cognationis solis praebemus fratrum masculorum et foeminarum filiis aut filiabus, ut in suorum parentum iura succedant. Nulli enim alii omnino personae ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur. Sed et ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis iudicantur thiis masculis et foeminis, sive paterni, sive materni sint. Si autem cum fratribus defuncti etiam ascendentes (sicut iam diximus) ad hereditatem vocantur: nullo modo ad successionem ab intestato fratris aut sororis filios vocari permittimus: neque si ex utroque parente eorum pater aut mater defuncto iungebatur. Quandoquidem igitur fratris et sororis filiis tale privilegium dedimus, ut in propriorum parentum succedentes locum, soli in tertio constituti gradu, cum iis qui in secundo gradu sunt, ad hereditatem vocentur, illud palam est, quia thiis defuncti masculis et foeminis, sive a patre sive a matre, praeponuntur, si etiam illi tertium cognationis similiter obtineant gradum.

§. 1. Si vero neque fratres, neque filios fratrum (sicut diximus) defunctus reliquerit, omnes deinceps a latere cognatos ad hereditatem vocamus, secundum uniuscuiusque gradus praerogativam, ut viciniores gradu, ipsi reliquis praeponantur, si autem plurimi eiusdem gradus inveniantur, secundum personarum numerum inter eos hereditas dividatur: quod in capita nostrae leges appellant.

CAP. IV.

De agnatorum iure in hereditate sublato.

Nullam vero volumus esse differentiam in quacunque successione aut hereditate inter eos, qui ad hereditatem vocantur, masculos ac foeminas, quos ad hereditatem communiter definivimus vocari sive per masculi, sive per foeminae personam defuncto iungebantur: sed in omnibus sucessionibus agnatorum cognatorumque differentiam vacare praecipimus, sive per foemineam personam, sive per emancipationem, sive per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur, et omnes sine qualibet huiusmodi differentia, secundum proprium cognationis gradum

sorella premorti, questi saranno chiamati coi loro zii paterni o materni, siano maschi o femmine, e qualunque sia il loro numero, si dividerà tra di essi quella porzione che avrebbe appartenuto al loro genitore, se fosse sopravvissuto. Viene quindi di conseguenza che se morì un fratello (lasciando figli), il quale era unito alla persona defunta per mezzo di ambedue i genitori, e gli altri fratelli sono uniti allo stesso defunto mediante il solo padre o la sola madre, i figli del primo fratello, saranno anteposti agli zii e alle zie paterni o materni, benchè sieno in terzo grado come sarebbe preposto il loro genitore se avesse sopravvissuto. Viceversa s'è superstite un fratello congiunto al defunto per parte di ambedue i genitori, ed il fratello premorto si univa allo stesso defunto per parte d'un solo genitore, i figli di quest' ultimo saranno esclusi dall'eredità, come sarebbe egli stesso escluso in caso che fosse sopravvissuto. Tale privilegio viene da noi concesso in quest' ordine di cognazione ai soli figli o figlie di fratelli maschi o femmine, come succedenti nei dritti dei loro genitori: non concedendolo noi a nessun'altra persona di questo ordine. Ma questo beneficio viene da noi conferito anche ai figli dei fratelli allorquando sono chiamati assieme coi proprii zii maschi o femmine, siano paterni, siano materni. Se poi assieme coi fratelli del defunto sono chiamati all' eredità anche ascendenti, i figli del fratello o della sorella non saranno in alcun modo chiamati alla successione intestata, neppure nel caso in cui il loro padre o madre fosse congiunto al defunto per parte di padre e di madre; poichè avendo noi dato tale privilegio ai figli del fratello o della sorella, di modo che succedano in luogo dei proprii genitori soltanto quelli che sono costituiti in secondo grado: è manifesto che vengono preposti agli zii del defunto maschio o femmine, paterni o materni, ancorchè fossero in terzo grado.

§. 1. Che se il defunto non avesse lasciato nè fratelli nè figli di fratelli, saranno chiamati alla successione i cognati, secondo la prerogativa del grado di ciascuno, di modo che i più prossimi in grado siano preposti agli altri. Nel caso poi che si trovassero più cognati dello stesso grado, l' eredità dovrà dividersi tra di essi secondo il numero delle persone; divisione, che dalla legge è chiamata per capi.

CAPO IV.

Dell' abolito diritto degli agnati nell' eredità.

Vogliamo poi, che trattandosi di successione o di eredità, non vi sia fatta differenza tra sesso maschile e sesso femminile riguardo quelli che vi sono chiamati, ammettendoli tutti all' eredità tanto se congiunto al defunto mediante persona di sesso maschile, quanto mediante persona di sesso femminile. Resta quindi abolita riguardo a tutti i successori la differenza degli agnati e dei cognati non distinguendo persone di sesso femminile, emancipati o meno od ammettendo altra distinzione portata dalle antiche leggi. Laonde tutti, tolta ogni differenza, saranno ammessi

Digitized by Google

ad cognatorum successionem ab intestato venire praecipimus.

CAP. V.

De legitima tutela liberorum, et de matre et avia.

Ex his autem quae de hereditate diximus et disposuimus: et quae de tutela sunt, manifesta consistunt. Sancimus enim unumquemque secundum gradum et ordinem, quo ad hereditatem vocatur, aut solum, aut cum aliis, etiam functionem tutelae suscipere: nulla neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum seu cognatorum iure: sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, quique ex masculorum, quique ex foeminarum prole descendunt minori coniuncti. Haec autem dicimus si masculi et perfectae aetatis sint, et nulla lege prohibeantur tutelam suscipere, neque excusatione competente sibimet utantur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelae subire officium, nisi mater aut avia fuerit. His enim solis secundum hereditatis ordinem et tutelam subire permittimus, si inter gesta et nuptiis aliis et auxilio Velleiani senatusconsulti renuntiant. Haec enim servantes, omnibus a latere cognatis quo ad tutelam praeponuntur, testamentariis solis tutoribus praecedentibus eas, defuncti namque voluntatem et electionem praeponi volumus. Si autem plurimi eundem cognationis gradum habentes ad tutelam vocantur: iubemus communiter convenientibus apud iudicem, cui huius partis solicitudo est, unum aut plures, quanti ad gubernationem substantiae sufficiant, ex ipsis eligi, et denunciari, et cum vel eos minoris res gubernare: tutelae periculo omnibus imminente qui ad tutelam vocantur, et substantiis eorum minori aetate tacitae subiacentibus pro huiusmodi gubernatione.

CAPO VI.

De vi et potestate huius constitutionis in personis et in rebus.

Haec autem omnia quae de successionibus generis sancivimus, obtinere in illis volumus qui catholicae fidei sunt: in haereticis enim iam a nobis positas leges firmas esse praecipimus, nullam novitatem aut immutationem ex praesenti introducentes lege. Quae igitur per hanc constitutionem in perpetuum observandam sancivit nostra tranquillitas, in illis volumus obtinere casibus, qui a principiis Iulii mensis praesentis sextae indictionis seu evenerunt, seu posthac emerserint, Praecedentes namque casus qui usque ad memoratum tempus pertransierunt, secundum veteres leges decidi praecipimus.

EPILOGUS.

+. Tua igitur gloria, per praesentem legem a nobis disposita, ad omnium cognitionem venire procuret: in hac quidem regia civitate edictis consuete propositis: in provinciis autem praeceptis dirigendis ad clarissimos praesides earum: ut nulli nostri imperii subiectorum sit ignota nostrae circa eos mansue-

alla successione intestata dei cognati secondo il proprio di cognazione.

CAPO V.

Della legittima tutela dei discendenti, e della madre e dell' ava.

Da queste cose poi, che sull' eredità abbiamo detto e disposto, si svolgono anche quelle che riguardano la tutela. Poichè prescriviamo che ciascuno, giusta il proprio grado ed ordine con cui è chiamato all'eredità debba assumere la tutela o solo od assieme con altri senza fare alcuna distinzione tra agnati e cognati. Perciò tutti quelli che sono congiunti in parentela al minore dovranno essere chiamati alla tutela tanto se discendono da maschi, quanto se discendono da femmine. Saranno poi chiamati alle tutele qualora siano in età maggiore, dovendola essi sostenere senza potersi prevalere di alcuna scusa. Le donne non saranno ammesse alla tutela, ad eccezione della madre e dell' ava, dovendo queste sole assumerla secondo l' ordine della successione, qualora con pubblico atto rinuncino a nuovo matrimonio ed al senatoconsulto Velleiano. Non vi sarà però luogo a questi legittimi tutori qualora siano stati dati tutori col testamento, poichè noi vogliamo che sia adempita la volontà del defunto, ed osservata la di lui scelta. Qualora poi più persone per avere lo stesso grado di cognazione, fossero simultaneamente chiamate alla legittima tutela, il giudice dovrà scegliere una o più tra esse, vale a dire un numero sufficiente all' amministrazione della sostanza, e quelle che saranno scelte dal giudice dovranno assumerla sotto responsabilità di tutti coloro che sono chiamati alla tutela dovendo essere tacitamente obbligate le loro sostanze.

CAPO VI.

Della forza, e del vigore di questa costituzione quanto alle persone ed alle cose.

Queste cose poi tutte, che abbiamo disposte intorno alle successioni di parentela, dovranno applicarsi a quelli che professano la fede cattolica; restando nel loro vigore le disposizioni delle nostre leggi circa gli eretici, disposizioni che dalla presente costituzione non dovranno ricevere nè innovazione, nè immutazione. Vogliamo dunque che le prescrizioni contenute in questa costituzione che dovrà osservarsi in perpetuo, si applicheranno a quei casi che principiando del mese di luglio della presente sesta indizione od avvennero od avverranno. Perchè vogliamo, che i casi anteriori a quest' epoca dovranno decidersi secondo le disposizioni delle antiche leggi.

EPILOGO.

Dunque la tua gloria procuri di fare a tutti manifeste le disposizioni contenute in questa nostra legge pubblicandole in questa regia città mediante i soliti editti e comunicandole nelle provincie ai chiarissimi presidi delle medesime, di modo che non restino sconosciute a niuno dei soggetti al nostro impero le cure

Digitized by Google

tudinis providentia: ita tamen, ut sine omni dispendio civium, aut provincialium, in omni loco praesentis legis fiat insinuatio. Dat. VII. Kal Aug Septimiliario in novo palatio DN. Iustin. PP. Aug. Imperii eius Anno XVIII, post consulatum Basilii V. C. Anno tertio.

TIT. II.

Ut sponsalitia largitas specialis sit contractus: et de diversis capitulis.

NOVELLA CONSTIT. CXIX.

Imperator Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto.

CAP. I.

Donatio propter nuptias insinuanda non est.

Sponsalitiam largitatem contractum specialem esse, et iudicari, et non aliis donationibus eam connumerari per praesentem sancimus legem: quoniam pro ea aequalitas dotis offertur. Sive igitur fiat sub gestis monumentorum eius insinuatio, sive etiam non: iubemus eam per omnia suum robur habere tam apud mulierem quam apud virum sive ab ipso viro, sive ab altero aliquo mulieri detur seu conscribatur, vel inviri personam donatio fiat quatenus ipsas res in nuptialem donationem conscribat. Et hoc valere praecipimus cuiuscunque sit donatio quantitatis, vel si non (sicuti dictum est) insinuetur.

CAP. II.

Minor in testamento servos manumittere potest.

Et hoc quoque praesenti constitutione sancimus: ut licentia sit minoribus in ipso tempore, in quo licet eis testari de alia substantia, etiam suos servos in ultimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento aetatis faciendo: sed vacante lege quae hoc primitus prohibebat.

CAP. III.

Ut non aliter credatur instrumento de altero instrumento facienti mentionem, quam si idipsum proferatur.

Et hoc insuper iubemus, ut si quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documenti: nullam ex hac memoria fieri exactionem, nisi aliud documentum cuius memoria in secundo facta est, proferatur: aut alia secundum leges probatio exhibeatur: quia et quantitas cuius memoria facta est, pro veritate debetur: hoc enim etiam in veteribus legibus invenitur.

CAP. IV.

De appellationibus.

Hoc quoque sancimus: ut si quando appellatione sequuta, in novissima induciarum die, aut pars utraque, aut solus qui appellatione usus est, occurrerit, et suam praesentiam manifestaverit iudici, futuro appellationis examinare iudicium, aut consiliariis eius, aut qui lites intromittunt, et iudex eum in definitis diebus suscipere differat: nullum praeiudicium partibus aut uni earum ex hoc penitus fieri, sed et

che abbiamo pei medesimi. Tale pubblicazione però dovrà farsi da per tutto senza alcun dispendio dei cittadini o dei provinciali. Data ai 26 di luglio nel nuovo palazzo dell'imperatore Giustiniano sette miglia lontano da Costantinopoli, nell'anno decimottavo dell'impero dello stesso augusto imperatore, padre della patria, e nell'anno terzo dopo il consolato di Belisario uomo illustre.

TITOLO II.

Che la donazione sponsalizia sia come un contratto speciale, e di articoli diversi.

NOVELLA COSTITUZIONE CXIX.

L'imperatore Giustiniano Augusto a Pietro gloriosiss. prefetto dei pretorii d'oriente.

CAPO I.

La donazione a causa di nozze non è da insinuarsi.

Con la presente legge disponiamo, che la donazione a causa di nozze formi un contratto *sui generis*, e sia riputata come un contratto speciale e che non debba annoverarsi tra le altre donazioni: poichè essa eguaglia la dote. Laonde tanto se si fa l'insinuazione, quanto se meno, ordiniamo, che la detta donazione sia valida sì risguardo al marito che riguardo alla moglie, tanto se viene costituita dallo stesso marito, quanto se viene data da un altro alla moglie. Tali donazioni saranno valide, qualunque sia la loro quantità, e quantunque non siano state insinuate.

CAPO II.

Il minore può manumettere i servi nel testamento.

E colla costituzione presente ordiniamo dippiù, che i minori nel tempo in cui possono testare circa la loro sostanza possano anche manomettere i loro servi colle loro disposizioni testamentarie, senza che possa essere ad essi di ostacolo la minore età: dovendo abolirsi l'antica legge che non permetteva ciò.

CAPO III.

Che non altrimenti debbasi prestar fede ad un documento che fa menzione di un altro se non quando venga prodotto anche questo documento.

Ed inoltre prescriviamo che se un documento fa menzione di un altro documento, non si possa esigere alcuna cosa in base di tale menzione, se non qualora si produca il documento menzionato, ovvero si adducano altre prove legali, essere veramente dovuta la somma di cui si fa memoria: sendo questa una massima delle antiche leggi.

CAPO IV.

Degli appelli.

Ordiniamo ancora, che se interposta l'appellazione nell'ultimo giorno del termine l'una e l'altra parte o quella sola che la interpose si presentasse in giudizio ed annunciasse la sua presenza al giudice futuro dell'appellazione ch'esamina l'affare, od ai di lui consiglieri, od a coloro che s'intromettono nelle liti, ed il giudice non l'ascoltasse entro questo residuo termine, ciò non rechi pregiudizio alcuno alle

Digitized by Google

post hoc examinari appellationes huiusmodj, et sententia legitima terminari.

CAP. V.

De retractationibus sententiarum P. Praetorio.

Aliud ad hoc capitulum nostra indigens providentia prospeximus emendare, quia enim nostrae leges decernunt, *si quando gloriosissimi praefecti sacrorum praetorium sententiam protulerint, nullam appellationem adversus eam offerri:* sancimus, quoties sententia gloriosissimorum praefectorum cuiuscunque regionis proferatur, et unus forsan litigantium putaverit se gravari, habere eum licentiam petitionem offerre gloriosissimis praefectis qui sententiam protulerunt, aut eorum consiliariis, aut causas introducentibus, intra decem dierum inducias post prolatam sententiam: ut hoc subsecuto, non aliter executioni sententia contradatur, nisi prius fideiussiones dignas praebuerit victrix pars, *tantae quantitatis, quantae fuit condemnatio: ut si post hanc retractationem modo legitimo procedente sententia resolvatur, res ei cum augmentis legitimis restituatur.* Si vero intra memoratas decem dierum inducias post prolatam sententiam non obtulerit libellum is qui putat se laesum: iubemus causae executionem sine fideiussore procedere, retractationis iure servando illi qui se gravatum putaverit.

CAP. VI.

Si minor vigintiquinque annis restitutionem adversus aditionem hereditatis petere voluerit.

Ad haec quoque sancimus: ut si contigerit minores velle se abstinere ab hereditate in se devoluta, et a se suscepta: si quidem omnes creditores praesentes fuerint in illis locis, in quibus in integrum restitutio postulatur, vocentur a iudice creditores: et praesentibus omnibus, ab huiusmodi hereditate se minores abstineant. Si vero omnes aut aliqui creditorum absentes fuerint: iubemus minores volentes hoc agere, locorum iudicem, in quibus ipsi degunt, adire: illum vero per consuetas citationes vocare creditores: et si intra spatium trium mensium nusquam appareant creditores, licere minoribus sine periculo ab huiusmodi hereditate abscedere: iudice providente, apud quem agitur in integrum restitutio, ubi debeant hereditariae res mobiles et immobiles custodiri: quantitate quippe harum, publica descriptione sub gestis monumentorum manifestanda.

CAP. VII.

De praescriptionibus, alias. De mala fide possessoris res alienantis.

Rursus sancimus ut si quis mala fide rem possidens aut per venditionem, aut per donationem, aut aliter hanc rem alienet: qui vero putat easdem res competere sibi, hoc agnoscens, intra decem annos inter praesentes, et viginti inter absentes, non contestatus

parti o ad una di esse: ma che l'appellazione debba essere esaminata e decisa con legittima sentenza.

CAPO V.

Della ritrattazione delle sentenze del prefetto del pretorio.

Abbiamo sotto questo capitolo ravvisata un' altra cosa che debba essere emendata con qualche nostro provvedimento. Poichè le nostre leggi prescrivono che nel caso in cui i gloriosissimi prefetti degl'imperiali pretorii pronunciano sentenza non abbia luogo appellazione, perciò noi colla presente legge fermiamo che allorquando i gloriosissimi prefetti del pretorio di qualsiasi luogo hanno pronunciato sentenza ed uno dei litiganti si crede dalla medesima gravato, egli possa insinuare il gravame presso quegli stessi gloriosissimi prefetti che pronunciarono la sentenza od ai loro consiglieri od a quelli che introducono le cause entro il termine di dieci giorni dopo l'intimazione della medesima sentenza. Interposta l'appellazione, la parte vincitrice non potrà ottenere l'esecuzione della sentenza se prima non presti idonea fideiussione della somma portata dalla sentenza, affinchè nel caso in cui venisse ritrattata nei modi legittimi, sia restituita la somma stessa con gl'interessi. Che se la parte la quale si crede gravata non insinua l' atto di appellazione entro il detto termine di dieci giorni; prescriviamo che venga data esecuzione alla sentenza senza bisogno di fideiussione, riservando il dritto di ritrattazione alla parte che si crede gravata.

CAPO VI.

Se un minore di venticinque anni vorrà domandare la restituzione contra l'adizione dell'eredità.

Dippiù disponiamo ancora che se ciò avverrà, che un minore volesse astenersi da una eredità devolutagli ed adita, vengano dal giudice chiamati i creditori qualora trovansi in quei luoghi nei quali si domanda la restituzione e che i minori si astengano dall'eredità. Se poi tutti od alcuni dei creditori sono assenti, prescriviamo che i minori i quali vogliono astenersi dall'eredità, ricorrano al giudice dei luoghi nei quali essi trovansi, il quale, mediante le solite citazioni, chiamerà i creditori e se entro il termine di tre mesi non si presentasse alcun creditore, i minori potranno, senza incorrere in alcun pericolo, astenersi dall'eredità. Sarà poi cura del giudice presso il quale trattasi della restituzione in intiero, di determinare ove debbansi custodire le cose mobili ed immobili, esigendo un pubblico inventario delle medesime.

CAPO VII.

Delle prescrizioni. In altri termini: del possessore di mala fede che aliena le cose.

Di bel nuovo prescriviamo che nel caso in cui taluno possedendo in mala fede una cosa la alieni o mediante vendita o mediante donazione od in altro modo se quegli il quale crede competergli la detta cosa, venendo in cognizione di tale alienazione, non

Digitized by Google

fuerit secundum leges emptorem, aut donationem accipientem, aut illum ad quem res alio quolibet modo translatae sunt: eum qui tales res habet, firme eas habere, post decennii videlicet inter praesentes, et vicennii inter absentes decursum. Si autem ignorat vetus alienatarum rerum dominus, et quia res ei: competunt, et quia alienatio facta est: non aliter hunc excludi, nisi per tricennalem praescriptionem non valente dicere eo qui res hoc modo possidet, quia ipse bona fide possidet, quando ipse a mala fide possidente hoc accepit.

Cap. VIII.

De absentibus et praesentibus in decennii praescriptione.

De praescriptione vero decennii hoc ordinare prospeximus, ut si quando quispiam in praedicta decennii temporali praescriptione in quibusdam quidem annis praesens sit, in quibusdam vero absens: alios tantos ei annos super decennium adiici, quantos ex ipso decennio absens fuit. Haec autem omnia quae de temporali praescriptione decrevimus, non in praeteritis, sed in futuris, et tantum post praesentem legem negotiis atque causis valere praecipimus.

Capo IX.

De testatore non cogendo propria manu nomina heredum scribere.

Quia vero ante hanc legem protulimus, *ut testator aut manu propria, aut per testes, nomina heredum scribat in testamento:* agnovimus autem ex huiusmodi subtilitate plurima testamenta destructa, testatoribus non valentibus huiusmodi custodire subtilitatem aut forsan nolentibus scire aliquos suam voluntatem: iubemus licentiam quidem esse volentibus hoc servare in propriis testamentis: si enim hoc non observant, sed secundum priscam consuetudinem testentur, etiam sic firmum testamentum esse sancimus, sive per se aliquis, sive per alterius personam nomen heredis inscripserit: si omnino reliquam legitimam observationem in testamento testator observaverit.

Cap. X.

De rebus immobilibus quae locis venerabilibus pertinent.

Legem vero per quam sanximus non transferri ad alios res quae ad nostram domum ex venerabili ecclesia pervenerunt, vacare sancimus tam in iis, quae iam ad nostram domum legitime pervenerunt, quam quae postea pervenire futura sunt.

Cap. XI.

De lege Falcidia in rebus alienari prohibitis cessante.

Si quando autem aliquis testamentum faciat, et aliquam rem immobilem suae familiae aut alteri cuicunque personae nomine legati reliquerit, et spe-

impedisce entro dieci anni tra presenti e venti tra assenti, il compratore, il donatario o quello che con altro titolo ottenne il possesso della medesima, il possessore validamente la ritenga, scorso che sia il detto termine di dieci anni tra presenti e di venti tra assenti. Se poi l'antico proprietario ignora l'alienazione e competergli la cosa, egli non ne perderà l'azione se non colla prescrizione di trent'anni, non potendo l'attuale possessore allegare ch' egli la possede in buona fede, mentre egli la ricevette da un possessore di mala fede.

Capo VIII.

Degli assenti, e dei presenti nella prescrizione di un decennio.

Intorno poi alla prescrizione di dieci anni abbiamo determinato di prescrivere che allorquando taluno nel decorso di tale prescrizione di 10 anni sia stato per alcuni anni presente o per alcuni altri assente, al termine di dieci anni si debbano aggiungere tutti quegli anni nei quali egli restò assente. Queste determinazioni concernenti la prescrizione dovranno applicarsi non già ai casi passati, ma anche ai futuri, vale a dire a quelli che succederanno dopo la promulgazione di questa legge.

Capo IX.

Del non costringere il testatore a scrivere di propria mano il nome degli eredi.

Perchè pel passato abbiamo noi promulgata una legge portante che il testamento debba scrivere il nome degli eredi o di mano propria o mediante i testimonii, scorgemmo che a causa di questa scrupolosità molti testamenti venivano annullati, non potendo i testatori osservate questa prescrizione, ovvero anche non volendo che altri sapessero la loro volontà. Prescriviamo quindi che i testatori osservino questa formalità, qualora il vogliamo, ma che non siano obbligati ad osservarla onde rendere validi i loro testamenti. Perciò i testamenti saranno validi tanto se il nome dell'erede è stato scritto dallo stesso testatore, quanto se da un'altra persona, qualora per altro siano osservate tutte le altre formalità prescritte pei testamenti.

Capo X.

Delle cose immobili che appartengono ai venerabili luoghi.

Prescriviamo che la legge da noi promulgata portante che non si trasferiscano in altri le cose pervenute alla nostra casa della venerabile chiesa, non abbia alcuna forza, tanto riguardo a quelle cose che in modo legittimo già pervennero alla nostra casa, quanto riguardo a quelle che pervenissero in seguito.

Capo XI.

Della legge Falcidia non applicabile a quelle cose che non si possano alienare.

Allorquando taluno fece testamento e lasciò a titolo di legato una cosa immobile alla sua famiglia o ad altra qualsivoglia persona e disse espressamente che

Digitized by Google

cialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienar, sed aut apud heredes, aut apud successores illius cui relicta est, permanere: in hoc legato iubemus Falcidiam legem locum penitus non habere: quoniam alienationem eius testator ipse prohibuit. Haec autem obtinere praecipimus in illis casibus, qui nondum iudiciali decreto aut per amicabilem conventum, aut quolibet modo legitimo decisi sunt.

EPILOGUS.

+. Eminentia igitur tua, quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquilitas, edictis quidem in hac regia civitate propositis, praeceptis autem ad omnium provinciarum iudices destinatis, ad omnium notitiam venire procuret. Dat. XIII. Kal Febr. CP. Dom. Iustin. PP. Aug. Anno * Basil. Cons.

TIT. III.

De alienatione, et emphyteusi et locatione, et hypothecis, et aliis diversis contractibus in universis locis rerum sacrarum.

NOVELLA CONSTIT. CXX.

Imp. Iust. Aug. Petro gloriosiss. Orientalium praetorium praefecto.

PRAEFATIO.

Multis et diversis legibus super alienationibus, et emphyteutibus, et locationibus, et reliquis administrationibus ecclesiasticarum rerum plantantibus praevidimus omnes praesenti comprehendere lege.

CAP. I.

De alienatione et emphyteusi rerum ecclesiae.

Sancimus itaque nullam habere licentiam ordinatores rerum huius regiae civitatis, sanctissimae maioris ecclesiae, aut orphanotrophii, aut nosocomii, aut xenodochii, aut ptochotrophii, aut alterius venerabilis domus in hac regia civitate, sive in eius finibus constitutae exceptis venerabilibus monasteriis, aut vendere, aut donare, aut commutare, aut subalterno dono dare, aut alio quolibet modo alienare rem immobilem, aut civilem annonam, aut rusticum mancipium: nisi ad imperialem domum commutatio sola facta est: Sed neque (de colonis iuste) dari quidem concedimus. Emphyteuses vero a praedicta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis, et commemoratorum locorum fieri iubemus in personam eius, qui accepit, et aliis duobus deinceps heredibus, et non amplius de fexta parte instantis canonis dimittimus ei qui emphyteusis iure acceperit. De competentibus vero proastiis ipsi sanctissimae maiori ecclesiae, et nominatis venerabilibus domibus in hac regia civitate, aut in eius regione aut mansione constitutis: iubemus, siquidem haec reditus habeant integro canone, ab iis ordinatoribus, qui regunt ipsa venerabilia loca, in emphyteusim secundum praedictum modum accipienti, et aliis duabus successionibus dari, et nullam omnino relevationem, sed augmentum fieri. Si vero non habeant ipsa proastia aliquos omnino reditus: licentiam praebemus ordinato-

questa cosa non si debba alienare, dovendo essa restare presso gli eredi o successori di quello al quale fu lasciata, la legge Falcidia non dovrà assolutamente applicarsi a tale cosa, poichè il testatore proibì la alienazione della medesima. Queste prescrizioni però dovranno aver forza per quei soli casi che non furono ancora decisi o mediante decreto giudiziale od amichevole componimento, od altro modo legittimo qualsiasi.

EPILOGO.

Laonde tua eminenza farà note a tutti le nostre deliberazioni contenute nella presente legge che dee avere perpetua forza, pubblicandola con editti in questa regia città e comunicandola ai giudici di tutte le provincie mediante i proprii ordini. Data al venti di gennaio in Costantinopoli, sotto l' impero di Giustiniano e sotto il consolato di Basilio.

TITOLO III.

Dell' alienazione, dell' enfiteusi, della locazione, delle ipoteche e di altri diversi contratti in tutti i luoghi dei beni sacri.

NOVELLA COSTITUZIONE CXX.

L' Imperatore Giustiniano Augusto a Pietro gloriosissimo prefetto dei pretorii d' Oriente.

PREFAZIONE.

Le fatte molte e diverse leggi da noi fatte sopra le alienazioni, enfiteusi, locazione, ed altri contratti circa i beni ecclesiastici, abbiamo determinato di abbracciarle tutte colla presente legge.

CAPO I.

Dell' alienazione ed enfiteusi dei beni della chiesa.

Sicchè prescriviamo che gli amministratori della santissima maggior chiesa degli ospizii, degli orfani, degli ammalati, dei pellegrini, dei poveri, od altri pii luoghi posti in questa regia città o nel circondario della medesima, ad eccezione dei venerabili monasteri, non possono far vendite, donazioni, permute, rimunerazioni, donazioni o alienazioni a qualsiasi titolo sopra le cose immobili, annone civili o servi rustici pertinenti ai medesimi, qualora non si trattasse di permute coll' imperiale casa. Queste prescrizioni si applicheranno pure ai dritti livellarii. Le enfiteusi costituite dalla predetta santissima maggiore chiesa di questa regia città e degli altri luoghi sopradetti dureranno nella persona di lui che riceve in enfiteusi e negli altri due suoi eredi e non si rimetterà all' enfiteuta più della sesta parte del canone che da principio pagava. Riguardo poi ai redditi detti *proastia* competenti alla stessa santissima maggiore chiesa ed alle dette venerabili case situate in questa regia città o nel suo circondario, prescriviamo che se questi redditi sieno pagati nell' intiero canone vengono costituite le enfiteusi dagli stessi amministratori dei detti venerabili luoghi, giusta il modo anzidetto, nella persona dell' enfiteuta e nelle due di lui successioni senza che possa farsi alcuna diminuzione od aumento. Se poi tali redditi non hanno un determinato canone, gli amministratori dei venerabili

Digitized by Google

ribus venerabilium locorum in alia quantitate hoc (sicut praedictum est) in emphyteusim dare.

§ 1. Si vero contigerit quamlibet rem ex aliquo praedictorum locorum venerabilium emphyteutico iure datam, aut in imperialem domum, aut in sacrum nostrum aerarium, aut in civitatem alienam, aut in curiam, aut in aliquam venerabilem aliam domum pervenire: licentiam praebemus ordinatoribus venerabilium locorum a quibus a principio emphyteusis facta est, mox ut pervenerit in unam praedictarum personarum ipsa emphyteusis, manifestare suam voluntatem intra biennium, et aut ab iis derelinqui eandem rem ad quos pervenit, et annuam pensionem, quae pacto continetur, inferri, aut hoc recipere emphyteusi soluta, eo quod hoc sibi prodesse existimant.

§. 2. Si vero quaedam sunt loca aut ipsi sanctissimae ecclesiae maiori, aut alicui venerabilium domorum competentia, in quibus antiquae habitationes depositae sunt, et ex quibus nullus praebetur reditus: praedictae vero venerabiles domus quibus competunt haec loca, reaedificare non possunt, licentiam damus ipsis ordinatoribus earum in emphyteuses perpetuo iure tradere ipsa loca: ita tamen ut emphyteusis in tertia parte pensionum quae ex habitationibus adhuc stantibus colligebantur, ex principiis temporis emphyteuseos procedat: aut si emphyteuta maluerit, magis sub isto pacto accipiat loca, ut primitus aedificet, et ex adiectis illic per aestimationem pensionibus medietatem partis dari venerabili domui, a qua ipsa loca accepit: et hoc fieri concedimus: utatur ergo uiusmodi emphyteuta, et illic inventa de depositis habitationibus materia.

luoghi potranno dare in enfiteusi per un'altra quantità.

§. 1. Se poi uno dei detti beni appartenenti ai venerabili luoghi fosse dato a titolo di enfiteusi all' imperiale casa, all' imperiale nostro erario, od a qualche città, od alla curia, o qualche venerabile altra casa, gli amministratori dei detti venerabili luoghi, i quali costituirono le enfiteusi, potranno manifestare la loro volontà entro il biennio da computarsi dopo il ricevimento e ricevere il contratto di enfiteusi.

§. 2. Nel caso poi che la santissima maggiore chiesa od altra venerabil casa possedesse luoghi di abitazione che non danno alcun reddito non potendo essa maggiore chiesa o venerabil casa riedificarli, gli amministratori potranno darli ad enfiteusi perpetua, in modo però che l' enfiteusi cominci colla terza parte delle pensioni che si traevano dalle abitazioni ancora sussistenti; e se l' enfiteuta volesse, potrebbe ricevere in enfiteusi col patto di rifabbricare, nel qual caso si dovrebbe dare alla venerabil casa da cui ricevette in enfiteusi la metà delle pensioni dei nuovi edifizii. L'enfiteuta potrà inoltre prevalersi dei materiali che trovasse nei luoghi datigli in enfiteusi.

Cap. II.

Si quis usus nomine rem ecclesiae habere voluerit.

Si vero aliquis voluerit quamlibet rem immobilem nomine usus accipere a sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis, aut unius memoratarum venerabilium domorum non aliter hoc accipiat, nisi aliam rem mox dominii iure praebuerit, ex quo eandem rem accepit, tantum habentem reditum, quantum habeat res quae ei datur: et non maioribus fisci praestationibus praegravatam: et post eius mortem, aut post tempus in quo datio usus convenit, non transcendentem videlicet accipientis vitam, utraque res integra et in dominium et in usum in eandem venerabilem domum perveniat.

Capo II.

Se taluno volesse avere a titolo di uso un bene ecclesiastico.

Nel caso in cui taluno volesse ricevere in uso un bene immobile della santissima maggiore chiesa di questa città o di qualche altra venerabil casa, non potrà ottenere ciò qualora non desse un altro bene a titolo di proprietà il quale producesse un reddito equivalente al valore del bene del quale riceve l'uso, affinchè dopo la morte dell' usuario o scorso il tempo per cui doveva durare l' uso (il quale non potrà oltrepassare la vita dell' usuario), l' uno e l' altro bene passi in dominio ed uso della stessa venerabil casa.

Cap. III.

Ut liceat usque ad XXX, *annos res ecclesiasticas locare.*

Locationes vero ab ipsis venerabilibus domibus fieri concedimus in quantoscunque contrahentibus annos placuerit, non transcendentibus videlicet XXX, annorum temporibus.

Capo III.

Che i beni ecclesiastici si possono locare soltanto per 30 anni.

Permettiamo che le stesse venerabili case possono fare locazioni per quel tempo che venisse determinato dai contraenti, il quale però non potrà oltrepassare i trenta anni.

Digitized by Google

cialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienar, quest
sed aut apud heredes, aut apud successores illius cui stare
relicta est, permanere: in hoc legato iubemus Falci- fu
diam legem locum penitus non habere: quoniam alie- te
nationem eius testator ipse prohibuit. Haec autem al
obtinere praecipimus in illis casibus, qui nondum
iudiciali decreto aut per amicabilem conventum,
aut quolibet modo legitimo decisi sunt.

EPILOGUS.

+. Eminentia igitur tua, quae per praesentem
gem in perpetuum valituram nostra sanxit
litas, edictis quidem in hac regia civitate
praeceptis autem ad omnium provinciarum
destinatis, ad omnium notitiam venire
XIII. Kal Febr. CP. Dom. Iustin. PP. A
Basil. Cons.

TIT. III.

De alienatione, et emphyteusi et hypothecis, et aliis diversis universis locis rerum sacrarum

NOVELLA CONSTIT.

Imp. Iust. Aug. Petro glor. praetorium

PRAEFAT.

Multis et diversis legibus
emphyteutibus, et locati
nistrationibus ecclesiast
praevidimus omnes pr

De alienatione

Sancimus itaque
tores rerum huiu
ioris ecclesiae,
aut xenodochi
rabilis domus
bus constitu
aut vendere,
terno dono
immobilem
mancipium
sola facta
dem conced
ctissima ma
moratorum
qui accepit,
non amplius
mus ei qui em
tentibus vero
clesiae, et nomi
regia civitate, au
stitutis: iubemus,
tegro canone, ab
venerabilia loca, in
ctum modum accipient
bus dari, et nullam omn
mentum fieri. Si vero non
quos omnino reditus: licent

Digitized by Google

...iniro prae-

...rtis venerabi-
...emphyteusim
...ientium, sed et
...volentibus dari.
...nt, vel aliae ve-
...nonem loci san-
...er venerabilem
...antate eorum et
...n iurandis prae-
...ibus, et chartu-
...d ex hac emphy-
...abili domui infer-
..., aut nosocomia,
...nt propriam admi-
... venerabilia orato-
... maioris partis ibi-
...c non et economi. Si
...ut nosocomium, aut
...d praepositum ipsius
...dinatoribus earundem
...aesentia Deo amabilis
...r aut ordinantur, quod
...criptionem ipsarum ve-
...iusmodi contractu effici-

...ro monasteriis primates eo-
...ore parte ibidem deservien-
...ractum efficiant. In praedi-
...mus inscribi instrumentum
... non ad laesionem aut prae-
... res agitur. Hac vero obser-
praecedente, relevationem non
...a parte reditus quem habet res
...in datur. Quaecumque vero de
...petentibus venerabilibus domibus
... positae civitate, superius, dispo-
...his venerabilibus domibus valere
...c etiam super ipsis venerabilibus
...e praevidimus, ut si quaedam ex eis
...is collationibus, sive pro alia necessa-
...dem domus debitis obnoxiae fiant, et
...ile de rebus mobilibus eadem persolvi
... quidem ordine in speciali pignore da-
...bilem creditori, ut eius fructus colligens,
... tam in ipsis debitis mutuis pecuniis,
...uris non amplius quarta parte centesimae.
...luerit isto modo debitum transigere, iube-
...os quidem qui a sanctissimo patriarcha or-
...r, sive metropolitae, sive alii episcopi sint,
...himandritae, sive orphanotrophi, aut noso-
...aut xenodochi, aut aliarum venerabilium do-
...n ordinatores, apud sanctissimos patriarchas,
...bus ordinantur, aut praedonuntur, monumenta
..., et cum iureiurando ordinatorum, et consensu
...lioris partis in eis deservientium debitum mani-
...tari, et quia non est possibile de rebus mobilibus

§. 1. Dunque diamo facoltà alle predette venerabili case di dare gl' immobili ad esse pertinenti non solo in enfiteusi temporaria, ma eziandio perpetua. Qualora l' amministrazione della santissima chiesa od altro venerabile luogo venisse sostenuto dal santissimo vescovo o da per sè stesso o per mezzo del venerabile ceto dei chierici, un tale contratto dovrà farsi dietro volontà e consenso di questi, e gli economi, amministratori e cartolarii della detta venerabile chiesa, se sono presenti, dovranno prestare giuramento che con tale contratto non si viene a recare alcun pregiudizio alla detta venerabile casa. Se poi gli ospizii dei poveri, dei pellegrini, degl' infermi od altre venerabili case amministrassero da sè i beni e fossero oratorii, ciò dovrà farsi col consenso della maggior parte dei chierici ad essi appartenenti e dell' economo. Trattandosi poi di ospizii dei pellegrini, dei poveri od infermi od altra venerabile casa, il contratto dovrà farsi presso il preposto ai medesimi, dovendo gli amministratori prestare giuramento, alla presenza del vescovo accetto a Dio, dai quali furono preposti od ordinati, che non si deviene a tale contratto onde ledere o far prendere i dritti alle dette venerabili case.

§. 2. Nei venerabili monasteri i primati di essi dovranno fare il contratto assieme colla maggior parte dei monaci che colà trovansi. In tali contratti dovrassi pure inserire il giuramento che non si fa tale affare per ledere o privare dei dritti la chiesa. Tali enfiteusi dovranno costituirsi in modo che non vengano diminuiti oltre la sesta parte dei redditi dei beni che si danno in enfiteusi. Riguardo poi alle case rovinose pertinenti a questi venerabili luoghi avranno luogo le prescrizioni sopra esposte relativamente alle case rovinose di pertinenza dei luoghi situati in questa regia città. Riguardo poi alle venerabili case prescriviamo inoltre che se le dette case hanno debiti a causa dei pubblici tributi od altra necessità e tali debiti non possono pagarsi colle cose mobili, si dieno in pegno speciale le cose immobili, i frutti delle quali cose il creditore dovrà imputare tanto nel capitale quanto nell'interesse del tre per cento al mese per la somma prestata. Se il creditore non volesse accettare questo pegno, allora quelli che sono ordinati dal santissimo patriarca, siano metropoliti, siano altri vescovi, siano archimandriti, sieno presidi degli uffizii degli orfani, degli infermi, dei pellegrini od amministratori di altri luoghi pii dovranno prestare giuramento presso i santissimi patriarchi dai quali furono ordinati, col consenso della maggiorità del capitolo che non si può pagare il debito colle cose mobili ed erigere gli atti. Riguardo a quelli che vengono ordinati da metropoliti, sieno vescovi, sieno archimandriti, sieno presidi degli uffizii dei poveri od amministratori degli altri luoghi pii si dovranno

Digitized by Google

CAP. IV.

Ut liceat res ecclesiae immobiles pignori obligare.

Si vero contigerit aliquam praedictarum venerabilium domorum nomine fiscalium tributorum, aut alterius cuiuslibet supervenientis necessitatis venerabili domui, pecuniis egere: liceat eius ordinatoribus immobilem rem aut supponere aut dare in speciale pignus, et creditor possideat eandem rem, et eius fructus colligat,et reputet sibi tam in his creditis pecuniis quam in usuris, non autem maioribus quam quartam partem centesimae. Si vero persolverint debitum praepositi eiusdem venerabilis domus, aut ex fructibus adimpleatur creditum: redeat iterum res ad venerabilem domum ex qua data est.

CAP. V.

De emphyteusi et hypotheca rerum ecclesiae.

Emphyteuseis vero et hypothecas, et ultra quinquennium volumus fieri a sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis, conscientia et consensu beatissimi huius civitatis episcopi et patriarchae: iurantibus praesentibus Deo amabilibus oeconomis et chartulariis eiusdem sanctissimae maioris ecclesiae, quod non ad praescriptionem iuris eius contractus efficiatur. In aliis vero venerabilibus domibus, siquidem sint chartularii, ipsos aequali modo iurare praesente eo qui praeest venerabili domui. Si vero non sint chartularii, ab his qui praesunt venerabilibus domibus, propositis sanctis evangeliis contractum fieri in scriptis cum iureiurando addito huiusmodi instrumentis, quod non ad laesionem aut praescriptionem venerabilis domus contractus efficitur.

§. 1. Oeconomis vero et Orphanotrophis, et reliquis venerabilium domorum ordinatoribus, nec non omnibus chartulariis, et parentibus eorum, et filiis, et aliis qui per genus eis, vel nuptiarum iure coniuncti sunt, interdicimus emphyteusim et locationes sive hypothecas rerum ipsis venerabilibus domibus competentium, aut per semetipsos, aut per interpositam personam accipere: scientibus eis, quod si tale aliquid fiat, et hoc invalidum erit: et omnem substantiam tam eorum qui accipiunt, quam oeconomorum et chartulariorum et ordinatorum, quibus secundum praedictum modum coniuncti sunt, in venerabilem domum, de qua rem accipiunt, post obitum eorum pervenire iubemus.

CAP. VI.

De rebus aliarum ecclesiarum extra civitatem Constantinopolitanam.

Et hoc quidem super iis qui maioris ecclesiae sunt, et praedictarum venerabilium domorum, quae sunt in hac regia civitate, vel eius circuitu adhaerentium disposuimus. In aliis vero sanctissimis ecclesiis, et monasteriis, et xenodochiis, et nosocomiis, seu reliquis venerabilibus domibus, quae in omnibus provinciis nostrae republicae positae sunt, verum etiam monasteriis in hac regia civitate, et eius

CAPO IV.

Che sia lecito obbligare a pegno le cose immobili della Chiesa.

Che se poi avverrà che alcuna delle venerabili case avesse bisogno di danaro per causa dei pubblici tributi o di alcun' altra sopravvenuta necessità; sia lecito ai detti amministratori obbligare a pegno speciale un bene immobile ed il creditore possederà il medesimo, ne raccoglierà i frutti da imputarsi nel capitolo e negl'interessi che non debbono trascendere il quattro per cento. Nel caso poi che i detti amministratori pagassero il capitale, ovvero il credito venisse soddisfatto coi frutti; il bene dovrà ritornare alla venerabile casa che lo diede.

CAPO V.

Dell' Enfiteusi ed ipoteca dei beni della Chiesa.

E vogliamo poi, che le enfiteusi e le ipoteche possano costituirsi anche oltre il quinquennio dalla santissima maggior Chiesa di questa regia città, con saputa e consenso del beatissimo vescovo e patriarca della medesima città, dietro giuramento prestato in persona degli economi e cartolarii della detta maggior Chiesa, accetti a Dio, di non fare un tale contratto onde sia perduto il dritto. Riguardo alle altre venerabili case, se vi sono presso le medesime i cartolarii, questi dovranno prestare un simile giuramento alla presenza di chi presiede alle stesse venerabili case, se non vi sono cartolarii, quelli che presiedono alle venerabili case dovranno fare contratto in iscritto, prestato giuramento, il quale dovrà aggiungersi ai detti contratti, ch'essi non fanno ciò per ledere o far perdere i dritti alle venerabili case.

§. 1. Agli economi poi, agli amministratori degli ospizii degli orfani e delle altre venerabili case, nonchè a tutti i cartolarii, loro genitori, figli, parenti, congiunti per matrimonio, vietiamo di ricevere in enfiteusi e locazioni od ipoteche cose appartenenti alle venerabili case o da per sè stessi o mediante interposte persone: dovendo essi sapere che tutto ciò che essi facessero in onta alla presente prescrizione, sarà invalido, che tanto tutte le sostanze di quelli che ricevono tali beni, quanto quelli degli economi, cartolarii ed amministratori, ai quali quelli che ricevono sono congiunti, dopo la loro morte, dovranno essere devolute alla venerabile casa i di cui beni essi occuparono.

CAPO VI.

Dei beni delle altre chiese fuori della città di Costantinopoli.

E queste cose abbiamo noi disposto intorno ai beni della maggior chiesa e delle venerabili case che sono in questa regia città o nel suo circondario. Ora faremo disposizioni concernenti le altre santissime chiese, monasteri, ospizii dei pellegrini, degli ammalati, od altre venerabili case poste ovunque nelle nostre provincie, come pure i monasteri situati in questa regia città e nel suo circondario.

Digitized by Google

circuitu adhaerentibus, consequenter definire praevidimus.

§. 1. Licentiam igitur damus praedictis venerabilibus domibus non solum ad tempus emphyteusim facere immobilium rerum sibi competentium, sed et p rpetue haec eis emphyteutico iure volentibus dari. Et si quidem sanctissimae ecclesiae sint, vel aliae venerabiles domus, quarum gubernationem loci sanctissimus episcopus aut per se, aut per venerabilem chorum clericorum faceret, cum voluntate eorum et consensu fieri huiusmodi contractum iurandis praesentibus oeconomis et administratoribus, et chartulariis ipsius venerabilis domus, quod ex hac emphyteusi nullum damnum eidem venerabili domui infertur. Si vero ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut reliquae venerabiles domus sint propriam administrationem habentes: si quidem venerabilia oratoria esse contigerit, cum voluntate maioris partis ibidem ordinantium clericorum, nec non et economi. Si vero xenones, aut ptochium, aut nosocomium, aut alia sit venerabilis domus, apud praepositum ipsius fieri contractum, iurantibus ordinatoribus earundem venerabilium domorum in praesentia Deo amabilis episcopi, a quo praeponuntur aut ordinantur, quod nihil ad laesionem aut praescriptionem ipsarum venerabilium domorum de huiusmodi contractu efficitur.

§. 2. In venerabilibus vero monasteriis primates eorum cum ampliore et maiore parte ibidem deservientium monachorum contractum efficiant. In praedictis vero omnibus iubemus inscribi instrumentum cum iureiurando, quod non ad laesionem aut praescriptionem earundem res agitur. Hac vero observatione, huiusmodi praecedente, relevationem non amplius fieri a sexta parte reditus quem habet res quae in emphyteusim datur. Quaecumque vero de lapsis domibus competentibus venerabilibus domibus quae in regia sunt positae civitate, superius, disposuimus: haec in his venerabilibus domibus valere praecipimus. Hoc etiam super ipsis venerabilibus domibus definire praevidimus, ut si quaedam ex eis sive pro publicis collationibus, sive pro alia necessaria causa eiusdem domus debitis obnoxiae fiant, et non est possibile de rebus mobilibus eadem persolvi debita: primo quidem ordine in speciali pignore dari rem immobilem creditori, ut eius fructus colligens, reputet sibi tam in ipsis debitis mutuis pecuniis, quam in usuris non amplius quarta parte centesimae. Si vero noluerit isto modo debitum transigere, iubemus per eos quidem qui a sanctissimo patriarcha ordinantur, sive metropolitae, sive alii episcopi sint, sive archimandritae, sive orphanotrophi, aut nosocomi, aut xenodochi, aut aliarum venerabilium domorum ordinatores, apud sanctissimos patriarchas, a quibus ordinantur, aut praedonuntur, monumenta fieri, et cum iureiurando ordinatorum, et consensu amplioris partis in eis deservientium debitum manifestari, et quia non est possibile de rebus mobilibus

§. 1. Dunque diamo facoltà alle predette venerabili case di dare gl' immobili ad esse pertinenti non solo in enfiteusi temporaria, ma eziandio perpetua. Qualora l' amministrazione della santissima chiesa od altro venerabile luogo venisse sostenuto dal santissimo vescovo o da per sè stesso o per mezzo del venerabile ceto dei chierici, un tale contratto dovrà farsi dietro volontà e consenso di questi, e gli economi, amministratori e cartolarii della detta venerabile chiesa, se sono presenti, dovranno prestare giuramento che con tale contratto non si viene a r·care alcun pregiudizio alla detta venerabile casa. Se poi gli ospizii dei poveri, dei pellegrini, degl' infermi od altre venerabili case amministrassero da sè i beni e fossero oratorii, ciò dovrà farsi col consenso della maggior parte dei chierici ad essi appartenenti e dell' economo. Trattandosi poi di ospizii dei pellegrini, dei poveri od infermi od altra venerabile casa, il contratto dovrà farsi presso il preposto ai medesimi, dovendo gli amministratori prestare giuramento, alla presenza del vescovo accetto a Dio, dai quali furono preposti od ordinati, che non si deviene a tale contratto onde ledere o far prendere i dritti alle dette venerabili case.

§. 2. Nei venerabili monasteri i primati di essi dovranno fare il contratto assieme colla maggior parte dei monaci che colà trovansi. In tali contratti dovrassi pure inserire il giuramento che non si fa tale affare per ledere o privare dei dritti la chiesa. Tali enfiteusi dovranno costituirsi in modo che non vengano diminuiti oltre la sesta parte dei redditi dei beni che si danno in enfiteusi. Riguardo poi alle case rovinose pertinenti a questi venerabili luoghi avranno luogo le prescrizioni sopra esposte relativamente alle case rovinose di pertinenza dei luoghi situati in questa regia città. Riguardo poi alle venerabili case prescriviamo inoltre che se le dette case hanno debiti a causa dei pubblici tributi od altra necessità e tali debiti non possono pagarsi colle cose mobili, si dieno in pegno speciale le cose immobili, i frutti delle quali cose il creditore dovrà imputare tanto nel capitale quanto nell'interesse del tre per cento al mese per la somma prestata. Se il creditore non volesse accettare questo pegno, allora quelli che sono ordinati dal santissimo patriarca, siano metropoliti, siano altri vescovi, siano archimandriti, sieno presidi degli ufflzii degli orfani, degli infermi, dei pellegrini od amministratori di altri luoghi pii dovranno prestare giuramento presso i santissimi patriarchi dai quali furono ordinati, col consenso della maggiorità del capitolo che non si può pagare il debito colle cose mobili ed erigere gli atti. Riguardo a quelli che vengono ordinati da metropoliti, sieno vescovi, sieno archimandriti, sieno presidi degli ufflzii dei poveri od amministratori degli altri luoghi pii si dovranno

Digitized by Google

istud persolvi: per eos vero qui a metropolitis ordinantur, sive episcopi sint, sive archimandritae, sive orphanotrophi, sive ptochotrophi, aut aliorum venerabilium locorum ordinatores apud eos similiter metropolitas episcopos huiusmodi monumenta conscribi, ab illis vero episcopis qui aut a patriarchis, aut a metropolitis episcopis ordinantur, et habent sub propria iurisdictione aut monasteria, aut ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut alias venerabiles domos, sub similem modum fieri gesta: ita tamen, ut sive apud patriarchas, sive apud metropolitas, sive apud episcopos alios huiusmodi gesta fiant, nullum pro his dispendium aut expensam venerabiles domos sustinere. Propterea enim volumus de caetero apud iudices provinciarum, aut defensores locorum huiusmodi monumenta a memoratis personis sive domibus agi, ut nullum dispendium sentiant. Postquam vero ista subsecuta fuerint apud memoratos sanctissimos patriarchas, apud metropolitas, aut alios episcopos, tunc per praedictos ordinatores debitricis domus venerabilis in scriptis in publico civitatis loco proponantur per viginti dies: et isto modo hortentur eos qui emere voluerint immobilem rem: ut qui plus praebet, aliis praeponatur. His vero omnibus praecedentibus, venditionem fieri, pretio modis omnibus pro debito dando: ut non aliter habeat emptor munitionem, nisi pretium pro ipso debito persolvatur, et hoc evidenter inscribatur, quod nihil ad laesionem aut praescriptionem eiusdem venerabilis domus efficitur. Si vero secundum praedictum modum emptor huiusmodi rei non inveniatur: iubemus creditorem ex iure praedictarum venerabilium domorum, quod pro soluto dicitur, eandem accipere possessionem, iuxta et districta aestimatione facta: et addita in pretio decima parte universae aestimationis, in ipsa quantitate accipere rem creditorem pro solutione, certo dominio possessurum: ita tamen, ut ordinatores debitricis venerabilis domus, et amplior pars deservientium, huiusmodi venditionibus consentiant. Quod autem praebetur in hoc immobilis res, non per electionem creditoris detur, sed secundum aequitatem: aliud quidem fructiferarum, aliud vero possessionum sterilium eiusdem venerabilis domus, et in reditu earum, et in fiscali solutione et reliquae ordinationis.

§. 3. Si vero quis aut episcopo, aut oeconomo, aut ordinatori cuiuslibet venerabilis domus, sive in regia civitate, sive in provinciis constitutae pecunias credidit, aut posthac crediderit: iubemus neque eis hoc reputari pro venerabili domo, nisi primitus ostenderint, quod in utilitates praedictae venerabilis domus ista profecerunt, neque ipsum creditorem, aut heredes eius contra venerabilem domum habere aliquam pro ipsis actionem, nisi monstraverint quod in utilitatibus venerabilis domus competentibus pecuniae profecerunt: sed contra mutuas accipientem pecunias, aut heredes eius, proprias moveant actiones.

fare questi atti presso i vescovi metropoliti; e riguardo a quelli che vengono ordinati da questi vescovi o patriarchi vescovi metropoliti, ed hanno sotto la propria giurisdizione o dei monasteri o gli ospizii dei poveri, dei pellegrini degl' infermi od altri luoghi pii si dovranno pure fare gli stessi atti, di modo che tanto se vengono fatti presso i patriarchi o metropoliti, quanto presso altri vescovi, i detti venerabili luoghi non debbano sostenere alcuna spesa ed a tal fine vogliamo che tali atti sieno fatti dalle medesime persone presso i difensori locali onde non vi sia alcuna spesa. Fatto ciò presso i santissimi patriarchi, metropoliti od altri vescovi, dai detti amministratori della pia casa debitrice si dovrà pubblicare per 20 giorni l'asta di queste cose, le quali si aggiudicheranno al maggior offerente. Premesse tutte queste formalità se ne farà la vendita, il prezzo della quale dovrà assolutamente impiegarsi al pagamento del debito, di modo che le cose non si concederanno al compratore se, come si disse, il prezzo non venisse impiegato all'estinzione del debito. Negli atti inoltre dovrà essere dichiarato che non si deviene a questa vendita per ledere o privare dei propri diritti la casa pia. Che se non si trovasse alcun oblatore, prescriviamo che vengano date le cose in pagamento del debito al creditore, il quale ne riceverà il possesso fatta prima diligente stima, computando il valore delle cose accresciute d'una decima parte della stima totale: col consenso però dell' ordinatore della casa pia debitrice e della maggiorità del capitolo. La cosa immobile che si dà al creditore non sarà scelta da lui, ma gli sarà dato secondo l' equità, non dovendo essere data nè la più fertile nè la più sterile; la stima poi della medesima dovrà farsi dietro rendita che produce e dietro il tributo che paga.

§. 3. Se taluno poi che avrà dato o darà a prestito danaro od al vescovo od all' economo, od all' ordinatore di qualche casa pia, tanto in questa regia città, quanto nelle provincie, prescriviamo che tale prescritto non venga imputato alla casa pia qualora non si provi ch' esso fu impiegato in utilità della medesima; e quindi nè il creditore, nè i suoi eredi non abbiano alcuna azione contra la stessa casa pia se non qualora avesse provato che il danaro prestato fu impiegato in utilità della medesima. Questi creditori e loro eredi avranno azione soltanto contra quello che ricevette la somma.

Digitized by Google

CAP. VII.

De permutatione rerum ecclesiasticarum.

Hoc vero iubemus, ut excepta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis, et venerabilibus orphanotrophiis, xenonibus, et ptochiis, quae sunt in regia civitate sub eius constitutis ordinatione, licentiam esse omnibus sanctissimis ecclesiis, et venerabilibus domibus, necnon et monasteriis, tam in hac regia civitate, quam in diversis provinciis constitutis permutationes ad invicem facere, quando utrique venerabili domui servatur indemnitas, consentientibus in scriptis aut per depositiones huiusmodi contractui non solum ordinatoribus utriusque venerabilis domus, sed etiam ampliore parte in eis deservientium. Ea vero quae ab imperiali domo in quamlibet venerabilem domum pervenerunt, aut postea pervenerint, nullo modo vendi, aut pignori supponi, aut permutari, aut omnino alienari concedimus, neque si ad alteras venerabiles domos tale aliquid egerint.

§. 1 Et quoniam cognovimus ab aliquibus fieri alienationes monasteriorum, ut haec a sacra figura in privatorum conversationem transferantur, et hoc omnibus modis prohibemus Si vero tale aliquid factum deprehendatur: licentiam praebemus sanctissimo loci episcopo hoc monasteriis vindicare, et in antiquam figuram reducere. Si vero quis de praedictis venerabilibus domibus quae in hac regia civitate, sive in aliis provinciis, sunt, (excepta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis) praedium habeat plurimis fiscalibus tributis gravatum, ex quo nullus inferatur reditus venerabili domui: licentiam praebemus eiusdem venerabilis domus ordinatoribus tale praedium alienare quolibet modo voluerint, ad perfectam securitatem eiusdem venerabilis domus, gestis monumentorum videlicet in huiusmodi alienatione conficiendis ab illis a quibus ordinatores talium locorum praeponuntur sive ordinantur, et iurantibus in sanctis scripturis praesente antistite eiusdem venerabilis domus, et ampliore parte in ea deservientium, quod neque per proditionem, neque per gratiam, aut quamlibet praescriptionem alienatio fiat, sed ut servetur immunitas eidem venerabili domui. Oeconomis vero et ordinatoribus clericorum,et chartulariis ubicumque venerabilium domorum constitutarum, aut parentibus eorum et filiis,et quibus secundum genus aut secundum matrimonii iura coniunguntur, locationes, aut emphyteuseis,aut emptiones, aut hypothecas rerum immobilium ipsis venerabilibus domibus, competentium subire aut per se, aut per interpositam personam, secundum quod et iis qui in regia civitate sunt, prohibemus.

CAP. VIII.

Si emphyteuta ecclesiae per biennium in solvendo canone cessaverit

Si vero quis aut locator aut emphyteuta alicuius rei competentis aut sanctissimae maiori ecclesiae,aut alteri venerabili domui in quolibet loco nostrae reipublicae constitutae,aut deteriorem faciat rem,quam

CAPO VII.

Della permuta dei beni ecclesiastici.

Ordiniamo poi che cioè ad eccezione della santissima maggior chiesa di questa regia città e dei venerabili orfanotrofii, ospizii di pellegrini, d' infermi, di poveri pertinenti alla giurisdizione pure di questa regia città, tutte le santissime chiese, luoghi pii e monasterii sì di questa regia città che delle provincie abbiano la facoltà di farsi reciproche permute, qualora venga conservata l' indennità ad ambedue le case permutanti, col consenso però in iscritto non solamente degli ordinatori di ambe le case; ma eziandio della maggiorità dei capitoli, e col deposito del contratto. Non concediamo però di essere vedute, obbligate a pegno, permutate od in qualsivoglia modo alienate quelle cose che pervennero a qualche venerabile luogo dell' imperial casa, neppure nel caso in cui qualche altro luogo pio abbisognasse delle medesime.

§. 1. E poichè siamo venuti in congnizione che da taluni si alienano i monasteri di modo ch'essi vengono convertiti in uso privato, per l'avvenire proibiamo assolutamente siffatte alienazioni. E se si venisse a scoprire essere fatta una qualche simile alienazione, diamo al santissimo vescovo la facoltà di rivendicare la cosa alienata e di ridurla alla primitiva pertinenza dei monasteri. Che se qualche luogo pio di questa regia città o delle provincie (ad eccezione della santissima maggior Chiesa di questa regia città) avessse un fondo gravato di molti tributi fiscali, per cui tale fondo non dasse alcun reddito al detto venerabile luogo; concediamo licenza agli ordinatori della stessa venerabile casa di alienare tal fondo in quel modo che credesse conveniente, con tutte le cautele per parte del luogo pio, vale a dire, coll'obbligo dal lato di quelli i quali ordinano i preposti a' detti luoghi, di fare pubblici atti di alienazione e di prestare giuramento alla presenza dell' antistite e della maggiorità del capitolo del medesimo luogo, che nè per frode, nè per favorire alcuno, nè per fare perdere alcun dritto si deviene a tale alienazione; ma bensì affinchè la venerabile casa non resti danneggiata. Vietiamo poi agli economi, agli ordinatori dei chierici, ai cartolarii di qualsiasi luogo pio, ai loro genitori e figli, non che a quelli che sono congiunti a tali persone per mezzo di matrimonio, di assumere nella loro persona locazioni, enfiteusi, compere, ipoteche di cose immobili pertinenti alle dette venerabili case, o di fare tali contratti mediante interposta persona. La quale proibizione è da noi fatta anche a coloro che sono in questa regia città.

CAPO VIII.

Se l' enfiteuta non avesse pagato per un biennio il canone alla chiesa.

Se poi un locatario od enfiteuta d' un bene appartenente alla santisima maggior chiesa, o ad un'altra venerabile casa posta in qualsivoglia luogo delle nostre provincie deteriorasse lo stesso bene che avesse

Digitized by Google

quidem aut accepit, aut post hoc acceperit, aut per biennium non intulerit quod ab eo promissum est emphyteuticum aut locationis canonem: damus licentiam venerabili domui ex qua locatio aut emphyteusis facta est, et quae debentur solum pro praecedente tempore, et antiquum statum locatae sive emphyteuticae rei exigere, et eiicere de emphyteusi, sive de locatione, non valentem de emponematis actionem aliquam contra venerabiles domos movere. Si vero noluerint praedicti ordinatores expellere eum, exigi quidem eum praecipimus quae pro locatione sive emphyteusi debere cognoscitur: usque ad definitum vero tempus completum, sibi datam rem tenere eum, et quae placita sunt dare. Si vero refugiat, licentiam praebemus praepositis eorundem venerabilium locorum indemnitatem venerabilibus domibus de eiusdem rebus fieri, non valente neque hic de emponematis aliquid praetendere.

Cap. IX.

Ut liceat pro redemptione captivorum res immobiles ecclesiae alienare.

Sanctissimas vero ecclesias (omnes seu oeconomos) civitatum praecipimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione: nisi sub hac conditione possessiones aliqui eis dederint: ut nullo modo has alienent. Hoc autem concedimus, ut Hierosolymorum sanctissima ecclesia licentiam habeat domos competentes ei non positas in eadem sancta civitate vendere, non minori pretio quam de pensionibus eius in quinquaginta annis colligitur: ut ex earum pretio reditus meliores emat. Si vero quidam cuilibet venerabili domui, sive in hac regia civitate, sive in provinciis positae steriles possessiones donaverint, aut vendiderint, aut alio modo concesserint, aut dereliquerint: iubemus pro talibus rebus nullam laesionem sustinere venerabilem domum in quam huiusmodi possessiones pervenerunt: aut fiscalium nomine, aut alterius cuiuslibet causae gratia praegravari: sed omne huiusmodi onus in dantes et eorum heredes recurrere: necessitatem habentibus recipere datas huiusmodi possessiones, et restituere de propria facultate venerabili domui omne damnum quod ex huiusmodi occasione ei contigerit. Si vero etiam talis dolus in re subsecutus est, ut aliquae pecuniae pro hoc venerabili domui darentur, et eas iubemus in proprium lucrum venerabilem domum habere, steriles vero res ei, qui dedit et heredibus eis omnino restitui.

§. 1. Ad haec iubemus, ut nulla necessitas sanctissimis ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis tam in regia civitate, quam in omnibus reipublicae nostrae provinciis positis inferatur, possessiones steriles aut frugiferas ubilibet constitutas emere: ut non inveniantur per hanc occasionem, et quas habent perdere, aut debitis obnoxiare. Si vero quis voluerit rem immobilem nomine usus accipere ab aliqua praedictarum venerabilium domorum (secundum quod sui

ricevuto o che ricevesse in avvenire, ovvero per un biennio non pagasse il fitto della locazione od il canone dell'enfiteusi, concediamo licenza alla stessa venerabile casa che diede il bene in locazione od in enfiteusi, di esigere ciò che le è dovuto pel precedente tempo, di fare rimettere il bene nel pristino stato, di sciogliere il contratto di locazione o di enfiteusi, tolto all'altro contraente il diritto di domandare il risarcimento dei miglioramenti. Se poi gli ordinatori dei detti luoghi pii non volessero scacciare dal fondo il locatario od enfiteuta prescriviamo che si esiga ciò che risulta essere dovuto a titolo di locazione o di enfiteusi e che il contratto sia mantenuto fino al tempo già convenuto dietro pagamento del fitto o del canone. Se poi il locatario od enfiteuta si sottraesse a questi obblighi, i preposti delle stesse venerabili case potranno far rivalere i detti luoghi pii colle sostanze dello stesso locatario ed enfiteuta, il quale non potrà pretendere il prezzo dei miglioramenti.

Capo IX.

I beni ecclesiastici si possono alienare onde riscattare gli schiavi.

Le santissime chiese o gli economi potranno alienare le cose immobili onde riscattare gli schiavi, qualora per altro quelli che diedero le medesime non le abbiano date colla condizione che non vengono alienate. La santissima chiesa di Gerusalemme potrà vendere le case ad essa appartenenti non situate nella stessa santa città ad un prezzo non minore di cinquant' anni di pigione onde con tale somma comperare redditi maggiori. Nel caso poi che taluni avessero donato, venduto, ceduto in altro modo od abbandonato ad una venerabile casa, situata in questa regia città o nelle provincie, possessioni sterili, prescriviamo che a motivo di tale vendita, cessione od abbandono la detta venerabile casa non debba risentire alcun pregiudizio od essere aggravata per causa di tributi od altra qualsiasi prestazione, e che tali beni debbano ritornare a chi li diede od ai suoi eredi, i quali saranno obbligati di riceverli e di risarcire colle proprie facoltà il danno recato alla venerabile casa. Se poi intervenne anche dolo, di modo che per tal motivo si fosse dato danaro alla venerabile casa, questa lo lucrerà ed i beni sterili saranno restituiti a chi li diede od ai suoi eredi.

§. 1. Inoltre prescriviamo che le santissime chiese od altri venerabili luoghi posti in questa regia città o nella provincia della nostra repubblica non siano obbligati a comperare col proprio numerario possessioni sterili o fruttifere situate in qualsiasi luogo, affinchè per tale motivo non sieno costretti a perdere quelle che hanno, ovvero ad obbligarle per debiti. Se poi taluno vorrà ricevere ad uso una cosa immobile pertinente ad alcuna delle predette venerabil

Digitized by Google

perius de venerabilibus domibus, quae in regia civitate sunt positae disposuimus) non aliter hoc accipiat, nisi aliam mox rem dominii iure praestiterit venerabili domui, a qua eandem rem acceperit, tantum habentem reditum, quantum habet res quae ei datur, et non maioribus tributis gravatam: quatenus post eius transitum, aut tempus in quo datio usus est placita, non transcendens scilicet eius qui acceperit vitae tempus: utramque rem integro iure: et secundum dominium et secundum usum in ipsam venerabilem domum pervenire. Et hoc quidem de immobilibus rebus iubemus.

CAP. X.

De sacris vasis cuiusque ecclesiae vel oratorii.

De sacris autem vasis competentibus sanctissimae maiori ecclesiae regiae civitatis, aut aliis venerabilibus oratorii domibus, in qualicunque loco nostrae reipublicae positis, generaliter constituimus, ut non aliter haec vendantur, aut supponantur, nisi pro captivorum redemptione. Si vero sunt plura vasa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum necessarium usum facientia, et contigerit huiusmodi venerabilem locum debitis aggravari, et non sint aliae manifestae res immobiles de quibus debeant debita reddi: licentiam ei damus gestis monumentorum (sicuti superius dictum est) constitutis praedicta superflua vasa aut aliis venerabilibus locis necessaria (non) habentibus vendere, aut conflare, et similiter vendere, et eorum pretium in debitum praebere: ut non immobiles res alienentur.

CAP. XI.

Quibus poenis subiiciantur qui praesentem constitutionem violaverint.

Si vero praeter haec quae inserta sunt praesenti legi, contractus fiat super competentibus rebus mobilibus, et immobilibus uni memoratarum venerabilium domorum reddi quidem eidem sanctissimae ecclesiae sive venerabili domui rem super quam tale aliquid subsecutum est, cum medii temporis fructibus: maneat autem apud eam, et pretium aut antidorum, aut quod pro permutatione, aut alia qualibet occasione datum est ei. Si vero emphyteusis agatur praeter haec quae disposita sunt a nobis, reddi sanctissimae ecclesiae, sive venerabilibus domibus vel locis eandem rem iubemus et emphyteuticum, secundum quod placitum est, dare, et pactum finiri secundum virtutem emphyteuticalium instrumentorum. Si vero donetur res ecclesiastica, aut alterius venerabilis domus, et hanc reddi sanctissimae maiori ecclesiae, aut aliis venerabilibus domibus cum medii temporis fructibus, et tantum aliud quantum valebat ipsa res. Si vero hypothecae contra haec dentur, creditor quod ei debetur, perdat, et res venerabili loco reddatur: tabellionibus praesumentibus praeter hanc nostram legem talibus ministrare incase come abbiamo disposto sopra riguardo alle venerabili case situate in questa regia città) non le potrà ricevere se non che dando altro gius di dominio alla stessa venerabile casa da cui ricevè la cosa immobile, un' altra casa, la quale dia una rendita equivalente a quella che danno le possessioni cedutogli in suo dominio non aggravate da maggiori tributi. Tale contratto di usufrutto dovrà cessare morto che sia l' usuario o scorso che sia il tempo pel quale fu costituito l' uso; vale a dire, non dovrà durare oltre la vita dello stesso usuario, e dopo tal termine l' uno e l' altro cespite dovrà passare in pieno dritto di dominio vale a dire in proprietà ed in uso alla stessa venerabile casa. Queste prescrizioni risguardano le cose immobili.

CAPO X.

Dei vasi sacri di ciascuna chiesa od oratorio.

Riguardo ai sacri vasi pertinenti alla santissima maggior chiesa di questa regia città, od alle altre venerabili case di orazione situate in qualsiasi parte della nostra repubblica prescriviamo in termini generali che non possano vendersi od obbligarsi se non pel riscatto degli schiavi. Se poi qualche vanerabile casa avesse molti di questi vasi dei quali non se ne facesse uso, fosse aggravata di debiti, e non avesse altre cose mobili con cui pagare a questi debiti permettiamo alla medesima casa eretti i pubblici atti come abbiamo sopra prescritto, o di vendere tali vasi superflui ad un altro luogo pio che non ne avesse, ovvero di fonderli onde poscia impiegare il prezzo ricavato dalla vendita del metallo in estinzione dei debiti senza che si alienino i beni immobili.

CAPO XI.

A quali pene sieno soggetti i violatori della presente costituzione.

Quegli poi che in onta alle prescrizioni portate dalla presente legge avesse fatto contratti circa le cose mobili od immobili pertinenti a qualcuna delle venerabili case, dovrà restituire alla santissima chiesa o venerabile casa, la cosa che formò l' oggetto del contratto coi frutti del tempo intermedio. Alla venerabile casa dovrà spettare e la cosa stessa e quel prezzo datale a ciò che le fosse stato dato per la permuta o per altra causa. Nel caso che venisse costituita un' enfiteusi senza osservare le prescrizioni contenute nella presente costituzione, dovrà alla medesima restituirsi il fondo sopra il quale venne costituita l' enfiteusi e ciò che venne dato per causa della medesima. Se poi sarà donata una cosa pertinente alla santissima maggiore chiesa od altre venerabili case, questa dovrà essere restituita coi frutti del tempo intermedio ed altrettanto. Se verranno costituite ipoteche senza osservare le prescrizioni contenute nella presente legge, il creditore decaderà dal suo credito, la cosa ipotecata dovrà essere restituita al venerabile luogo ed i tabellioni che in onta alla presente legge avessero eretto tali documenti, do-

Digitized by Google

strumentis, perpetuo exilio condemnandis. Si vero aliquid ante hanc nostram legem secundum antiquas constitutiones factum est: hoc iubemus omnibus modis propriam virtutem habere. Omnia vero quae contra antiquas leges facta sunt, revocari sancimus, et res quae contra virtutem earum data est, venerabilibus domibus reddatur, et de caetero secundum praesentem legem omnia fieri disponimus: vacantibus posthac aliis omnibus constitutionibus quae super talibus casibus dudum loquebantur.

EPILOGUS.

+. Eminentia igitur tua, quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, inconvulsa observare festinet: edicto in solennibus et legitimis locis per decem dies proposito: et nullo pro tali occasione in provincias destinando. Nos enim providemus quali modo sine collatorum laesione omnibus praesens nostra generalis constitutio manifesta fiat. Dat. VII. Id. Maii, Constantinop. D. N. Iustinian. P. P. Aug. Basilio V. C. Cons.

TIT. X.

Ut fratrum filii succedant pariter ad imitationem fratrum etiam ascendentibus extantibus. Et ut mulieres non insinuata antenuptiali donatione non laedantur: non insinuans autem vir, vel si competat nuptiale lucrum, eo non fruatur. Et rursus ut mulieres non secundo nubentes, dominae sint partis sponsalitiae largitatis, quantum pars facit unius filii. Et ut similes sint poenae utriusque sexus, dum sine causa rationabili repudium mittitur.

NOVELLA CONSTIT. CXXVII.

Idem August. Basso praefecto praetoriorum

PRAEFATIO.

Nostras leges emendare nos non piges, ubique utilitatem subiectis invenire volentes. Meminimus igitur scripsisse legem, per quam iussimus, ut si quis moriatur relinquens fratres, et alterius fratris filios praemortui: ad similitudinem fratrum, et praemortui fratris filii ad hereditatem vocentur, paternum adingredientes gradum, et illius ferentes portionem. Si vero moriens relinquat ascendentium aliquos, et fratres ex utrisque parentibus coniunctos sibi, et filios ex praemortuo fratre: fratres quidem iussimus per ipsam legem cum parentibus vocari: fratris vero filios esclusimus.

CAP. I.

Ut fratrum filii succedant etiam ascendentibus primi gradus extantibus.

§ 30. Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si iam die legatorum cedente, legatarius decesserit.

§. 31. Legatorum quae pure vel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem iure, ex mortis testatoris tempore: per legem autem Papiam Popeam, ex apertis tabulis testamenti: eorum vero quae sub conditione relicta sunt, cum conditio extiterit.

§. 32. Lex Falcidia iubet, non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omni modo quadrans integer apud heredem remaneat.

§. 33. Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

TIT. XXV.

De fideicommissis.

§. 1. Fideicommissum est, quod non civilibus verbis, sed precative relinquitur; nec ex rigore iuris ci-

§. 18. Non si può fare un legato ad una persona incerta, come, per esempio: *Darai tante migliaia a quello qualsiasi che darà sua figlia in moglie a mio figlio.* Del resto, può farsi un legato sotto certa dimostrazione di una persona incerta, come, per esempio: *A quelli dei miei cognati, che per primi assisteranno al mio funerale, tu, mio erede, darai la tal somma.*

§. 19. Il legato non s'invalida per la falsa indicazione o per la falsa causa. Falsa indicazione sarebbe la seguente: *Do, lego a Tizio il fondo che comperai da Tizio*, mentre non comperò alcun fondo da Tizio. Falsa causa sarebbe la seguente: *Do, lego a Tizio il fondo perchè ha amministrato i miei affari*, mentre Tizio non ne ha amministrato alcuno.

§. 20. Non può essere fatto un legato a carico del legatario.

§. 21. Il legato può darsi a quello soltanto che è estraneo; e perciò nè il genitore, nè il padrone può lasciare in legato al figlio di famiglia od al servo istituito erede.

§. 22. Allo stesso erede non può lasciarsi un legato.

§. 23. A quello che è sotto la potestà o nel mancipio dell'erede scritto può essere lasciato un legato sotto condiztone.

§. 24. Non può essere lasciato un legato a quello che è sotto la potestà o mancipio, del quale trovasi l'erede scritto.

§. 25. Nello stesso modo che si possono legare le singole cose, così si può legare una universalità di cose; per esempio: *Mevio mio erede dividu la mia eredità con Tizio*; nel qual caso si considera legata la metà dei beni. Può legarsi anche una seconda, una terza, una quarta parte, locchè chiamasi partizione.

§. 26 Per gius civile può legarsi l'usufrutto di quelle cose che possono essere soggetto di usufrutto, salva la sostanza, e tanto delle singole cose, quanto di più, o di parte.

§. 27. Un senatoconsulto prescrive che se fu lasciato in legato l'usufrutto di quelle cose che si consumano con l'uso, come, per esempio, il vino, il frumento, si diano le cose al legatario dietro cauzione per la restituzione delle medesime, quando sarà cessato di appartenere al legatario l'usufrutto.

§. 28. Si può lasciare in legato a tutte le città che sono sotto l'impero pretorio; e ciò fu stabilito dall'imperator Nerva, poscia dal senato dietro proposta di Adriano.

§. 29. Il legato lasciato può essere tolto o con lo stesso testamento o con codicilli confermati da testamento, purchè per altro lo si tolga nello stesso modo con cui fu dato.

§. 30 I legati non si trasferiscono all'erede del legatario in altro modo, che allorquando il legatario fosse morto dopo che il legato cominciò ad essere dovuto.

§. 31. Per gius antico cominciano ad essere dovuti i legati che furono lasciati puramente, e per un tempo che dee certamente avvenire, al tempo della morte del testatore; per la legge Papia Poppea all'apertura delle tavole testamentarie; ma quelli che furono lasciati sotto condizione cominciano ad essere dovuti quando si adempie la condizione.

§. 32. La legge Falcidia prescrive che non si eroghi in legati più di nove once, di modo che restino quattro once nette presso l'erede.

§. 33. Non si possono ripetere i legati lasciati inutilmente.

TITOLO XXV.

Dei fedecommessi.

§. 1. Chiamasi fedecommesso ciò che si lascia con parole civili, ma di preghiera, e non procede dal vi-

Digitized by Google

vilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.

§. 2. Verba fideicommissorum in usu fere sunt haec, *Fideicommitto, peto, volo dari*, et similia.

§. 3. Etiam nutu relinquere fideicommissum in usu receptum est.

§. 4. Fideicommissum relinquere possunt, qui testamentum facere possunt, licet non fecerint. Nam intestatus quis moriturus, fideicommissum relinquere potest.

§ 5. Res per fideicommissum relinqui possunt, quae etiam per damnationem legari possunt.

§. 6. Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest.

§. 7. Latini Iuniani fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint.

§. 8. Fideicommissum et ante heredis institutionem, et post mortem heredis, et codicillis, etiam non confirmatis testamento, dari potest, licet legari non possit.

§. 9. Item Graece fideicommissum scriptum valet, licet legatum Graece scriptum non valeat.

§. 10. Filio qui in potestate est, servove heredibus institutis, seu si his legatum sit, patris vel domini fideicommitti potest, quamvis ab eo legari non possit.

§. 11. Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis, rogari potest, vel ut hereditatem totam, vel ex parte alii restituat, quamvis ex directo heres institui ne quidem confirmatis codicillis possit.

§ 12. Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata: sed cognitio est Romae quidem Consulum, aut Praetoris, qui fideicommissarius vocatur: in provinciis vero, Praesidum provinciarum.

§. 13. Poenae caussa certae vel incertae personae ne quidem fideicommissa dari possunt.

§. 14. Is qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus (puta) quam dodrantem, restituere rogatus est, ex Trebelliano senatusconsulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. Lege autem Falcidia interveniente, quoniam plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, lex Pegasiano senatusconsulto restituit, vel deducta parte quarta, ipse qui scriptus est heres hereditatem restituat, et in ipsum actiones conserventur, is autem qui recipit hereditatem, legatarii loco habeatur.

§. 15. Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda et incommoda hereditatis communicantur. Inter heredem, et eum cui reliquae partes restitutae sunt interpositis stipulationibus ad exemplum partis et pro parte stipulationum. Partis autem et pro parte stipulationes proprie dicuntur, quae de lucro et damno communicando solent interponi inter heredem et legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est heres.

§. 16. Si heres damnosam hereditatem dicat, cogetur a Praetore adire et restituere totam, ita ut ei et in eum qui recipit hereditatem actiones dentur, perinde atque si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset: idque ut ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum est.

§. 17. Si quis in fraudem tacitam fidem accommodaverit, ut non capienti fideicommissum restituat,

gore del gius civile, sebbene dassi per volontà di chi lo lascia.

§. 2. Le parole con cui si costituiscono i fedecommessi sono usualmente le seguenti: *Commetto alla fede, domando, voglio che sia dia.*

§. 3. È stabilito dall'uso che i fedecommessi possano darsi anche col cenno.

§. 4. Possano lasciare fedecommessi quelli che possono far testamento, benchè non lo abbiano fatto; imperocchè quegli che vuole morire intestato può lasciare un fedecommesso.

§. 5. Si possono lasciare in fedecommesso quelle cose che si possono lasciare in legato per condanna.

§. 6. I fedecommessi si possono lasciare a quelli ai quali si possono lasciare legati.

§. 7. I latini Giuniani possono ricevere un fedecommesso, benchè non possono ricevere un legato.

§. 8. Può darsi un fedecommesso, e prima della istituzione dell'erede, e dopo la morte dell'erede, e con codicilli ancorchè non confermati con testamento benchè così non si possa fare legati.

§. 9. Parimente è valido il fedecommesso istituito con parole greche, benchè non sia valido il legato fatto con parole greche.

§. 10. Instituito erede un figlio sotto potestà od un servo si può fedecommettere al padre od al padrone, benchè non si possa incaricar questo di un legato.

§. 11. Quegli ch'è instituito con testamento, può essere incaricato di restituire o tutta o parte dell'eredità con codicilli anche non confermati, benchè non possa essere instituito erede neppure con codicilli confermati.

§. 12. I fedecommessi non si domandano coll'azione come si domandano i legati; ma la cognizione si fa in Roma presso il console od il pretore che si chiama fedecommessario; nelle provincie poi presso i presidi delle provincie.

§. 13. Neppure i fedecommessi possono darsi a titolo di pena in favore di persona certa od incerta.

§. 14. Quegli che è incaricato di restituire ad un altro l'eredità, non avendo luogo la legge Falcidia, perchè fu incaricato, per esempio, di restituire più di nove once pel senatoconsulto Trebelliano, fa la restituzione in modo che tutte le azioni competenti ad esso o contro di esso, competano a quello cui fu restituita l'eredità. Qualora poi avesse luogo la legge Falcidia, perchè l'erede è incaricato di restituire o più di nove once o tutta l'eredità, pel senatoconsulto Pegasiano lo stesso erede scritto fa la restituzione o con la deduzione, della quarta parte, ed a lui o contro di lui competono le azioni, e quegli al quale fu restituita l'eredità si considera come un legatario.

§. 15. Restituita l'eredità pel senatoconsulto Pegasiano, i lucri ed i danni sono comuni tra l'erede e quello al quale fu fatta la restituzione, interponendosi le stipulazioni in proporzione della loro parte. Stipulazioni poi in proporzione della porzione propria diconsi quelle che sogliono interporre tra l'erede ed il legatario parziale vale a dire quello col quale l'erede fece la divisione dei lucri e dei danni.

§. 16. Nel caso in cui l'erede sostenesse essere passiva l'eredità, viene egli dal pretore costretto ad adirla od a restituirla per intiero, di modo che le azioni favorevoli e sfavorevoli appartengano a quello a cui fu restituita l'eredità in suo favore e svantaggio, come se questa fosse restituita pel senatoconsulto Trebelliano; e che ciò si faccia, viene prescritto dallo stesso senatoconsulto Pegasiano.

§. 17. Nel caso in cui taluno avesse instituito fraudolentemente un tacito fedecommesso, di modo che

Digitized by Google

nec quadrantem eum deducere Senatus censuit: nec caducum vindicare ex eo testamento, si liberos habeat.

§. 18. Libertas dari potest per fideicommissum.

TIT. XXVI.

De legitimis heredibus.

§. 1. Intestatorum ingenuorum haereditates pertinent, primum ad suos heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, caetorosque qui in liberorum loco sunt. Si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres et sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos adgnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, eiusdem familiae: id enim cautum est lege XII. Tabularum: *Ac si intestatus moritur, cui suus extabit heres, nec adgnatus proximus familiam habeto.*

§. 2. Si defunctus sit filius ex altero filio mortuo, iam nepos unus, vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet: non ut in capita dividatur, sed ut in stirpes, id est, ut filius solus mediam partem habeat, et nepotes quotquot sunt alteram dimidiam. Aequum est enim nepotes patris sui loco succedere, et eam partem habere, quam pater eorum si viveret, habiturus esset.

§. 3. Quamdiu suus heres speratur heres fieri posse, tamdiu locus agnatis non est: velut si uxor defuncti praegnans sit aut filius apud hostes sit.

§. 4. Adgnatorum hereditates dividuntur in capita, veluti si sit fratris filius, et alterius fratris duo pluresve liberi: quotquot sunt ab utraque parte personae, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.

§. 5. Si plures eodem gradu sunt agnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint, decesserint: eorum pars adcrescit his qui adierint. Quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non trasmittitur: quoniam in legitimis hereditatibus successio non est.

§. 6. Ad foeminas ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororive legitima heres fit.

§. 7. Ad liberos matris intestatae hereditas ex lege XII. Tabularum non pertinebat: quia foeminae suos heredes non habent. Sed postea Imperatorum Antonini et Commodi oratione in Senatu recitata, id actum est, ut sive in manu conventione, matrum legitimae hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, et reliquis adgnatis.

§. 8. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim Tabularum non pertinet: sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex Sentausconsulto Tertulliano si tamen ei filio neque suus heres sit, quive inter suos heredes ad bonorum possessionem a Praetore vocatur: neque pater ad quem lege hereditas, bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus. Quod si soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere iubetur hereditas.

debba essere restituita l' eredità ad uno che non l' ha ricevuta, il senatoconsulto Planciano prescrisse che non si debba far la deduzione delle quattro once, nè fosse fatta la vindicazione, come cosa caduca in caso ch' esistessero figli.

§. 18. La libertà può essere data per fedecommesso.

TITOLO XXVI.

Degli eredi legittimi.

§. 1. Le eredità delle persone morte senza far testamento appartengono in primo luogo agli eredi suoi vale a dire ai figli che sono sotto potestà od a quegli altri che sono in luogo dei figli. Qualora non esistessero figli suoi, le eredità appartengono ai consanguinei, vale a dire ai fratelli ed alle sorelle provenienti dallo stesso padre. Se non esistono neppur questi, le eredità appartengono agli altri agnati, vale a dire ai cognati di sesso virile discendenti da maschi della stessa famiglia, imperocchè cioè prescritto dalle leggi delle dodici tavole, la quale porta che se taluno morisse intestato senza lasciare alcun erede suo, il prossimo agnato debba avere la successione.

§. 2. Se vi fosse un figlio del defunto (*), od uno o più nipoti nati da un altro figlio, tutta l' eredità appartiene ai medesimi, e questa non si dividerà già per capi, ma per istirpi, vale a dire, in modo che il figlio solo abbia la metà della sostanza, ed i nipoti l'altra metà, qualunque sia il loro numero, e diffatti, è giusto che i nipoti succedano in luogo del loro padre ed abbiano quella porzione che avrebbe ottenuto il loro padre se fosse rimasto in vita.

§. 3. Fino a che si spera un erede, gli agnati non hanno luogo alla successione, come sarebbe se fosse gravida la moglie del defunto, od il figlio si trovasse presso i nemici.

§. 4. Le eredità degli agnati si dividono per capi; per esempio, se esiste un figlio di un fratello, e due o più figli di un fratello, l' eredità si dividerà in tante porzioni quante sono le persone dall' una e dall' altra parte.

§. 5. Se vi sono più agnati nello stesso grado, ed alcuni di essi non vollero ricevere l' eredità o morirono prima di adirla, la loro porzione accresce a quelli che l' adirono. Se poi niuno di essi la adì, l' eredità non si trasmette per legge al grado seguente; poichè nelle eredità legittime non ha luogo la successione.

§. 6. Alle femmine non appartiene la legittima eredità, oltre il grado di consanguineo; pertanto la sorella sarà legittima erede del fratello o della sorella.

§. 7. Ai figli della madre intestata non apparteneva l' eredità per legge delle dodici tavole, poichè le femmine non hanno eredi suoi. Ma in appresso per un' orazione degl' imperatori Antonino e Commodo, tenuta in Senato si prescrisse, che le legittime eredità delle madri appartenessero ai figli, esclusi i consanguinei e gli altri agnati.

§. 8. L' eredità del figlio intestato non appartiene alla madre per legge delle dodici tavole, ma se ha il gius dei figli, di tre s' è ingenua e di quattro se libertina, diventa erede in forza del senatoconsulto Tertilliano, qualora per altro non esista alcun erede suo del figlio od altro che dal pretore viene chiamato al possesso dei beni tra gli eredi suoi, nè il padre al quale appartiene l'eredità per legge od il possesso dei beni, nè il fratello consaguineo. Che se havvi una sorella consanguinea, l' eredità appartiene all' una ed all' altra.

(*) *Nel testo deesi leggere* defuncti *in vece di* defunctus.

Digitized by Google

TIT. XXVII.

De libertorum successionibus vel bonis.

§. 1. Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti sunt, velut patronum, patronam, liberosve patroni.

§. 2. Si sit patronus, et alterius patroni filius ad solum patronum hereditas pertinet.

§. 3 Item patroni filius patroni nepotibus obstat.

§. 4. Ad liberos patronorum, hereditas defuncti pertinet, ut in capita, non in stirpes dividatur.

§. 5. Legitimae hereditatis ius, quod ex lege duodecim Tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

TIT. XXVIII.

De possessionibus dandis.

§. 1. Bonorum possessio datur aut contra tabulas testamenti, aut adversus tabulas intestati.

§. 2. Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis, testamento praeteritis, licet legitima ad eos non pertineat hereditas.

§. 3. Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus, quam adoptivis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen et illis, qui in adoptiva familia sunt. Adoptivis autem, his tantum, qui in potestate manserunt.

§. 4. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cavere patribus suis qui in potestate manserunt, bona, quae moriente patre habuerunt, se collaturos.

§. 5. Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolit.

§. 6. Etiamsi iure civili non valeat testamentum, forte quod familiae mancipatio vel nuncupatio defuit si signatum testamentum sit, non minus quam septem testium civium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

§. 7. Intestati datur bonorum possessio per septem gradus. Primo gradu liberis: Secundo legitimis heredibus: Tertio proximis cognatis: Quarto familiae: Quinto patrono, patronae, liberisve patroni, patronaeve: Sexto viro, uxori: Septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. Si nemo sit ad quem bonorum possessio pertinere possit: aut si quidem, sed ius suum omiserit: populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria.

§. 8. Liberis bonorum possessio datur, tam his qui in potestatem usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis: item adoptivis, non tamen etiam in adoptionem datis.

§. 9. Proximi cognati bonorum possessionem accipiunt, non solum per foeminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite deminuti. Nam licet legitimum ius agnationis capitis minutione amiserint natura tamen cognati manent.

§. 10. Bonorum possessio datur parentibus et liberis intra annum, ex quo petere potuerunt: caeteris intra centum dies.

TITOLO XXVII.

Della successione o dei beni dei liberti.

§. 1. L' eredità de' beni intestati appartiene prima agli eredi suoi, e dopo questi a coloro dei quali sono liberti, vale a dire al patrono, alla patrona od ai figli del patrono.

§. 2. Qualora esistesse il patrono ed un figlio di un altro patrono, l' eredità appartiene al solo patrono.

§. 3. Inoltre il figlio del patrono è di ostacolo ai nipoti.

§. 4. Ai figli dei patroni, l' eredità del defunto appartiene in modo che dee dividersi per capi e non per istirpi.

§. 5. Il gius della legittima eredità che discende dalla legge delle dodici tavole si perde con la diminuzione di capo.

TITOLO XXVIII.

Del dare il possesso.

§. 1. Il possesso dei beni si dà o contra le tavole o secondo le tavole del testamento.

§. 2. Il possesso dei beni contra le tavole si dà ai figli emancipati diseredati nel testamento, benchè non appartenga ad essi l' eredità.

§. 3. Il possesso dei beni contra le tavole si dà tanto ai figli naturali quanto agli adottivi. Ma lo si dà ai figli naturali emancipati, non però a coloro che sono nella famiglia adottiva. Agli adottivi lo si dà soltanto, nel caso in cui fossero rimasti sotto potestà.

§. 4. Ai figli emancipati si dà il possesso dei beni per editto se sono disposti a garentire i loro fratelli, che restarono sotto potestà di conferire i beni che avevano alla morte del padre.

§. 5. Si dà il possesso dei beni, secondo le tavole testamentarie, agli eredi scritti, vale a dire se non esista alcuno di quelli, ai quali compete il possesso contra le tavole o non vogliono domandarlo.

§. 6. Benchè per diritto civile non sia valido il testamento pel motivo che manca la emancipazione o la nuncupazione della sostanza, tuttavia, se il testamento è sigillato e sottoscritto non meno che da sette testimoni cittadini romani, si dà il possesso dei beni.

§. 7. Si dà il possesso dei beni dell' intestato per sette gradi: in primo grado ai figli: in secondo, ai legittimi eredi: in terzo, ai prossimi cognati: in quarto, alla famiglia: in quinto, al patrono, alla patrona, ai figli del patrono, e della patrona: in sesto, al marito, alla moglie: in settimo, ai cognati del manumissore, i quali per la legge Furia possono ricevere più di mille assi. Se non esistesse alcuno, al quale potesse appartenere il possesso dei beni; ovvero nè esistesse qualcheduno, ma non facesse valere il suo diritto, i beni sarebbero deferiti al popolo in forza della legge Giulia caducaria.

§. 8. Si dà il possesso dei beni ai figli tanto a quelli che erano sotto potestà al tempo della morte, quanto agli emancipati; e così pure agli adottivi, non però a quelli dati in adozione.

§. 9. I prossimi cognati ricevono il possesso dei beni e non solamente quelli che sono cognati per mezzo di sesso femminino, ma eziandio quegli cognati che sono diminuiti di capo; imperocchè quantunque essi avessero perduto il legittimo gius di agnazione per la diminuzione di capo, tuttavia, restano cognati per natura.

§. 10. Il possesso dei beni si dà ai genitori ed ai figli entro l'anno da computarsi dal momento in cui essi lo potevano domandare, ed agli altri entro cento giorni.

Digitized by Google

§. 11. Qui omnes intra id tempus si non petierint, ad bonorum possessionem sequens gradus admittitur: perinde ac si superiores non essent, ilique per septem gradus fit.

§. 12. Illi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio Praetoris. Ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est: in quibus heredes esse fingantur.

§. 13. Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cum re si is quis accepit, cum effectu bona retineat: sine re, quum alius iure civili evincere hereditatem possit: veluti si suus heres intestato sit, bonorum possessio sine re est, quum suus heres evincere hereditatem iure legitimo possit.

TIT. XXIX.

De bonis libertorum.

§. 1. Civis Romani liberti hereditatem lex duodecim Tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. Ideoque sive testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, et suus heres ei sit, quamvis non naturalis, sed uxor puta quae in manu fuit, vel adoptivus filius: lex patrono nihil praestat. Sed ex edicto Praetoris si testamento facto libertus moriatur, aut ut nihil, aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat: contra tabulas testamenti, partis dimidiae bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, sive intestato decedat, et uxorem forte in manum vel adoptivum filium relinquat, aeque partis mediae bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

§. 2. In bonis libertae patrono nihil iuris ex edicto datur. Itaque si intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet.

§. 3. Licet liberi sint libertae, quoniam non sunt sui heredes matri, obstat patrono lex Papia Popea. Postea libertas quatuor liberorum iure tutela patronorum liberavit, et cum intulerit, iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit ut pro numero liberorum libertae superstitum virilis pars patrono debeatur.

§. 4. Liberi patroni virilis sexus, eadem iura in bonis libertorum parentum suorum habent, quae et ipse patronus. Foeminae vero, ex lege quidem XII. Tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi.

§. 5. Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturalis bonorum possessio eis non competit. Sed si ius trium liberorum habuerunt, etiam haec iura ex lege Papia Popea nanciscuntur.

§. 6. Patronae ex bonis libertorum illud ius tantum habent, quod lex XII. Tabularum introduxit. Sed postea lex Papia patronae ingenuae duobus liberis honoratae libertinae tribus, id iuris dedit quod patronus habet ex edicto.

§. 7. Item liberis ingenuae trium liberorum iure honoratae eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono tribuit.

(*) *Nel testo si dee aggiungere la negativa non.*

§. 11. Se tutte queste persone, non fecero la domanda entro il termine stabilito, si ammette al possesso dei beni il grado seguente, come se il primo non vi fosse; e ciò si osserva per sette gradi.

§. 12. Quegli ai quali viene dato il possesso dei beni per editto, non sono eredi, ma vengono costituiti in luogo di eredi per beneficio del pretore, e quindi tanto se essi stessi agiscono, quanto se viene agito contro di essi è d'uopo di azioni fittizie nelle quali si fingono eredi.

§. 13. Il possesso dei beni si dà o con la cosa o senza la cosa. Con la cosa, se quegli che ottiene il possesso effettivamente ritiene i beni: Senza la cosa, quando un altro può evincere l'eredità per gius civile, come sarebbe se esistesse un erede suo della persona defunta intestata. Havvi possesso dei beni senza cosa allor quando l'erede suo può evincere l'eredità del gius legittimo.

TITOLO XXIX.

Dei beni dei liberti.

§. 1. La legge delle dodici tavole diferisce al patrono l'eredità del liberto cittadino romano, qualora fosse morto senza erede. Perciò, o se egli morì avendo fatto testamento, benchè non sussistesse un erede suo; o se morì intestato, ed avesse un erede suo, benchè non naturale, per esempio, la moglie ch'era sotto la sua potestà od un figlio adottivo: la legge non dà niente al patrono. Ma per l'editto del pretore se il liberto muore avendo o non avendo fatto testamento, ovvero lascia al patrono meno della metà delle sue sostanze si dà a questo patrono il possesso dei beni della metà di questa sostanza contra le tavole testamentarie, qualora il liberto non lascia per suo successore alcuno dei figli naturali, e tanto se muore intestato, lasciando la moglie che era sotto sua potestà ad un figlio adottivo, si dà parimente al patrono il possesso dei beni della metà della sostanza.

§. 2. Nei beni della liberta non si dà alcun diritto al patrono in forza dell'editto. Pertanto se la donna muore senza far testamento, l'eredità sempre ad esso appartiene.

§. 3. Quantunque la liberta lasci i figli, non essendo questi eredi suoi della madre, non (*) osta al patrono la legge Papia. Dopo che la libertà fu sollevata dalla tutela dei patroni per la nascita di quattro figli, e potè far testamento senza bisogno di essere autorizzata dai patroni, la legge dà al patrono una porzione virile, secondo il numero dei figli superstiti.

§. 4. I figli del patrono di esso mascolino hanno sui beni dei liberti gli stessi diritti che avevano i loro genitori. Le femmine poi, per legge delle dodici tavole, hanno lo stesso diritto che i figli maschi del patrono.

§. 5. Non compete a questi il possesso dei beni contra le tavole testamentarie del liberto o ab intestato in confronto degli eredi suoi non naturali (**). Che se ebbero il gius dei tre figli, hanno luogo questi diritti in forza della legge Papia Poppea.

§. 6. Le patrone hanno sui beni dei loro liberti soltanto quel diritto che fu introdotto dalla legge delle dodici tavole. Ma in appresso la legge Papia attribuì lo stesso diritto che ha il patrono in forza dell'editto, alla patrona ingenua avente due figli ed alla patrona libertina avente tre.

§. 7. Parimente la legge diede lo stesso diritto che compete al patrono, a quella ingenua che ha tre figli legittimi.

(**) *Nel testo dee leggersi naturales invece di naturalis*

Digitized by Google

JULII PAULI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
AD FILIUM
LIBRI QUINQUE

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

De pactis et conventionibus

§. 1. De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere licet. Ex his enim pacti obligatio solummodo nascitur.

§. 2. Omne pactum posteriore pacto dissolvitur, licet pariat exceptionem.

§. 3. Pacto convento Aquiliana stipulatio subiici solet, sed consultius est huic poenam quoque subiungere: quia rescisso quoquo modo pacto, poena ex stipulatu repeti potest.

§. 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus.

§. 5. De rebus litigiosis et convenire et transigere possumus. Post rem iudicatam pactum nisi donationis causa interponatur, servari non oportet.

TIT. II.

De cognitoribus.

§. 1. Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus adversariis.

§. 2 Foeminae in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur.

§. 3. In rem suam cognitor, procuratorve ille fieri potest, qui pro omnibus postulat.

§. 4. Actio iudicati non solum in dominum, aut domino, sed etiam eredi, et in heredem datur.

TIT. III.

De procuratoribus.

§. 1. Mandari potest procuratio praesentibus, et nudis verbis et per literas, et per nuntium, et apud acta praesidis et magistratus.

§. 2. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur.

TIT. IV.

De negotiis gestis.

§. 1. Qui negotia aliena gerit et bonam fidem, et exactam diligentiam rebus eius, pro quo intervenit, praestare debet.

§ 2. Tutor post finitam tutelam si in administratione duret, actione negotiorum gestorum pupillo, vel curatori eius tenebitur.

§. 3. Si pecuniae quis negotium gerat, usuras quoque totius temporis praestare cogitur, et periculum eorum nominum, quibus collocavit, agnoscere, si litis tempore solvendo non sint. Hoc enim in bonae fidei iudiciis servari convenit.

§. 4. Mater, quae filiorum suorum rebus interve-

DELLE

SENTENZE DI PAOLO
AL FIGLIO
LIBRI CINQUE

LIBRO PRIMO

TITOLO I.

Dei patti e delle convenzioni.

§. 1. Possiamo far patti sopra quelle cose sopra le quali possiamo transigere. Da questi patti soltanto nasce l'obbligazione.

§. 2. Ogni patto si scioglie con un patto posteriore, benchè produca l'eccezione.

§. 3. Al patto convenuto si suole aggiungere la stipulazione Aquiliana, ma è più prudente aggiungere al patto anche la pena; perchè, rescisso che sia il patto in qualsivoglia modo, si può ripetere la pena in forza della stipulazione.

§. 4. Non possiamo far patti nè contra le leggi, nè contra i buoni costumi.

§. 5. Circa la cosa litigiosa possiamo far convenzioni e transazioni. Dopo la cosa giudicata non è obbligo di osservare il patto se non s'interpone causa di donazione.

TITOLO II.

Dei cognitori.

§. 1. Tutti gl'infami che non possono produrre la propria domanda non possono essere fatti cognitori, neppure col consenso degli avversarii.

§. 2. Non è interdetto alle donne l'ufficio di cognitore nella cosa propria.

§. 3. Può essere fatto cognitore in affar proprio o procuratore quello che produce domanda per tutti.

§. 4. L'azione del giudicato si dà non solamente contra il padrone od al padrone, ma eziandio al suo erede e contra il suo erede.

TITOLO III.

Dei procuratori.

§. 1. Può essere affidata la procura ai presenti con parole non solenni, per lettera, per nuncio, e presso gli atti del preside e del magistrato.

§. 2. Il procuratore si dà o per la lite o per ogni affare o per parte di un affare o per l'amministrazione delle cose.

TITOLO IV.

Della gestione di affari.

§. 1. Quegli che amministra gli affari altrui dee prestare buona fede e diligenza esatta per gli affari di colui pel quale egli interviene.

§. 2. Il tutore, cessata che sia la tutela, se si mantiene nell'amministrazione, sarà tenuto verso il pupillo od il curatore all'azione di gestione di affare.

§. 3. Quegli che amministra una somma dee prestare gl'interessi della medesima per tutto il tempo della sua amministrazione, ed assumere sopra di sè il pericolo dei crediti, nei quali impiegò la somma, qualora il tempo della lite non sia solvente; poichè dee ciò osservarsi nei giudizii di buona fede.

§. 4. La madre che s'ingerisce nell'amministrazio-

Digitized by Google

nit, actione negotiorum gestorum, et ipsis, et eorum tutoribus tenebitur.

§. 5. Filiusfamilias aut servus, si negotium alicuius gerat, in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur.

§. 6. Si pater vel dominus filio familias, vel servo aliena negotia agenda commiserit, in solidum tenebitur.

§. 7. Pater si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur.

§. 8. Qui cum tutor, curatorve non esset, si pro tutore, curatoreve res pupilli, adultive administraverit, actione negotiorum gestorum pro tutore, curatoreve tenebitur.

TIT. V.

De calumniatoribus.

§. 1. Calumniosus est, qui sciens, prudensque per fraudem negotium alicui comparat.

§. 2. Et in privatis, et in publicis iudiciis omnes calumniosi extra ordinem, pro qualitate admissi plectuntur.

TIT. VI.

De reis institutis.

§. 1. De his criminibus, quibus quis absolutus est, ab eo qui accusavit, refricari accusatio non potest.

§. 2. Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est.

§. 3. Crimen, in quo alius destitit, vel victus recessit, alius obiicere non prohibetur.

TIT. VII.

De integri restitutione.

§. 1. Integri restitutio est redintegrandae rei, vel causae actio.

§. 2. Integri restitutionem praetor tribuit ex his causis, quae per metum, dolum, et status permutationem, et iustum errorem, et absentiam necessariam et infirmitatem aetatis gesta esse dicuntur.

§. 3. Integri restitutio plus quam semel non est decernenda, ideoque causa cognita decernitur.

§. 4. Integri restitutio aut in rem competit, aut in personam. In rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur. In personam aut quadrupli poena intra annum, vel simpli post annum peri potest

§. 5. Si aliquis ut se de vi latronum, vel hostium, vel populi liberaret, aliquid mancipavit, vel promisit, ad metum non pertinet: mercedem enim depulsi metus tribuit.

§. 6. Servus per metum mancipatus, quidquid adquisierit, vel stipulatus sit, ei adquirit, qui vim passus est.

§. 7. Vis est maior rei impetus, qui repelli non potest.

§. 8. Qui quem domo inclusit, ut sibi rem manciparet, aut promitteret, extorsisse mancipationem videtur.

ne dei beni dei suoi figli, sarà tenuta all'azione di gestione di affari verso i medesimi e loro tutori.

§. 5. Se il figlio di famiglia od il servo amministra un affare altrui, si darà l'azione contra il padre od il padrone fino alla concorrenza del peculio.

§. 6 Il padre od il padrone che affidò al figlio di famiglia od al servo l' amministrazione degli altrui affari, sarà solidariamente responsabile.

§. 7. Il padre amministrò tutte le cose che donò al figlio emancipato, sarà tenuto verso il figlio all'azione di gestione di affari.

§. 8. Quegli che non essendo tutore, o curatore sostenne, come tutore o curatore l' amministrazione delle cose del pupillo, sarà tenuto all' azione di gestione di affari come tutore o curatore.

TITOLO V.

Dei calunniatori.

§. 1. È calunniatore quegli che scientemente e deliberatamente vessa altrui con liti con la mira di frodare.

§ 2. Sì nei privati che nei pubblici giudizii tutti i calunniatori vengono estraordinariamente puniti a norma del loro delitto.

TITOLO VI.

Dei rei abbandonati dagli accusatori (*).

§. 1. Nel caso in cui taluno venisse assolto dai delitti imputatigli, l' accusatore non potrà rinnovare l' accusa degli stessi delitti.

§. 2. Il figlio dell' accusatore che volesse continuare l' accusa promessa da suo padre contra taluno, che fu liberato, non potrà essere ascoltato.

§. 3. Niuno può accusare un altro di quel delitto, nella cui accusa un terzo desistette o rimase soccombente.

TITOLO VII.

Della restituzione in intiero.

§. 1. La restituzione in intiero è l' azione di rientegrazione della cosa o della causa.

§. 2 Il pretore concede la restituzione in intiero per le seguenti cause; per ciò che è stato fatto per timore, per dolo, per cangiamento di stato, per giusto errore, per assenza necessaria e per debolezza di età.

§. 3. La restituzione in intiero non si dee decretare più di una volta, e perciò la si decreta con cognizione di causa.

§ 4. L' azione di restituzione in intiero è reale o personale. È reale quanto si revoca la stessa cosa di cui si tratta; è personale quanto si può domandare e la pena del quadruplo entro l' anno o del simplo dopo l' anno.

§. 5. Quegli che emancipò o promise qualche cosa per liberarsi dalla violenza dei ladroni, dei nemici e del popolo, non può pretendere la restituzione per causa di timore, imperocchè egli fece ciò per allontanare il timore.

§. 6. Il servo emancipato per timore che gli fu incusso o stipulò qualche cosa, la acquista a quello che soffrì la violenza.

§. 7. La violenza è un impeto di forza maggiore che non può respingersi

§. 8. Quegli che chiuse in casa un altro, affinchè gli emancipasse o promettesse una cosa, si risguarda aver estorto la emancipazione.

(*) Gottofredo legge nel testo: *De reis destitutis*.

Digitized by Google

§. 9. Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid traderet, vel venderet, vim intulisse videtur.

§. 10. Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.

TIT. VIII.

De dolo malo.

§. 1. Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur.

§. 2. Si qui dolum, aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi et dolo actione tenetur.

TIT. IX.

De minoribus XXV. annorum.

§. 1. Minor XXV. annorum, si aliquod flagitium admiserit, quod ad publicam coercitionem spectet, ob hoc in integrum restitui non potest.

§. 2. Qui minori mandavit, ut negotia sua agat, ex eius persona in integrum restitui non potest, nisi minor sua sponte negotiis eius intervenerit.

§. 3. Si maior effectus res, quas minor egit, facto, vel silentio comprobavit, adversus hoc quoque in integrum restitui frustra desiderat.

§. 4. Si minor minori heres existat, heres ex sua persona, non ex defuncti, in integrum restitui potest.

§. 5. Minor se in his, quae fideiussit. vel fide promisit, vel spopondit, vel mandavit in integrum restituendo, reum principalem non liberat.

§. 6. Qui sciens, prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur.

§. 7. Minor adversus emptorem in integrum restitutus, pretio restituto, fundum recipere potest. Fructus enim in compensationem usurarum penes emptorem remanere placuit.

§. 8. Minor adversus distractiones eorum pignorum, et fiduciarum, quas pater obligaverat, si non ita ut oportuit a creditore distractae sint, restitui in integrum potest.

TIT. X.

De Plus petendo.

Causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate. Loco, si alibi: summa, si plus, quam damus, petimus: tempore, petendo ante tempus: qualitate, eiusdem speciei rem meliorem postulantes.

TIT. XI.

De satisdando.

§. 1. Quotiens hereditas petitur, satisdatio iure desideratur: et si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur. Si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio remanet. In pari enim causa potior est possessor.

§. 9. Quegli che incatenò taluno affinchè gli consegnasse o gli rendesse una cosa, si risguarda aver fatta violenza.

§. 10. Se taluno chiuse in carcere un altro onde estorquergli qualche cosa, tutto ciò che per tal causa fosse stato fatto, è invalido.

TITOLO VIII.

Del dolo malo.

§. 1. Ha luogo dolo malo quando si fa una cosa e si simula di farne un' altra.

§. 2. Se taluno impiegò violenza e timore, affinchè una cosa passasse in dominio di un altro; tutti e due saranno tenuti all' azione di violenza e di dolo.

TITOLO IX.

Dei minori di venticinque anni.

§. 1. Il minore di venticinque anni, qualora avesse commesso qualche delitto spettante alla pubblica vendetta, non può essere restituito sopra tal punto.

§. 2. Quegli che fece procura ad un minore, affinchè amministrasse i suoi affari, non può essere per la sua persona restituito in intiero, se non qualora il minore fosse spontaneamente intervenuto nei suoi affari.

§. 3. Quegli che divenuto maggiore avesse col fatto o col silenzio confermato ciò che fece quando era minore, inutilmente domanda la restituzione in intero contra ciò che fece.

§. 4. Quel minore che diventa erede di un minore può essere restituito in intiero per la sua persona, non per quella del defunto.

§. 5. Il minore restituendosi in intiero contra un suo proprio atto di fideiussione, di promessa o di mandato, non libera il debitore principale.

§. 6. Quegli che scientemente e deliberatamente si obbligò per un minore, e fece ciò con piena cognizione, non viene soccorso nemmeno nel caso in cui venisse soccorso il minore.

§. 7. Il minore restituito in intiero contra il compratore può ricuperare il fondo restituendo il prezzo. È poi deciso che i frutti debbano appartenere al compratore in compensazione degl' interessi.

§. 8. Il minore può essere restituito in intiero contra le vendite di quei pegni e di quelle cose vendute con patto di restituzione che fece il padre, qualora il creditore non gli avesse venduto nel modo dovuto.

TITOLO X.

Della domanda trascendente il debito.

Noi decadiamo dalla causa o pel luogo, o per la somma, o pel tempo, o per la qualità. Pel luogo, se domandiamo che la cosa ci sia data in altro luogo diverso dal convenuto; per la somma, se domandiamo più di quello che ci è dovuto; pel tempo, se domandiamo prima del tempo in cui la cosa comincia ad essere dovuta; per la qualità, se domandiamo una cosa di qualità superiore a quella della dovuta.

TITOLO XI.

Della satisdazione

§. 1. Ogni qual volta si domanda un' eredità, per dritto si richiede la satisdazione; e se non viene data satisdazione, l' eredità si trasferisce in chi la domanda. Se il petente, non vuole satisdare, il possesso rimane presso il possessore, imperocchè in pari causa è migliore la condizione del possessore.

Digitized by Google

§. 2. Usufructuarius de utendo usufructu satisdare debet, perinde se usurum, ac si ipse paterfamilias uteretur.

TIT. XII.

De iudiciis omnibus.

§. 1. Hi qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur.

§. 2. Ex his, qui ancillam corruperit alienam, aliam reformare cogendus est.

§. 3. Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non tenetur.

§. 4. In caput domini, patronive, nec servus, nec libertus interrogari potest.

§. 5. Praegnantes neque torqueri, neque damnari, nisi post editum partum possunt.

§. 6. Qui rescriptum a principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur.

§. 7. Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit.

TIT. XIII.

De iudicato.

§. 1. Qui exhibiturum se aliquem iudicio caverit, mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur.

§. 2. Filiusfam. iussu patris manumittere potest, matris non potest.

§. 3. Is, qui album raserit, corrupuerit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit, extra ordinem punietur.

§. 4. Si id, quod emptum est, neque tradatur, neque mancipetur, venditor cogi potest, ut tradat, aut mancipet.

§. 5. Deteriorem servum facit, qui fugam suaserit, qui furtum, et qui mores corpusve corruperit.

§. 6. Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, poena legis Aquiliae tenetur.

§. 7. In petitione hereditatis ea veniunt, quae defunctis mortis tempore reliquit, vel ea, quae post mortem, ante aditam hereditatem ex ea adquisita sunt.

§. 8. Possessor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienavit, cum usuris praestare cogendus est.

§. 9. Rerum ex hereditate alienatarum aestimatio in arbitrio petitoris consistit.

§. 10. Petitio hereditatis, cuius defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur.

TIT. XIV.

De via publica.

Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem eius solus compellitur.

TIT. XV.

Si quadrupes damnum intulerit.

§. 1. Si quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depasta sit, in dominum actio datur, ut aut damni aestimationem subeat aut quadrupedem dedat, quod etiam lege Pesulania de cane cavetur.

§. 2. L' usufruttuario dee dar cauzione per l'uso, vale a dire di usare della cosa da padre di famiglia

TITOLO XII.

Di tutte le azioni.

§ 1. Quelli che fecero uso di un falso rescritto vengono puniti secondo la legge Cornelia *De falsis*.

§. 2. Quegli che violò l' altrui serva è obbligato a darne un' altra.

§. 3 Quegli che scientemente allegò il falso, non è soggetto alla pena di falso

§. 4. Nè il servo, nè il libero può essere interrogato circa il delitto capitale del padrone o del patrono.

§. 5. Le donne incinte non possono esser poste alla tortura, nè condannati sennonchè dopo dato in luce il feto.

§. 6. Quegli che estorse dal principe un rescritto con false allegazioni, non può valers del medesimo.

§. 7. Quegli che fece una confessione a suo carico, non può essere torturato per deporre contra un altro, affinchè non ponga in pericolo l' altrui salvezza quegli che disperò della propria.

TITOLO XIII.

Del giudicato.

§. 1. Quegli che garentì che alcuno si presenterà in giudizio, morto quello pel quale garentì, viene liberato dal pericolo della cauzione.

§ 2. Il figlio di famiglia può manomettere per ordine del padre, ma non già per quello della madre,

§. 3. Quegli che rase, corruppe, portò via, cangiò l' albo, ovvero alterò qualsiasi cosa esposta al pubblico ad oggetto di pubblicazione, sarà punito estraordinariamente.

§ 4. Se ciò che fu venduto non viene consegnato o mancipato, il venditore può essere costretto alla tradizione od alla mancipazione.

§. 5 Deteriora il servo quegli che lo persuade alla fuga, od al furto, ovvero corrompe i suoi costumi od il suo corpo.

§. 6. Quegli che violò una serva altrui impubere, è soggetto alla pena portata dalla legge Aquilia.

§. 7. Nella petizione di eredità vengono quelle cose che il defunto lasciò in tempo di sua morte, ovvero quelle che per le medesime furono acquistate dopo la sua morte prima della adizione della eredità

§. 8. Il possessore dell' eredità è obbligato a restituire il prezzo di quelle cose che dolosamente alienò insieme con gli altri.

§. 9. Dal giuramento del petente viene determinato il valore delle cose alienate pertenenti all' eredità.

§. 10. La dimanda di eredità di quel defunto che non contestò la lite non si trasmette all' erede.

TITOLO XIV.

Della via pubblica.

Quel solo che lavorò con aratro la pubblica via viene costretto a riattarla.

TITOLO XV.

Se il quadrupede fece danno.

§. 1. Se un quadrupede fece depauperamento o diede danno, o pascolò negli altrui luoghi, si dà l' azione contra il proprietario dell' animale, affinchè o paghi il valore del danno, ovvero dia il quadrupede in risarcimento, come prescrive la legge Pesulania *De cane*.

Digitized by Google

§. 2. Feram bestiam in ea parte, qua populi iter est, colligari praetor prohibet. Et ideo sive ab ipsa, sive propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admissi extra ordinem actio in dominum, vel custodem datur: maxime si ex eo homo perierit, vel fuerit laesus.

§. 3. Ei, qui irritatu suo feram bestiam, vel quamcumque aliam quadrupedem in se proritaverit, eoque damnum dederit, neque in eius dominum, neque in custodem actio datur.

TIT. XVI.

De finium regundorum.

In eum, qui per vim terminos deiecerit, vel amoverit, extra ordinem, animadvertitur.

TIT. XVII.

De servitutibus.

§. 1. Viam, iter, actum, aquaeductum, qui biennio usus non est, amisisse videtur. Nec enim ea usucapi possunt, quae non utendo amittuntur.

§. 2. Servitus hauriendae, vel deducendae aquae biennio omissa intercidit, et biennio usurpata recipitur.

TIT. XVIII.

De familiae erciscundae.

Arbiter familiae erciscundae plus, quam semel dari non potest: et ideo de his, quae divisa eo iudicio non sunt, communi dividundo arbiter postulatus partietur.

TIT. XIX.

Quemadmodum actiones per inficiationem duplentur.

§. 1. Quaedam actiones, si a reo inficientur, duplantur, velut iudicati depensi, legati per damnationem relicti, damni iniuria legis Aquiliae, item de modo agri, cum a venditore emptor deceptus est.

§ 2. Ex his causis, quae inficiatione duplantur, pacto decidi non potest.

TIT. XX.

De fideiussore, et sponsore.

Inter fideiussores ex edicto praetoris, si solvendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio dividitur.

TIT. XXI.

De sepulchris et incendiis.

§. 1. Ob incursum fluminis, vel metum, corpus iam perpetuae sepulturae traditum, solemnibus reditis sacrificiis, per noctem in alium locum transferri potest.

§. 2. Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis: et qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.

§. 3. Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, et alba veste.

(*) Forse nel testo deesi leggere: *iudicati, depositi.*

§. 2. Il pretore proibisce di legare una bestia feroce per dove passa il popolo. . . . E perciò se fu recato danno ad altri o dalla stessa bestia o per sua causa, si dà l'azione straordinaria a seconda della gravezza del fallo o contra il proprietario della belva o contra il custode, e specialmente nel caso in cui un uomo fosse perito o leso per tale causa.

§. 3. Quegli che irritò una bestia feroce o qualsiasi altro quadrupede contra sè stesso riportando danno, non si dà azione nè contra il proprietario della belva, nè contra il suo custode.

TITOLO XVI.

Del regolamento dei confini.

Viene assoggettato a pena straordinaria quegli che nella via abbattè o smosse i confini.

TITOLO XVII.

Delle servitù.

§. 1. Quegli che per un biennio non fece uso della via, del passaggio, della condotta dell' acquidotto, lo perde; imperocchè non si possono usucapire quelle cose che non si perdono col non uso.

§. 2. La servitù di cavare o di condur acqua si perde parimente col non uso del biennio, e si usucapisce coll' uso del biennio.

TITOLO XVIII.

Della divisione di eredità

Non può darsi più di una volta l'arbitrio per la divisione dell'eredità; e perciò quelle cose che non furono divise per suo giudizio, verranno divise dall'arbitro domandato della divisione delle cose comuni.

TITOLO XIX.

Come si raddoppino le azioni a causa della negativa.

§. 1. Alcune azioni si vengono negate dal reo, si raddoppiano, come l'azione di giudicato di deposito (*), di legato lasciato per condanna, del danno con ingiuria della legge Aquilia, e parimente dell'azione derivante dalla misura del campo allorquando il compratore fu ingannato.

§. 2. Sopra queste cause che si raddoppiano per la negativa, non può aver luogo transazione.

TITOLO XX.

Del fideiussore e promissore.

In forza dell'editto del pretore si divide l'azione tra i fideiussori nel caso in cui non sono solventi, benchè ciascuno sia solidariamente obbligato.

TITOLO XXI.

Dei sepolcri e dei lutti.

§. 1. È lecito trasportare di notte tempo in altro luogo un cadavere già dato alla sepultura, con le debite cerimonie, a motivo dell'irruzione del fiume o per altra giusta causa.

§. 2. Non è lecito di portare in città un cadavere onde non funestare il sacro della città; e quegli che operasse in contravvenzione a queste prescrizioni verrà punito straordinariamente.

§ 3. Quegli che è in lutto dee astenersi dai convitti dagli ornamenti e da vestito bianco.

Digitized by Google

§. 4. Quidquid in funus erogatur, inter aes alienum primo loco deducitur.

§. 5. Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid impenderit, recipere id ab herede, vel a patre vel a domino potest.

LIBER SECUNDUS.

TIT. I.

De rebus creditis et iureiurando.

§. 1. In pecuniariis causis si alter ex litigatoribus iusiurandum deferat, audiendus est. Hoc enim et compendio litium, et aequitatis ratione provisum est.

§. 2. Deferre iusiurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia iusiurandum reo competit.

§. 3. Si reus cum iurare velit, actor illi necessitatem iurisiurandi remisit, et hoc liquido appareat, actio in eum non datur.

§. 4. Heredi eius, cum quo contractum est, iusiurandum deferri non potest: quoniam contractum ignorare potest.

§. 5. Si qui debitum quocumque modo confessus docetur, ex ea re creditori actio non datur, sed ad solutionem compellitur.

TIT. II.

De pecunia constituta.

Si id, quod mihi Lucius debet, soluturum te constituas, teneris actione pecuniae constitutae.

TIT. III.

De contractibus

Stipulatio est verborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondit, velut, Spondes, Spondeo, Dabis, Dabo, Promittis, Promitto, Fidei tuae erit fidei meae erit. Et tam pure, quam sub condicione concipi potest.

TIT. IV.

De commodato, et deposito pignore fiduciave.

§. 1. Quidquid in rem commodatam ob morbum vel aliam rationem impensum est, a domino recipi potest.

§. 2. Si facto incendio, ruina, naufragio, aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est: nisi forte cum posset rem commodatam salvam facere, suam praetulit.

§. 3. Servus vel equus si a latronibus, vel in bello, in aliam causam commodati occisi sunt, actio commodati datur: custodia enim et diligentia rei commodata praestanda est.

§. 4. Si rem aestimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me deferres, eaque perierit, siquidem ego te rogavi, meo periculo perit: si tu de vendenda promisisti, tuo periculo perit.

TIT. V.

De pignoribus.

§. 1. Creditor si simpliciter sibi pignus depositum

§. 4. Tutto ciò che viene speso pel funerale dev'essere, prima di ogni altra cosa computato nei debiti.

§. 5. Quegli che seppellisce una persona estranea può farsi risarcire delle spese del funerale o dall'erede, o dal padre, o dal padrone.

LIBRO SECONDO.

TITOLO I.

Delle cose date a credito e del giuramento.

§. 1. Nelle cause pecuniarie se una delle parti deferisce il giuramento, dev'essere ammesso al medesimo; imperocchè così è disposto e per la speditezza delle liti e per l'equità.

§. 2. L'attore può deferire il giuramento, e compete al reo il giuramento contrario della calunnia.

§. 3 Se, allorquando il reo vuole giurare, l'attore gli rimette il giuramento, e ciò risulta chiaramente, non si dà l'azione contra di lui.

§. 4. Non si può deferire il giuramento all'erede di quello col quale ebbe luogo il contratto; poichè quest'ultimo può ignorare il contratto.

§. 5. Nel caso in cui risultasse aver alcuno in qualsiasi modo confessato il debito, al creditore non si dà perciò l'azione; ma il debitore viene astretto al pagamento.

TITOLO II.

Del costituito danaro.

Se tu ti sei obbligato con un costituto pel pagamento di ciò che Lucio mi dee, sarai tenuto all'azione del costituto danaro.

TITOLO III.

Dei contratti.

La stipulazione è un concepimento di parole, al quale uno convenientemente interrogato risponde; come, per esempio, *fai promessa? faccio promessa; darai? darò; prometti? prometto; obblighi la tua fede? obbligo la mia fede.* E ciò può concepirsi tanto puramente che sotto condizione.

TITOLO IV.

Del comodato, del pegno depositato o della fiducia.

§. 1. Tutto ciò che fu speso per la cosa comodata, per causa di malattia od altra, può ripetersi dal proprietario

§. 2 Se per incendio, rovina, naufragio o per altro simile avvenimento si perde la cosa data a comodato, non sarà per tal titolo responsabile quegli, al quale venne data a prestito; qualora per altro egli, potendola salvare, non avesse preferito di salvare la cosa propria.

§. 3. Se il servo od il cavallo, essendo stato impiegato per un fine diverso da quello pel quale fu dato a prestito, restò ucciso dai ladroni, od in battaglia, si dà l'azione di comodato; imperocchè è obbligo della custodia e della diligenza verso la cosa data a prestito.

§. 4. Se io ti diedi una cosa stimata, affinchè vendendola, mi dessi il prezzo, ed essa perì, la perdita sta a mio carico se io t'incaricai di tal cosa; ma se tu mi promettesti di venderla, perisse a tuo carico.

TITOLO V.

Dei pegni.

§. 1. Il creditore se vuole semplicemente vendere

Digitized by Google

distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus luat, ne a se distrahatur.

§. 2. Foetus, vel partus eius rei, quae pignori data est, pignoris iure non tenetur, nisi hoc inter contrahentes convenerit.

§. 3. Compensatio debiti ex pari specie, et causa dispari admittitur: velut si pecuniam tibi debeam, et tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum, aut cetera huiusmodi, licet ex diverso contracto, compensare, vel deducere debes. Si totum petas, plus petendo causa cadis.

TIT. VI.

De exercitoribus.

Filiusfamilias si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum ob ea, quae salva receperit obligat.

TIT VII.

Ad legem Rhodiam.

§. 1. Si levandae navis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

§. 2. Jactu navis levata si perierit, extractis allorum per urinatores mercibus, eius quoque rationem haberi placuit, qui merces salva nave iactavit.

§. 3 Nave, vel arbore vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa cruentibus navis salve sit.

§. 4. Levandae navis gratia merces in scapham transiectas, atque ideo amissas, intributione earum, quae in navi salvae sunt, refici convenit. Nave autem perdita, conservatae cum mercibus scaphae ratio non habetur.

§. 5. Bollatio intributionis ob iactum salva nave fieri debet.

TIT. VIII.

De institoribus.

§. 1. Sicut commoda sentimus ex actu praepositi institoris, ita et incommoda sentire debemus. Et ideo qui servum, sive filium filiamve familias, sive ancillam praeposuit negotiis, vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum convenitur.

§. 2. Si quis pecuniae foenerandae, agro colendo, condendis vendendisque frugibus praepositus est, ex eo nomine, quod cum illo contractum est, in solidum fundi dominus obligatur, nec interest servus, an liber sit.

§. 3. Quod cum discipulis eorum, qui officinis, vel tabernis praesunt, contractum est, in magistros, vel institores tabernae in solidum actio datur.

TIT. IX.

De in rem verso.

Servus, vel filiusfam. si acceptam pecuniam in rem patris, vel domini verterit hoc modo, agrum, puta, colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, il pegno depositato, dee per tre volte fare la domanda al suo debitore di riscattare il pegno, onde non venga alienato.

§. 2. Il feto od il parto di quella cosa che fu data in pegno non è soggetto al diritto di pegno, se non per espressa convenzione delle parti.

§. 3. La convenzione del debito può farsi con pari specie e dispari cause; per esempio, se io ti debbo una somma di danaro, e tu me ne debba un'altra, o frumento od altre simili cose, benchè per contratto diverso tu dei compensare o fare la deduzione del tuo debito pel valore di questa cosa. Se domandi tutto il tuo credito, resti soccombente nella causa per aver domandato di più.

TITOLO VI.

Degli esercitori

Se il figlio di famiglia col consenso del padre assume il governo di una nave, obbliga il padre in solido per ciò che ricevette in buono stato.

TITOLO VII.

Sopra la legge Rodia.

§. 1 Se per sollevare la nave fu fatto getto delle merci, si dovrà fare da tutti il contributo per ciò che da tutti venne gittato.

§. 2. Se la nave sollevata mediante il getto perì, qualora venissero estratte le merci dai palombari, si dee aver riguardo a quello che gittò le merci per salvare la nave

§. 3. Se la nave o l'albero fosse perduto per violenza della tempesta, i naviganti non sono obbligati al contributo se non qualora essi col gittare l'albero ad oggetto di salvamento, la nave fossesi salvata.

§. 4. Le merci trasportate sopra schifi ad oggetto di alleggerire la nave, e perdute per tal motivo, debbono essere risarcite da quelle che restarono salve nella nave. Qualora poi fosse perita la nave, non si debbono compensare le merci portate nello schifo, ma quelle che si salvarono.

§. 5. Il contributo per getto dee aver luogo quando la nave si salvò.

TITOLO VIII.

Degli institori.

§. 1. Nello stesso modo che risentiamo l'utile che deriva dall'opera del preposto institore, così dobbiamo risentirne anche i discapiti. E perciò quegli che prepose un servo, od un figlio di famiglia od una serva ai negozii, od all'esercizio della mercatura, resta obbligato solidariamente con essi.

§. 2. Quegli ch'è preposto ai prestiti di danaro, alla coltivazione dei campi, alla compra o vendita dei frutti della terra, obbliga in solido il proprietario del fondo per tutti i contratti da esso fatti; nè fa differenza ch'egli sia libero o servo.

§. 3. Per ciò che fu contrattato coi dipendenti di quelli che sono preposti alle officine od alle botteghe, si darà l'azione solidaria contra i preposti o gl'institori del negozio.

TITOLO IX.

Di ciò che fu convertito nella cosa.

Il servo od il figlio di famiglia che avesse erogato la somma di danaro ricevuta nella cosa del padre o del padrone, per esempio, nella coltivazione della campagna, nel ristauro della casa, nel vestire i servi

Digitized by Google

de in rem verso in solidum dominum vel patrem obligat, si tamen ob hanc causam pecunia data sit.

TIT. X.

De S. C. Macedoniano.

Qui filiofam. contra interdictum amplissimi ordinis, pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris, ex eo, quod vivo patre credidit, cum eo agere non potest.

TIT. XI.

Ad S. C. Velleianum.

§. 1. In omni genere negociorum, et obligationum tam pro viris, quam pro foeminis intercedere mulieres prohibentur.

§. 2. Mulier, quae pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, ad beneficium Senatusconsulti non pertinet.

TIT. XII.

De deposito.

§. 1. Si sacculum, vel argentum signatum deposuero, et is penes quem depositum fuit, me invito, contrectaverit: et depositi, et furti actio mihi in eum competit.

§. 2. In iudicio depositi ex mora fructus veniunt, et usurae rei depositae postulantur.

§. 3. In causa depositi compensationi locus non est sed res ipsa reddenda est.

TIT. XIII.

De lege commissoria.

§. 1. Debitor distractis fiduciis a creditore, de superfluo adversus eum habet actionem.

§. 2. Quicquid creditor per fiduciarium servum quaesivit, sortem debiti minuit.

§. 3. Debitor creditori fiduciam vendere non potest sed aliis, si velit, vendere potest, ita ut ex pretio eiusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem emptori praestet.

§. 4. Si per suppositam personam creditor pignus suum invito debitore comparaverit, emptio non videtur; et ideo quandoque lui potest. Ex hoc enim causa pignoris, vel fiduciae finiri non potest.

§. 5. Si inter creditorem et debitorem convenerit, ut fiduciam sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor denunciare ei solemniter potest, et distrahere. Nec enim ex tali conventione fiduciae actio nasci potest.

§. 6. Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus, vel extraneo legaverit, adversus omnes heredes actio fiduciae competit.

§. 7. Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem ob ea recuperanda, quae impendit, iudicio fiduciae debitorem habebit obnoxium.

§. 8. Novissimus creditor priorem oblata pecunia, quo possessio in eum transferatur, dimittere potest. Sed ei prior creditor secundum creditorem, si voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior sit.

nel commercio o nel pagare i creditori, o per altri simili oggetti, assoggetta il padrone od il padre solidariamente all'azione per ciò che fu convertito nella cosa: qualora per altro la somma di danaro fosse stata data a tale motivo.

TITOLO X.

Del senatoconsulto Macedoniano.

Quegli che avesse dato a prestito ad un figlio di famiglia una somma di danaro in onta all'interdetto dell'amplissimo ordine, dopo la morte del padre non può intentare azione contra del figlio per ciò che gli imprestò vivente il padre.

TITOLO XI.

Sopra il senatoconsulto Velleiano.

§. 1. Le donne non possono intervenire a qualsiasi genere di affari o di obbligazioni, tanto per uomini quanto per donne.

§. 2. La donna che fece sicurtà pei tutori dei suoi figli, non è tutelata dal senatoconsulto.

TITOLO XII.

Del deposito.

§. 1 Se ho depositato un sacco od argento coniato, e quegli, presso cui l'ho depositato, contra mia voglia mise mano nella roba, a me compete contra di lui l'azione di deposito e quella di furto.

§. 2. Nell'azione di deposito vengono i frutti per la mora, e si domandano gl'interessi della cosa depositata.

§. 3. Nella causa di deposito non ha luogo compensazione, ma dee restituirsi la cosa identica.

TITOLO XIII.

Del patto commissorio.

§. 1. Qualora fossero venduti i pegni dal creditore, il debitore ha l'azione contra il medesimo pel soprappiù del prezzo.

§. 2. Tutto ciò che il servo dato in fiducia acquistò al creditore s'imputa nel capitale.

§. 3. Il debitore non può vendere la cosa data a fiducia al creditore, ma bensì ad altri in modo, che offra al creditore la somma ritratta dal prezzo della vendita, e così la presti al compratore avendola remancipata.

§. 4. Se il creditore comperò il pegno, contra volontà del debitore, mediante terza persona, non si considera esservi vendita, e perciò lo può riscattare; imperocchè per tal motivo non può estinguersi il pegno od il contratto di fiducia.

§. 5. Se fu convenuto tra il creditore ed il debitore, che non si potesse vendere la cosa data in fiducia, non pagando il debitore, il creditore può fare al debitore la formale denuncia e vendere.

§. 6. Se il creditore avesse legata ad un erede, ovvero ad un estraneo la cosa data in fiducia, ha luogo l'azione di fiducia contra tutti gli eredi.

§. 7. Se il creditore migliorò la cosa data in fiducia, ha azione di fiducia contra il debitore ond'essere rimborsato delle fatte spese.

§. 8. L'ultimo creditore può far cessare il diritto dell'antecedente creditore, offrendogli il valor del suo credito, affinchè il possesso venga a lui trasferito. Ed anche l'antecedente creditore può, se vuole, far cessare il diritto del posterior creditore, benchè egli avesse la poziorità nel pegno.

Digitized by Google

§. 9. Servus si mutuam pecuniam servitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conveniri non potest.

TIT. XIV.

De usuris.

§. 1 Si pactum nudum de praestandis usuris interpositum sit, nullius est momenti. Ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur.

§. 2. Usurae supra centesimam solutae sortem minuunt, et consumpta sorte repeti possunt.

§. 3. Traiecticia pecunia, propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usuras recipere potest.

§. 4. Usurae, quae centesimam excedunt, per errorem solutae repeti possunt.

§. 5. Si quis pignora debitoris citra auctoritatem iudicantis abduxerit, violentiae crimen admittit.

§. 6. Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habeat, quibus pecunia collocaretur: cuius rei contestatio apud Praesidem provinciae deponenda est.

TIT. XV.

De mandatis.

§. 1. Ob subitam valetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam, et inanes rei actiones, integra adhuc causa, mandati negotio renunciari potest.

§. 2. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, et si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. Non enim tantum quod impensum est, sed et usuras eius consequi possum

§. 3. Certo pretio rem iussus distrahere, si minoris vendiderit, mandati iudicio pretii summam poterit integrare: venditionem dissolvi non placuit.

TIT. XVI.

Pro socio.

Sicut lucrum, ita et damnum inter socios communicatur, nisi quid culpa socii, vel fraude eversum sit.

TIT. XVII.

Ex empto et vendito.

§. 1. Venditor, si eius rei, quam vendidit, dominus non sit, pretio accepto, auctoritate manebit obnoxius. Aliter enim non potest obligari.

§. 2. Si res simpliciter traditae evincantur, tanto venditor emptori condemnandus est, quanto si stipulatione pro evictione cavisset.

§. 3. Res empta mancipatione et traditione perfecta, si evincatur, auctoritatis venditor duplotenus obligatur.

§. 4. Distracto fundo, si quis de modo mentiatur, in duplo eius, quod mentitus est, officio iudicis aestimatione facta convenitur.

§. 5. Redhibitio vitiosi mancipi intra sex menses fieri potest, propter latens vitium.

§. 6. Si ut servum quis pluris venderet, de artifi-

§. 9. Il servo che al tempo della servitù ricevette a mutuo una somma di danaro, non può esser convenuto per questa obbligazione dopoch'è stato manumesso.

TITOLO XIV.

Degl' interessi.

§. 1. Il nudo patto interposto per la prestazione degli interessi non è di alcun momento; imperocchè tra i cittadini romani non nasce azione dal nudo patto.

§. 2. Gl'interessi pagati, eccedenti l'uno per cento al mese, s'imputano nel capitale ed eccedendo il capitale, si possono ripetere.

§. 3. Le somme prestate ad interesse marittimo ammettono interessi indeterminati a motivo del pericolo cui è esposto il creditore durante il viaggio della nave.

§. 4. Gl'interessi eccedenti l'uno per cento al mese, e pagati per errore possono ripetersi.

§. 5. Quegli che portò via i pegni del debitore senza l'autorizzazione del giudice, commette il delitto di violenza.

§. 6. Il tutore non può essere convenuto per gl'interessi se non collocò il danaro del pupillo presso persone solventi; e la contestazione di tale affare spetta al preside.

TITOLO XV.

Del mandati.

§. 1. Si può rinunciare al mandato o per una sopravvenuta malattia, o per un viaggio di necessità, o per la inimcizia insorta, o per le azioni prive di fondamento, essendo la causa nell'integro suo stato.

§. 2. Se io ti comperai qualche cosa coi miei danari per tuo mandato e tu non vuoi ricevere questa cosa, mi compete contro di te l'azione di mandato; e posso conseguire non solamente la somma da me esborsata, ma anche gl'interessi.

§. 3. Quegli che essendo incaricato di vendere una cosa per un determinato prezzo, la vendette ad un prezzo minore, potrà essere obbligato a supplire alla somma, e fu deciso che la vendita debba esser valida.

TITOLO XVI.

Dell'azione di società.

Tra i soci dev'essere comune il danno, com'è comune il vantaggio, qualora per altro il danno non sia avvenuto per colpa o frode del socio.

TITOLO XVII.

Dell'azione di compra e vendita.

§. 1. Il venditore che non è proprietario della cosa venduta, ricevuto il prezzo, sarà responsabile dell'evizione; imperocchè non può essere in altro modo obbligato.

§. 2. Nel caso in cui venissero evitte cose conseguate semplicemente, il venditore dovrà essere condannato a tanto verso il compratore, quanto con la stipulazione ha garentito per l'evizione.

§. 3. Se la cosa comperata, fatta che sia la mancipazione e la tradizione, viene evitta, il venditore sarà tenuto pel doppio.

§. 4. venduto il fondo, quegli che fece una falsa dichiarazione della misura del medesimo sarà convenuto pel doppio di ciò che falsamente dichiarò, fatta la stima giudiziale.

§. 5. Si può restituire al venditore il servo vizioso entro tre mesi, a motivo di qualche vizio non palese.

§. 6. Quegli che falsamente dichiarò l'abilità od il

Digitized by Google

cio eius, vel peculio mentitus est, actione ex empto conventus quanto minoris valuisset, emptori praestare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere.

§. 7. Ex die emptionis, si pars pretii numerata sit, et fructus, et operae servorum, et foetus pecorum, et ancillarum partus ad emptorem pertinet.

§. 8. Fundum alienum mihi vendidisti, postea idem ex causa lucrativa meus factus est, competet mihi adversus te ad pretium recuperandum actio exempto.

§. 9. Post rem traditam, nisi emptor pretium statim exsolvat, usuras eius praestare cogendus est.

§. 10. Mutus emere et vendere potest, furiosus autem neque emere, neque vendere potest.

§. 11. Servus bona fide comparatus, si ex veteri vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed et ea, quae per fugam abstulit, reddere cogetur.

§. 12. Cum probatio prioris fugae deficit, servi responsioni credendum est. In se enim interrogari non pro domino, aut in dominum videtur.

§. 13. In eo contractu, qui ex bona fide descendit, instrumentorum oblatio sine causa desideratur si quo modo veritas de fide contractus possit ostendi.

§. 14. Fundus eius esse videtur, cuius nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est: si tamen fundus comparatori sit traditus.

§. 15. Electo reo principali, fideiussor, vel heres eius liberatur. Non idem in mandatoribus observatur.

TIT. XVIII.

De locato et conducto.

§. 1. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et peiorare eum, et meliorem facere potest, atque ideo operas suas diurnas nocturnasque locat.

§. 2. Fundi deterioris facti, et cultura non exercitati, et aedificiorum non refectorum culpa, arbitrio iudicis domino a conductore sarciri potest.

TIT. XIX.

De nuptiis.

§. 1. Sponsalia tam inter puberes, quam inter impuberes contrahi possunt.

§. 2. Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate, eius matrimonia iure non contrahuntur: sed contracta non solvuntur: Contemplatio enim publicae utilitatis privatorum commodis praefertur.

§. 3 Inter servos et liberos matrimonium contrahi non potest, contubernium potest.

§. 4. Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt, sed contractum matrimonium furore non tollitur.

§. 5. Vir absens uxorem ducere potest, foemina absens nubere non potest.

§. 6. Libertum, qui nuptias patronae, vel uxoris, filiaeve patroni affectaverit, pro dignitate personae metalli poena, vel operis publici coerceri placuit.

peculio del servo onde venderlo a maggior prezzo, sarà obbligato di prestare al compratore il doppio di ciò ch'egli dichiarò oltre il valore reale, qualora non fosse disposto a fare la redibizione.

§. 7. Se viene enumerata una parte del prezzo, dal giorno della compera appartengono al compratore i frutti, le opere dei servi, i feti del bestiame ed i parti delle serve.

§. 8. Tu mi vendesti un fondo altrui, il quale poscia per titolo lucrativo diventò mio; a me competerà contro di te l'azione di compera onde ricuperare il prezzo.

§. 9. Dopo fatta la tradizione della cosa, il compratore, se non paga incontanente il prezzo, è obbligato al pagamento degl'interessi.

§. 10. Il muto può comperare e vendere, il furioso non può nè comperare nè vendere.

§. 11. Se il servo comperato in buona fede fuggì, avendo antico difetto di fuggire, il venditore non è soltanto obbligato a restituire il prezzo, ma eziandio quelle cose che il servo portò via fuggendo.

§. 12. Quando manca la prova dell'antecedente fuga, si dee prestar fede alla deposizione del servo; imperocchè egli può essere interrogato pel suo fatto, non già in favore del padrone o contra il padrone.

§. 13. Nei contratti di buona fede si domanda senza causa la esibizione dei documenti, se in qualche modo si possa dimostrare la verità circa la fede del contratto.

§. 14. Il fondo si considera essere di quello in nome del quale fu comperato; non di quello dal quale fu numerato il prezzo, qualora per altro al compratore sia stata fatta la tradizione del medesimo.

§. 5. Scelto il debitore principale viene liberato il fideiussore od il suo erede Questa massima non ha luogo riguardo ai mandati.

TITOLO XVIII.

Della locazione e conduzione

§. 1. L'uomo libero che ha in sua potestà il suo stato può renderlo peggiore e migliore, e perciò può locare di giorno e di notte le sue opere.

§. 2. Rispetto al fondo deteriorato o non dato alla coltura, ed agli edificii non ristaurati per colpa, il conduttore dee risarcire il proprietario ad arbitrio del giudice.

TITOLO XIX.

Delle nozze

§. 1. Gli sponsali si possono contrarre tanto tra persone puberi, quanto tra persone impuberi.

§. 2. Non vengono legittimamente contratti i matrimonii di quelli che sono sotto potestà del genitore senza il consenso di quest'ultimo; ma contratti che siano, vengono sciolti; imperocchè la pubblica utilità dee anteporsi ai vantaggi privati.

§. 3. Tra serve e persone libere non si può contrarre matrimonio, ma bensì contubernio.

§. 4. Nè il furioso, nè la furiosa può contrarre matrimonio, ma contratto che sia, non si scioglie a motivo del furore.

§. 5. L'uomo assente può condurre moglie, ma la donna assente non può contrar nozze.

§. 6. È stato deciso di condannare alle miniere od ai pubblici lavori, secondo la dignità della persona, quel liberto che aspirò alle nozze della patrona, o della moglie o della figlia del patrono.

Digitized by Google

TIT. XX.

De concubinis.

Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest. Concubina igitur ab uxore solo delicto separatur.

TIT. XXI.

De dotibus.

§. 1. Dos aut antecedit, aut sequitur matrimonium et ideo vel ante nuptias, vel post nuptias dari potest. Sed ante nuptias data earum expectat adventum.

§. 2. Lege Julia de adulteriis cavetur, ne dotale praedium maritus invita uxore alienet.

TIT. XXII.

De pactis inter virum et uxorem.

§. 1. Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti, lucro mariti cedunt, etiam pro rata anni eius, quo factum est divortium.

§. 2. Omnibus pactis stipulatio subiici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit.

TIT. XXIII.

De donationibus inter virum et uxorem.

§. 1. Mortis causa donatio est, quae impendente metu mortis fit, ut valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli.

§. 2. Manumissionis gratia inter virum et uxorem donatio favore libertatis recepta est, vel certe quod nemo ex hoc fiat locupletior: ideoque servum manumittendi causa invicem sibi donare non prohibentur.

§. 3. Inter virum et uxorem nec per interpositam personam donatio fieri potest.

§. 4. Inter virum et uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non potest.

§. 5. Si inter virum et uxorem donatio facta fuerit priore defuncto, cui donatum est, ad eum res redit, qui donaverat.

§. 6. Quocunque tempore contemplatione mortis inter virum et uxorem donatio facta est, morte secuta convalescit.

TIT. XXIV.

De liberis agnoscendis.

§. 1. Si serva conceperit, et postea manumissa pepererit, liberum parit.

§. 2. Si libera conceperit, et ancilla facta pepererit liberum parit. Id enim favor libertatis exposcit.

§. 3. Si ancilla conceperit, et medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit. Media enim tempora libertati prodesse, non nocere etiam possunt.

§. 4. Ex ea muliere natus, quae ex causa fideicom-

(*) Forse nel testo si dee leggere *solo delectu*.

TITOLO XX.

Delle concubine

Quegli che ha moglie non può avere nello stesso tempo una concubina. Laonde la concubina può essere separata dalla moglie con la sola intenzione (*).

TITOLO XXI.

Delle doti

§. 1. La dote o precede o segue il matrimonio, e perciò può darsi o prima delle nozze o dopo le nozze; ma quella data prima delle nozze si dà in aspettazione di queste.

§. 2. La legge Giulia *De adulteriis* prescrive che il fondo dotale non venga alienato dal marito contra volontà della moglie.

TITOLO XXII.

Dei patti tra marito e moglie.

§. 1. I frutti del fondo dotale percepiti durante il matrimonio vanno a vantaggio del marito; e così pure avviene di quelli che appartengono alla rata di quell'anno in cui fu fatto.

§. 2. Ogni patto si dee assoggettare a stipulazione onde possa nascere l'azione derivante dalla stipulazione.

TITOLO XXIII.

Delle donazioni tra marito e moglie

1. 1. È donazione per causa di morte quella che si fa nel pericolo di morte, come sarebbe in caso di malattia, di viaggio, di navigazione, o di guerra.

§. 2. La donazione tra marito e moglie fatta per causa di manumissione è valida, e ciò per favorire la libertà, non diventando alcuno in tal modo più ricco; e perciò il marito e la moglie possono reciprocamente farsi donazioni a fine di manumettere un servo.

§. 3. Tra marito e moglie può farsi donazione mediante interposta persona.

§. 4. Tra marito e moglie non può contrarsi l'imaginaria vendita a fine di donazione.

§. 5. Se tra marito e moglie è stata fatta una donazione, morto che sia quello a cui la cosa fu donata, essa ritorna a quello che la donò.

§. 6. La donazione tra marito e moglie fatta in qualsivoglia tempo in contemplazione di morte, avvenendo la morte, prende vigore.

TITOLO XXIV.

Del riconoscere i figli

§. 1. Se una serva concepì, ed in appresso dopo manumessa partorì, essa dà alla luce un figlio di condizione libero.

§. 2. Se una donna libera concepì, ed in appresso divenuta serva partorì, essa dà alla luce un figlio di condizione libero; imperocchè ciò è richiesto dal favore dovuto alla libertà.

§. 3. Se una serva concepì, nel tempo di mezzo fu manumessa, e dopo essere nuovamente divenuta serva partorì, dà alla luce un figlio di condizione libero; imperocchè il tempo di mezzo può giovare, non mai nuocere alla libertà.

§. 4. Il figlio nato da quella donna che dovette essere

Digitized by Google

missi manumitti debuit, si post moram libertati factam nascatur, ingenuus nascitur.

§. 5. Si mulier divortio facto gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet, vel patri eius, ut ad ventrem inspiciendum, observandumque custodes mittant: quibus missis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere.

§. 6. Si praegnantem se esse mulier non denuntiaverit, vel custodes ventris missos non admiserit, liberum est patri vel avo natum non alere. Ceterum negligentia matris, quominus suus patri heres sit, obesse non debet.

§. 7. Si mulier se ex viro praegnantem negat, permittitur marito ventrem inspicere, et ventri custodes dare.

§. 8. Venter inspicitur per quinque obstetrices, et quod maxima pars earum denuntiaverit, pro vero habetur.

§. 9. Obstetricem, quae partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit.

TIT. XXV.

Quemadmodum filii sui iuris efficiuntur.

§. 1. Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate: postliminio vero reversus, tam filios, quam omnia sui iuris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit.

§. 2. Singulae emancipationes vel iisdem, vel aliis testibus fieri possunt, vel eodem die, vel intermisso tempore.

§. 3. Emancipatio etiam die feriato fieri potest.

§. 4. Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipari, et manumitti potest.

§. 5. Filiusfamilias emancipari invitus non cogitur.

TIT. XXVI.

De adulteriis.

§. 1. Inventam in adulterio uxorem, maritus ita demum occidere potest, si adulterium domi suae deprehendat.

§. 2. Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit.

§. 3. In causa adulterii dilatio postulata impartiri non potest.

TIT. XXVII.

De excusationibus tutorum.

§. 1. Inimicitiae capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupilli committantur.

§. 2. Ad curam eius, cuius quis tutelam administravit, invitus vocari non potest.

TIT. XXVIII.

De potioribus nominandis.

§. 1. Non recte potiorem videtur nominare, qui causam nominati potioris non expresserit.

§. 2. Potior quis esse debet, non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris.

manumessa per fedecommesso, se nasce dopo la mora nel dare la libertà, nasce ingenuo.

§. 5. Se una donna, fatto che sia divorzio, sa di essere gravida, deve farne la denunzia entro trenta giorni al marito od al di lui padre onde si faccia l'ispezione del ventre; le si mandano custodi, mandati i quali, sono obligati a riconoscere il partito.

§ 6. Se la donna sapendo di essere gravida non fece la denunzia, ovvero non accolse i custodi speditile, il padre o l'avo può non alimentare il figlio. Del resto, la negligenza della madre non può essere di ostacolo che il figlio sia erede suo del padre.

§. 7. Se la donna nega di esser gravida dal marito, è permesso al marito di fare l'ispezione del ventre e mettere custodi al ventre.

§. 8. Si fa l'ispezione del ventre con tre ostetriche, e ciò che viene riferito dalla maggior parte di queste si ritiene per vero.

§. 9. L'ostetrica che portò un figlio altrui, avendo luogo una tale supposizione, viene assoggettata all'ultimo supplicio.

TITOLO XXV.

Come i figli diventino di proprio diritto.

§. 1. Il padre preso dai nemici cessa di avere i figli sotto la sua potestà; ma ritornando per postliminio, torna ad avere sotto la sua potestà tanto i figli quanto tutte le altre cose che gli appartenevano, come se mai fosse stato preso dai nemici.

§. 2. Ciascuna emancipazione può farsi o con gli stessi o con gli altri testimoni, o nello stesso giorno od interpellatamente.

§. 3. L'emancipazione può farsi anche in giorno feriale.

§. 4. Può farsi l'emancipazione con la manumissione presso i magistrati municipali se hanno l'azione di legge.

§. 5. Il figlio di famiglia non è obbligato a lasciarsi emancipare senza sua volontà.

TITOLO XXVI.

Degli adulterii

§. 1. Il marito può uccidere la moglie colta in adulterio, qualora l'avesse sorpresa in sua casa.

§. 2. Quegli che non avesse tosto scacciata la propria moglie colta in adulterio, può essere accusato di ruffianesimo.

§. 3. Trattandosi di causa di adulterio, non si concede la domandata dilazione.

TITOLO XXVII.

Delle scuse dei tutori

§. 1. Le inimicizie capitali che ha taluno col padre, lo esentano dalla tutela, affinchè i pupilli non vengono affidati ad un nemico del padre.

§. 2. Quegli che amministrò la tutela di taluno non può suo malgrado essere costretto ad assumerne la cura.

TITOLO XXVIII.

Del nominare i poziori

§. 1. Per esonerarsi dai carichi taluno non nomina giustamente un altro poziore, se non qualora esprime la causa di questa poziorità.

§. 2. La poziorità non deriva tanto dal grado del genere, ma anche dalla propria sostanza.

Digitized by Google

TIT. XXIX.

Qui potior nominari non possit.

Libertus, quem pater tutorem dedit, si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

TIT. XXX.

De oratione divi severi.

Dolo tutoris curatorisve detecto, in duplum eius pecuniae condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

TIT. XXXI.

De furtis.

§. 1. Fur est, qui dolo rem alienam contrectat.

§. 2. Furtorum genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti, et oblati. Manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos eius loci unde quid sustulerat deprehensus est, vel antequam ad eum locum quo destinaverat, perveniret. Nec manifestus fur est, qui in faciendo qui dem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest.

§. 3. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum, et inventum est: Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur.

§. 4. Furti actione is agere potest, cuius interest rem non perdidisse.

§. 5. Concepti is agere potest, qui rem concepit, et invenit. Oblati is agere potest, penes quem res concepta, et inventa est.

§. 6. Manifesti furti actio, et nec manifesti, et concepti, et oblati heredi quidem competit, sed in heredem non datur.

§. 7. Servus, qui furtum fecerit, damnumve dederit, nisi id pro cui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest.

§. 8. Si servus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit, aut alienatus, cum ipso manumisso, vel emptore agi potest. Noxa enim caput sequitur.

§. 9. Filiusfamilias si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur, quia in omnibus noxa caput sequitur.

§. 10. Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius ope, aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenetur.

§. 11. Qui meretricem libidinis causa rapuit, et celavit, eum quoque furti actione teneri placuit.

§. 12. Furti manifesti actio, praeter poena quadrupli, ipsius rei persecutionem, genere vindicationis, et conductionis continet.

§. 13. Furti oblati actio adversus eum, qui obtulit, tripli est poena, et ipsius rei repetitio.

§. 14 Furti quocunque genere condemnatus, famosus efficitur.

§. 15. Quaecunque in caupona, vel meritorio stabulo, diversorieve perierint, in exercitores eorum furti actio competit.

§. 16. Rem pignori datam debitor creditori subtra-

TITOLO XXIX.

Chi non possa essere nominato peziore.

Il liberto che venne dal padre dato in tutore non può essere esonerato dalla tutela allegando di essere meno idoneo; ma gli dev'essere aggiunto un curatore.

TITOLO XXX.

Dell' orazione dell' Imperator Severo.

Scoperto il dolo del tutore o del curatore, essi dovranno essere condannati nel doppio di ciò che vollero frodare il minore.

TITOLO XXXI.

Dei furti.

§. 1. È ladro quello che con dolo pone le mani sulla cosa altrui.

§. 2. Quattro sono i generi di ladri: manifesto, non manifesto, concepito, oblato. È ladro manifesto quegli che è stato sorpreso nell'atto, e quegli che fu colto entro il ricinto di quel luogo da cui sottrasse la cosa, ovvero prima che la portasse al luogo, al quale aveva destinato di portarla. È ladro non manifesto quegli che non fu colto sul fatto, ma non può negare di aver commesso il furto.

§. 3. È tenuto all'azione di furto concepito quegli, presso il quale la cosa furtiva fu ricevuta e ritrovata. È tenuto all' azione di furto oblato quegli che diede ad altri la cosa, affinchè non la si trovasse presso di lui.

§. 4. Può agire con l'azione di furto quegli che ha interesse di non aver perduta la cosa.

§. 5. Può agire con l'azione di furto concepito quegli che ricercò la cosa e la ritrovò. Si può agire con l'azione di furto oblato contra quello che ricevette la cosa furtiva, e presso del quale fu ritrovata.

§. 6. L' azione di furto manifesto, non manifesto, concepito ed oblato compete all'erede, ma non si concede contra l'erede.

§. 7. Il servo che commise furto, o fece danno, può essere dato in risarcimento qualora il suo padrone non sia disposto alla soddisfazione.

§ 8. Se un servo commise furto, e poscia venne manumesso od alienato, si può agire contra lo stesso manumesso o contra il suo compratore; imperocchè il danno segue chi lo commise.

§. 9. Se un figlio di famiglia commise un furto, e poscia viene emancipato, si dà l'azione contra di lui, poichè in ogni caso il danno segue la persona di chi lo commise.

§. 10. Non solamente quegli che commise il furto è tenuto all' azione di furto, ma eziandio quegli prestò soccorso o consiglio al furto commesso.

§. 11. È deciso che quegli, il quale rapì una meretrice per causa di libidine e la nascose, è tenuta all' azione di furto.

§. 12. L' azione di furto manifesto, oltre la pena del quadruplo, contiene la persecuzione della cosa o vindicazione e l' azione personale.

§. 13. L'azione di furto oblato compete contra quello che offrì, e contiene la pena del triplo e la ripetizione della cosa.

§. 14. La condanna per furto porta sempre l' infamia del condannato.

§. 15. Per quelle cose che perirono nell' osteria o nella pubblica stalla, competerà l'azione di furto contra gli esercitori delle medesime.

§. 16. Il debitore sottraendo la cosa data in pegno

Digitized by Google

hendo furtum facit, quam si et ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest.

§. 17. Pater, vel dominus de ea re, quae filiofamilias, vel servo subrepta est, furti agere potest. Interest enim ei deferri actionem, qui de peculio convenitur.

§. 18. Si rem, quam tibi commodavi, postea subripui, furti actio competere tibi non poterit. Rei enim nostrae furtum facere non possumus.

§. 19. Si cum furtum quis quaerit, damnum iniuria dederit, actione legis Aquiliae tenebitur.

§. 20. Ob indicium comprehendi furis praemium promissum iure debetur.

§. 21. Sive segetes per furtum, sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus convenitur.

§. 22. Qui tabulas, cautionesve subripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur: Nec refert cancellatae, necne sint: quia ex his debitum dissolutum esse comprobari potest.

§. 23. Servus, qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione eius nomine non tenetur, quia in potestate eum non habet.

TIT. XXXII.

De operis libertorum.

Egentem patronum libertus obligatione doni, muneris, operarum, solutus, alere cogendus est, pro modo facultatum suarum.

LIBER TERTIUS

TIT. I.

De Carboniano edicto.

Si fratri puberi controversia fiat, an pro parte impuberis diferri causa debeat. variatum est. Sed magis est, ut diferri non debeat.

TIT. II.

De bonis liberti.

§. 1. In bonis liberti prior est patronus, quam filius alterius patroni. Itemque prior est filius patroni, quam nepos alterius patroni.

§. 2. Libertus duos patronos heredes instituit, alter eorum vivo liberto moritur, is qui superest, contra tabulas testamenti, bonorum possessionem recte postulat.

§. 3. Libertorum hereditas in capita, non in stirpes dividitur: et ideo si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est, aequales portiones habebunt.

§. 4. Patronus, vel patroni liberi ex parte dimidia heredes instituti, aes alienum liberti pro portionibus exolvere cogantur.

TIT. III.

De lege Fabiana.

Ea quae in fraudem patroni a liberto quoquomodo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono, quam a liberis eius revocantur.

al creditore si rende colpevole di furto, e la cosa stessa può essere perseguitata in suo nome nel caso in cui egli la perdesse.

§. 17. Il padre od il padrone può agire per furto riguardo a quella cosa che fu sottratta al figlio di famiglia od al servo; imperocchè conviene attribuire l'azione a quello che è responsabile del peculio.

§. 18. Se io ti portai via quella cosa che prima ti prestai, a te non potrà competere l'azione di furto; imperocchè noi non possiamo commettere furto sopra una cosa nostra.

§. 19. Se dà danno con ingiuria quegli che fa perquisizione del furto, sarà tenuto all'azione della legge Aquilia.

§. 20. È dovuto per diritto il premio promesso onde avere gl'indizii per cogliere il ladro.

§. 21. Se le spighe per furto o gli alberi furono tagliati, il reo a tal titolo sarà convenuto pel doppio.

§. 22. Quegli che sottrasse i chirografi e le cauzioni sarà tenuto all'azione di furto per la somma indicata da questi chirografi e cauzione. Nè importa che siano o non siano cancellati; imperocchè con la cancellatura non si può provare essere stato istinto un debito.

§. 23. Il servo è in fu[illegible] posseduto dal padrone, ma questi non è tenuto [illegible] di furto perchè non lo ha sotto la sua potestà.

TITOLO XXXII.

Delle opere dei liberti.

Il liberto è obbligato ad alimentare il patrono povero a norma delle sue facoltà.

LIBRO TERZO

TITOLO I.

Dell'editto Carboniano.

Nel caso in cui si promuove lite al fratello impubere, insorse il dubbio se si dovesse differire la causa per parte del pubere; ma è meglio il dire che non debb'essere differita.

TITOLO II.

Dei beni del liberto.

§. 1. Nei beni del liberto interviene il patrono prima del figlio dell'altro patrono. Parimente dev'essere preferito il figlio del patrono al nipote dell'altro patrono.

§. 2 Un liberto istituì eredi due patroni, uno dei quali morì essendo ancora in vita il liberto, quegli che resta superstite giustamente domanda il possesso dei beni contra la tavole testamentarie:

§. 3. L'eredità dei liberti si divide per capi e non per istirpi; e perciò se di un patrono vi sono due figli e dell'altro quattro, ciascuno di essi avrà la porzione virile, vale a dire porzione eguale.

§. 4. Il patrono od i figli del patrono istituiti eredi nella metà sono obbligati a pagare il debito del liberto in proporzione delle loro quote.

TITOLO III.

Della legge Fabiana.

In forza della formola Fabiana, tanto il patrono, quanto i suoi figli revocano quelle qualsiansi alienazioni che il liberto avesse fatto in frode del patrono.

Digitized by Google

TIT. IV.

De testamentis.

§. 1. Testamentum facere possunt masculi post completum XIV annum, foeminae post duodecimum.

§. 2. Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt, id est, anno decimo octavo.

§. 3. Filiusfamilias, qui militavit de castrensi peculio tam communi, quam proprio iure testamentum facere potest. Castrense autem peculium est, quod in castris adquiritur, vel quod proficiscenti ad militiam datur.

§. 4. Caecus testamentum facere potest, quia accire potest adhibitos testes, et audire sibi testimonium perhibentes.

§. 5. Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest.

§. 6. Mulieri, quae luxuriose vivit, bonis interdici potest.

§. 7. Moribus per praetorem bonis interdicitur, hoc modo: Quando tua bona paterna, avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commerciumque interdico.

§. 8. Qui ab hostibus captus est, testamentum quasi servus facere non potest. Sane valet testamentum id, quod ante captivitatem factum est, si revertatur, iure postliminii; aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliae; qua lege etiam legitimae tutelae, hereditatesque firmantur.

§. 9. In insulam relegatus, et in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet civitatem, testamentum facere potest, et ex testamento capere.

§. 10. Plures, quam septem ad testamentum adhibiti non nocent. Superflua enim facta prodesse, iuri tamen nocere non possunt.

§. 11. In adversa corporis valetudine mente captus eo tempore testamentum facere non potest.

§. 12. Prodigus recepta vitae sanitate, ad bonos mores reversus, et testamentum facere, et ad testamenti sollemnia adhiberi potest.

§. 13. Ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sint, qui Latine nesciant, vel non intelligant, sed tamen sentiant, cui rei sint, adhibiti, non vitiant testamentum.

§. 14. Condicionum duo sunt genera: aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis est, quae per rerum naturam admitti potest: impossibilis, quae non potest. Quarum altera ex eventu exspectatur, altera submovetur.

§. 15. Condiciones contra leges, et decreta principum, vel bonos mores, adscriptae nullius momenti sunt, veluti, Si uxorem non duxeris, Si Filios non susceperis, Si homicidium feceris, Si barbaro habitu processeris, et his similia.

§. 16. Quotiens non apparet, quis sit heres institutus, institutio non valet. Quod evenit, si testator plures amicos unius nominis habeat.

§. 17. Heredes aut instituti, aut substituti dicun-

TITOLO IV.

Dei testamenti.

§. 1. Possono far testamento i maschi dopo compito il quattordicesimo e le femmine dopo compito il dodicesimo anno di età.

§. 2. Gli eunuchi possono far testamento al tempo in cui gli altri giungono alla pubertà, vale a dire di anni diciotto.

§. 3. Il figlio di famiglia che militò, sì per diritto comune che proprio, può far testamento circa il suo peculio castrense. Chiamasi poi peculio castrense quello che si acquista negli accampamenti, ovvero quello che viene dato per entrare nella milizia.

§. 4. Il cieco può far testamento, perchè può chiamare i testimoni e sentire che fanno testimonianza delle proprie disposizioni.

§. 5. Il furioso può fare testamento nei lucidi intervalli.

§. 6. La donna che vive con ismodato lusso può essere interdetta dall' amministrazione dei suoi beni.

§. 7. Per consuetudine il pretore interdice dall' amministrazione dei beni nel seguente modo: Poichè tu, dilapidando i beni paterni ed avidi riduci alla miseria i tuoi figli, io t' interdico dall' amministrazione di questi beni.

§. 8. Quegli che cade in potere dei nemici non può far testamento, sendo come servo. Però quel testamento che avesse fatto prima di cadere in ischiavitù, qualora ritornasse in patria, si rende valido per gius di postliminio; se poi morisse presso i nemici, lo stesso testamento sarebbe valido per beneficio della legge Cornelia, per la qual legge vengono convalidate anche le legittime tutele ed eredità.

§. 9. Il relegato in un' isola ed il condannato temporaneamente ai pubblici lavori può far testamento e ricevere per testamento, perchè conserva la cittadinanza.

§. 10. Un numero di testimoni maggiori di sette impiegato alla redazione del testamento, non nuoce al medesimo; imperocchè tutto ciò che si fu di più può giovare, ma non nuocere al diritto.

§. 11. L' alienato di mente per malattia del corpo, non può far testamento durante tale alienazione.

§. 12. Il prodigo correttosi nel modo di vivere è ritornato ai buoni costumi può far testamento ed assistere alle solennità dei testamenti.

§. 13. Se tra coloro che debbano intervenire alla redazione di un testamento vi sono di quelli che non sanno la lingua latina o non la intendono, ma però sanno a quale atto essi intervengono, essi non viziano il testamento.

§. 14. Vi sono due generi di condizioni: o sono possibili o sono impossibili. È possibile la condizione se essa può avvenire secondo l' ordine della natura; è impossibile quella che, secondo lo stesso ordine, non può avvenire. Trattandosi della prima, si ha riguardo alla sua verificazione, trattandosi della seconda, la si ha per non aggiunta.

§. 15. Non si ha alcun riguardo alle condizioni contrarie alle leggi ed ai decreti dei principi, o contra i buoni costumi; come, per esempio: Se non prenderai moglie, se non avrai figli; se non commetterai un omicidio; se ti vestirai alla foggia straniera, ed altre simili.

§. 16. Ogni qualvolta non apparisca chi sia l' erede istituito, la istituzione non vale; locchè accade nel caso in cui il testatore avesse più amici dello stesso nome.

§. 17. Gli eredi dicansi od istituiti o sostituiti. Si

Digitized by Google

tur. Instituuntur primo gradu: Substituuntur secundo, vel tertio scripti.

§. 18. Substituere quis pure, et sub condicione potest, et tam suis, quam extraneis, tam puberibus, quam impuberibus.

§. 19. In quot vult uncias testator hereditatem suam dividere potest. Impleto asse, sine parte heredes instituti ad prioris assis semissem aequis portionibus veniunt.

§. 20. Servus alienus cum libertate heres institutus, institutionem non infirmat, sed libertas, ut alieno, supervacue data videtur.

§. 21. Filio et extraneo aequis partibus heredibus institutis, si praeterita adcrescat, tantum suo avocabit, quantum extraneo. Si vero duo sint filii instituti suis tertiam extraneis dimidiam tollit.

§. 22. Talis est posthumorum institutio. Si qui post mortem meam posthumi nati fuerint, heredes mihi estote: si vivo eo nascantur, rumpunt testamentum.

§. 23. Nepos posthumus, qui in locum patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est, aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum.

§. 24. Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, aut se rebus eius immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.

TIT. V.

De s. c. Silaniano.

§. 1. Hereditas eius, qui a familia occisus esse dicitur, ante habitam quaestionem adiri non potest, neque bonorum possessio postulari.

§. 2. Occisus videtur non tantum qui per vim, aut per caedem interfectus est, velut iugulatus, aut praecipitatus, sed et is, qui veneno necatus dicitur: Honestati enim heredis convenit, qualemcumque mortem testatoris inultam non praetermittere.

§. 3. Domino occiso, de ea familia quaestio habenda est, quae intra tectum fuerit, vel certe extra tectum cum domino eo tempore, quo occidebatur.

§. 4. Qui occisus dicitur, si constet, eum sibi quoquomodo manus intulisse, de familia eius quaestio non est habenda nisi forte prohibere potuit, nec prohibuit.

§. 5. Neroniano Senatusconsulto cavetur, ut occisa uxore, etiam de familia viri quaestio habeatur: idemque ut iuxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus.

§. 6. Servi, qui sub eodem tecto fuerunt, ubi dominus perhibetur occisus, et torquentur, et puniuntur, et si testamento occisi manumissi sint. Sed et hi torquentur, qui cum occiso in itinere fuerunt.

§. 7. Servi de proximo si cum possent ferre, auditis clamoribus auxilium domino non tulerunt, puniuntur.

§. 8. Servos, qui in itinere circumdatum a latroni-

istituiscono in primo grado; si sostituiscono in secondo ed in terzo.

§. 18. Si può fare la sostituzione puramente o sotto condizione e tanto ai suoi, quanto agli estranei sì puberi che impuberi.

§. 19. Il testatore può dividere la sua eredità in quante once vuole. Esaurito l'asse, gli eredi istituiti senza parte vengono in porzioni eguali alla metà del primo asse.

§. 20. Il servo altrui istituito erede insieme con la libertà non rende nulla l'istituzione, ma la concessione della libertà è di niun valore, perchè data al servo altrui.

§. 21. Nel caso in cui fosse istituito un figlio ed un estraneo in parti eguali, le cose sopra le quali non fu fatta alcuna disposizione, appartengono egualmente all'erede suo, ed all'estraneo. Se poi fossero istituiti due figli, tali cose apparterranno agli eredi suoi nella terza parte ed agli estranei nella metà.

§. 22. Così si fa l'istituzione dei postumi: Se dopo la mia morte intervenisse un postumo, questi sia mio erede. Se poi tali persone nascono, vivente il testatore, esse rompono il testamento.

§. 23. Il nipote postumo che può succedere in luogo del padre, dall'avo dev'essere o istituito erede o nominatamente diseredato, affinchè nascendo non rompa il testamento.

§. 24. Quegli che protestò appartenergli un'eredità, ovvero s'immischiò nelle cose della medesima non può più ripudiarla, benchè fosse dannosa.

TITOLO V.

Del senatoconsulto Silaniano.

§. 1. L'eredità di quello che dicesi essere stato ucciso dalla sua famiglia, non può essere adita, nè può essere domandato il possesso dei beni dalla medesima prima che i servi siano assoggettati alla tortura.

§. 2. Si riguarda essere stato ucciso non solamente quegli che si fece morire per violenza o per strage, come sarebbe se fosse stato strangolato o fatto precipitare, ma anche quegli che si fece morire con veleno, imperocchè è proprio dell'onestà dell'erede il non lasciare invendicata la morte del testatore.

§. 3. Qualora venisse ucciso il padrone, si devono assoggettare alla tortura i suoi servi che si fossero trovati nella casa dell'ucciso, ovvero si trovarono in quel luogo ove eravi il padrone al momento in cui venne ucciso, qualora in tale tempo non fosse stato in casa.

§. 4. Nel caso in cui constasse che il morto per uccisione si avesse procurata la morte da sè stesso, i suoi non debbonsi assoggettare alla tortura, se non qualora essi, potendo impedire che il padrone si uccidesse, non lo avessero impedito.

§. 5. Il senatoconsulto Neroniano prescrive che, uccisa la moglie vengono assoggettati alla tortura anche i servi del marito; e che parimente vengano assoggettati alla tortura i servi della moglie quando dicesi essere stato ucciso il marito.

§. 6. I servi che si trovavano nella stessa casa in cui fu rinvenuto il padrone ucciso, si assoggettano alla tortura ed alla pena, benchè fossero stati manomessi col testamento. Saranno assoggettati alla tortura anche quei servi che fecero viaggio insieme coll'ucciso.

§ 7. Se i servi che si trovavano in un luogo vicino, non prestarono soccorso al padrone udendo le grida, mentre potevano soccorrerlo, dovranno essere puniti.

§. 8. È stato deciso che debbano prendersi, assog-

Digitized by Google

bus dominum per fugam deseruerunt, apprehensos et torqueri, et summo supplicio affici placuit.

§. 9. Habetur de familia quaestio, et si heres testatorem occidisse dicatur: nec interest, an extraneus, an ex liberis sit.

§. 10. Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis auferlur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.

§. 11. Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum, salva eorum disceptatione, scriptus heres iure in possessionem mitti desiderat.

§. 12. Si inter heredem institutum, et substitutum controversia sit, magis placuit eum in possessionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus est.

§. 13. Scriptus heres, ut statim in possessionem mittatur, iure desiderat. Hoc post annum impetrare non poterit.

§. 14. In eo testamento heres scriptus, quod nec ut oportuit, oblatum, nec publice recitatum est, in possessionem mitti frustra desiderat.

§. 15. In possessionem earum rerum, quas mortis tempore testator [illegible] possedit, heres scriptus priusquam iure [illegible] experiatur, improbe mitti desiderat.

TIT. VI.

De legatis.

[illegible]Per praeceptionem uni ex heredibus nummi [illegible] domi non erant, officio iudicis familiae [illegible]undae a coheredibus praestabuntur.

§. 2. Ante heredis institutionem legari non potest: inter medias heredum institutiones, sive alter, sive uterque adeat, potest.

§. 3. Interdum dimidium, interdum totum debetur legatariis. Dimidium, si per vindicationem legatum sit, totum si per damnationem.

§. 4. Communi servo cum libertate, et sine libertate legari potest, totumque legatum socio testatoris adquiritur.

§. 5. Post mortem heredis legari non potest, quia nihil ab herede heredis relinqui potest.

§. 6. In mortis tempus tam sua, quam heredis eius legata confirmari possunt, hoc modo: Lucio Titio cum morietur, do lego, aut, heres meus dare damnas esto.

§. 7. Per vindicationem legatum, etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum transmittit.

§. 8. Si res obligata creditori, cuius causam testator non ignorat, per damnationem legata sit, luitio ad heredis sollicitudinem spectat.

§. 9. Servo fataliter interempto, legatarii damnum est: quia legatum nulla culpa heredis intercidit.

§. 10. Damnari heres potest, ut alicui domum extruat, aut aere alieno eum liberet.

§. 11. Sinendi modo tam corporales res, quam quae in iure consistunt legari possunt: et ideo debitori id, quod debet recte legatur.

§ 12. Eius rei, quae legata est, exemplo heredis

gettati alla tortura ed all' estremo supplicio quei servi che in viaggio abbandonarono il padrone circondato da aggressori. dandosi alla fuga.

§.9 Si assoggettano alla tortura i servi anche quando dicesi che l' erede ha ucciso il testatore; nè importa che questo erede sia estraneo o nel numero dei figli.

§. 10. Tutti quelli che operano contra la volontà del defunto, vengono privati dell' eredità come indegni, qualora nel testamento non vi fosse alcuna disposizione in contravvenzione alla legge.

§. 11. Tanto se il testamento è falso, o rotto, quanto s' è irrito, l' erede scritto a buon diritto domanda di essere posto in possesso, salva la decisione della causa.

§. 12. Se havvi controversia tra l'erede istituito ed il sostituito, fu adottata la massima che debba essere posto in possesso delle cose ereditarie quello che s' istituito in primo luogo.

§. 13. L' erede scritto a buon diritto domanda d'essere tosto messo in possesso dei beni, ma non lo può otteuere scorso l'anno.

§. 14. L' erede istituito in quel testamento che non fu dovutamente oblato, nè pubblicamente recitato, invano domanda di essere posto in possesso dei beni.

§. 15. L' erede scritto malamente domanda di essere posto in possesso di quelle cose che il testatore non possedeva al tempo della morte, prima che si esperisca col gius ordinario.

TITOLO VI.

Dei legati.

§. 1. La somma di danaro lasciata in prelegato ad uno degli eredi, e che non si trovò nell'eredità, dovrà essere prestata dai coeredi per officio del giudice nella divisione d' eredità.

§. 2. Non può essere lasciato un legato prima dell' istituzione dell' erede; ma lo si può lasciare fra le intermedie istituzioni di eredi, tanto se adisca l' uno quanto se istituisca l' altro

§. 3. Ai legatarii talvolta è dovuta la metà, talvolta è dovuto l' intiero; la metà, se il legato è stato lasciato per vindicazione; l' intiero, s' è lasciato per condanna.

§. 4. Al servo comune può lasciarsi un lègato tanto con la libertà, quanto senza, e l' intiero legato si acquista al socio del testatore.

§. 5 Non può farsi legato dopo la morte dell'erede perchè niente può lasciarsi a carico dell' erede.

§. 6 Il legato può essere confermato tanto nel tempo della morte del testatore, quanto in quello della morte dell'erede, come nel caso seguente: Lego a Lucio Tizio al tempo della morte, ovvero il mio erede dia.

§. 7. Il legatario, benchè non ancora gli appartenga il legato lasciatogli per vindicazione, e sia morto dopo l' apertura delle tavole testamentarie e prima dell'adizione dell' eredità, lo trasmette al suo erede

§. 8. Se la cosa obbligata al creditore, la cui causa non è ignorata dal testatore, viene lasciata in legato per condanna, il riscatto appartiene all' erede.

§.9. Il servo perito fatalmente perisce a carico del legatario, perchè il legato perisce senza colpa dell' erede.

§. 10. L' erede può condannarsi che costruisca ad alcuno una cosa, o la liberi da un debito.

§.11. Per modo di permissione possono lasciarsi in legato tanto le cose corporali quanto le incorporali, e perciò benissimo si lascia in legato al debitore ciò che dee.

§. 12. Il legatario, ad esempio dell' erede, non può

Digitized by Google

partem agnoscere, partem repudiare legatarius non potest.

§. 13. Legatum nisi rei certae sit, et ad certam personam deferatur, nullius est momenti.

§. 14. Si quis sibi et Titio legatum adscripserit, magis est, ut totum legatum ad coniunctum pertineat.

§. 15. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, ut suspectus a tutela removendus est, ad quam ultro videtur affectasse.

§. 16. Rem legatam testator si postea pignori, vel fiduciae dederit, ex eo voluntatem mutasse non videtur.

§. 17. Ususfructus uniuscuiusque rei legari potest, et aut ipso iure constituetur, aut per heredem praestabitur. Ex causa quidem damnationis per heredem praestabitur, ipso autem iure per vindicationem.

§. 18. Furiosi, et aegrotantis, et infantis ususfructus utiliter relinquitur. Horum enim alius resipiscere, alius convalescere, alius crescere potest.

§. 19. Ancillae usufructu legato, partus eius ad fructuarium non pertinent.

§. 20. Gregis usufructu legato, grege integro manente, foetus ad usufructuarium pertinent.

§. 21. Areae usufructu legato, aedificia in eo constitui non possunt.

§. 22. Accessio alluvionum ad fructuarium fundum, quia fructus fundi non est, non pertinet: venationis vero, et aucupii reditus ad fructuarium pertinet.

§. 23. Servos neque torquere, neque flagellis caedere, neque in eum casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo deteriores fiant.

§. 24. Fructu legato si usus non adscribatur, magis placuit usumfructum videri adscriptum. Fructus enim sine usu esse non potest.

§. 25. Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit, quod in fructu usuarius facere non potest.

§. 26. Cum coniunctim duobus usumfructum do, lego, legatum altero mortuo, ad alterum in solidum pertinebit.

§. 27. Usufructu legato, de modo utendi cautio a fructuario solet interponi: et ideo perinde omnia se facturum, ac si optimus paterfam. uteretur, fideiussoribus oblatis cavere cogetur.

§. 28. Ususfructus amissus ad proprietatem recurrit. Amittitur autem quinque modis, capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in iure cessione, dominii comparatione.

§. 29. Capitis minutione amittitur, si in insulam fructuarius deportetur, vel si ex causa metalli servus poenae efficiatur, aut si statum ex adrogatione, vel adoptione mutaverit.

§. 30. Non utendo amittitur ususfructus, si possessione fundi biennio fructuarius non utatur, rei mobilis anno.

§. 31. Rei mutatione amittitur ususfructus, si domus legata incendio conflagraverit, aut ruina perierit, licet postea restituatur.

§. 32. In iure cessione amittitur ususfructus, quo-

in parte accettare ed in parte ripudiare la cosa legatagli.

§. 13. Il legato che non consiste in cosa certa o non viene deferito a persona certa, non è di alcuna validità.

§. 14. Se taluno ascrisse a sè stesso ed a Tizio un legato, è da adottarsi la massima che il legato appartenga congiuntamente.

§. 15. Quegli che scrisse il testamento nel quale egli è dato per tutore al figlio impubere del testatore, dev' essere rimosso, come sospetto, da quella tutela alla quale si considera aver aspirato.

§. 16. Il testatore, che dopo aver fatto il legato diede la cosa legata in pegno od a fiducia, non si risguarda perciò aver cangiato volontà.

§. 17. Può lasciarsi in legato l'usufrutto di qualsivoglia cosa, o costituendolo senza il fatto dell'erede, ovvero facendolo prestare dall'erede. Sarà prestato dall'erede mediante condanna, e senza il fatto dell'erede mediante vindicazione.

§. 18. Si può utilmente lasciare l'usufrutto del furioso, dell' ammalato e dell'infante; poichè il primo può ricuperare il senno, il secondo la sanità ed il terzo può crescere.

§. 19. Nel caso in cui venisse l'usufrutto di una serva, non appartiene all'usufruttuario il di lei parto.

§. 20. Qualora fosse lasciato in legato l'usufrutto del gregge, i parti di questo appartengono all'usufruttuario, salva la sostanza.

§. 21. Nel caso in cui fosse lasciato in legato l'usufrutto dell'area, non possono costruirsi in quello edificio.

§. 22. L'accessione delle alluvioni non appartiene al fondo soggetto all'usufrutto, perchè dessa non è un frutto del fondo; le caccie però delle belve e degli uccelli appartengono all'usufruttuario.

§. 23. L'usufruttuario non può assoggettare alla tortura nè battere i servi, nè col suo fatto far sì che i servi si deteriorino.

§. 24. Qualora fosse lasciato un legato il frutto senza aggiungere anche l'uso, è stato deciso che sia costituito un usufrutto; imperocchè non si danno frutti senza l'uso.

§. 25. Se ad uno si lascia in legato l'uso e ad un altro i frutti, il fruttuario concorre nell'uso, locchè l'usuario non può fare circa i frutti.

§. Quando io legassi congiuntamente a due l'usufrutto, morto uno di questi, il legato appartiene intieramente all'altro.

§. 27. Nel caso in cui fosse legato l'usufrutto, si suole dar cauzione del fruttuario pel modo di fruire; e questi è obbligato a garentire mediante fideiussori, di usare e fruire da buon padre di famiglia.

§. 28. L'usufrutto cessato ritorna alla proprietà. L'usufrutto si perde in cinque modi: con la diminuzione di capo, col cangiamento della cosa, col non uso, con la giuridica cessione e con l'acquisto del dominio.

§. 29. L'usufrutto si perde con la diminuzione di capo, allorquando il fruttuario viene deportato in un'isola, ovvero se diventa servo della pena per essere condannato alle miniere, ovvero se cangia il suo stato mediante l'arrogazione o l'adozione.

§. 30. Si perde l'usufrutto col non uso allorquando il fruttuario non usa del possesso del fondo per un biennio, o della cosa mobile per un anno.

§. 31. Si perde l'usufrutto pel cangiamento della cosa, allorquando la casa lasciata in legato viene distrutta da un incendio, ovvero cade in rovina, benchè dopo venisse rifabbricata.

§. 32. Si perde l'usufrutto con la cessione giuridi-

Digitized by Google

tiens domino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit.

§. 33. Finitur usufructus aut morte, aut tempore. Morte, cum usufructuarius moritur. Tempore, quotiens ad certum tempus usufructus legatur, velut biennio, aut triennio.

§. 34. Fundo, vel servo legato, tam fundi instrumentum, quam servi peculium ad legatarium pertinet.

§. 35. Quaerendorum fructuum causa esse videntur, qui opus rusticum faciunt, et monitores, et villici, et saltuarii item boves aratorii, aratra, bidentes, et falces putatoriae, frumentum quoque ad sementem repositum.

§. 36. Cogendorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, velut corbes, alvei, falces messoriae, et foenariae, item molae olivariae.

§. 37. Conservandorum fructuum causa comparata, instrumento cedunt, velut dolia, cupae, vehicula rustica, cibaria, pistores, asini, focariae, item ancillae, quae vestimenta rusticis faciunt: scotra quoque et sutor continebuntur.

§. 38. Uxores eorum, qui operantur, magis est, ut instrumento cedant. Pecora quoque, et pastores eorum stercorandi causa parata, instrumento continentur.

§. [illegible]tem, quae custodiae magis causa, quam [illegible] patris familiae eo delata sunt, instrumenti [illegible] non continentur.

§. [illegible] Uxores eorum, qui mercedes praestare consueverunt, neque instructionis, neque instrumenti [illegible]one continentur.

§. 41. Piscationis, et venationis instrumentum ita demum instrumento fundi continetur, si ex his maxime fundi reditus cogatur.

§. 42. Fructus percepti instrumento fundi ita demum cedunt, si ibidem absumi a testatore consueverunt.

§. 43. Fundo cum omni instrumento rustico, et urbano, et mancipiis, quae ibi sunt legato, semina quoque, et cibaria debebuntur.

§. 44. Funde cum omni instrumento rustico, et urbano, et mancipiis, quae ibi sunt, legato, tam supellex, quam aeramentum, itemque argentum, et vestes, quae ibi paterfam. instruendi gratia habere solet, debebuntur. Item ea mancipia, quae usui patrifam. esse solent. Itemque aves, et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt, exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita sunt.

§. 45. Fundo legato, uti optimus maximusque est, retia, apraria, et cetera venationis instrumenta continebuntur: quod etiam ad instrumentum pertinet, si quaestus fundi ex maxima parte in venationibus consistat.

§. 46. Fructus, qui solo cohaerebant mortis testatoris tempore, a legatarium pertinent ante percepti, ad eredem.

§. 47. Fundo legato cum mancipiis et pecoribus, et omni instrumento rustico, et urbano, peculium actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere.

§. 48. Actor, vel colonus ex alio fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet: nisi eum ad ius eius fundi testator voluerit pertinere.

§. 49. Adiunctiones, quas fundo legato testator ex diversis emptionibus applicaverat, legatario cedere placuit.

ca, allorquando il fruttuario cede giuridicamente l'usufrutto stesso al proprietario della cosa sopra cui è costituito.

§. 33. Termina l'usufrutto o per la morte o pel tempo: Per la morte, allorquando muore l'usufruttuario; pel tempo, ogniqualvolta l'usufrutto viene legato per un tempo determinato come per un biennio o per un triennio.

§. 34. Nel caso in cui fosse legato un fondo od un servo, appartiene al legatario tanto l'istrumento del fondo, quanto il peculio del servo.

§. 35. Sono compresi anche gl'istrumenti per ritrarre i frutti, quelli che servono ai lavori rustici, i custodi, i villici, i guardaboschi, i buoi per l'aratro, gli aratri, i bidenti, le falci per mietere, il frumento per la semente.

§. 36. Sono compresi anche gl'istrumenti destinati per raccogliere i frutti, le corbe, gli alvei, le falci per le messi e fieno, e le mole olivarie.

§. 37. Sono compresi negli istrumenti destinati per conservare i frutti, le botti, i vasi, i veicoli rustici le cibarie, i pastori, gli asini, le serve addette all'economia rurale, quelle che fanno i vestiti pei rustici e i sarti.

§. 38. Anche le mogli di quelli che lavorano debbono essere comprese nell'istrumento. Anche le pecore ed i pastori sono compresi nell'istrumento.

§. 39. Quelle cose che sono importate nel fondo più a motivo di custodia che per uso del padre di famiglia non sono comprese nell'istrumento.

§. 40. Le mogli di quelli che sono soliti a prestare mercede non sono compresi nell'istrumento, nè nelle forniture.

§. 41. Gl'istrumenti per la pesca e per la caccia si contengono nell'istrumento del fondo, se il maggior prodotto del fondo in essi consiste.

§. 42. I frutti percetti fanno parte dell'istrumento del fondo, se erano soliti a consumarsi dal testatore.

§. 43. Qualora sia legato il fondo con ogni istrumento rustico ed urbano, e coi servi che si trovano in esso, sono dovute anche le sementi e le cibarie.

§. 44. Qualora sia legato il fondo con ogni istrumento rustico ed urbano e coi servi che in esso si trovano, è dovuta tanto la suppellettile, quanto la ferramenta, l'argento, le vesti che il padre di famiglia soleva impiegare in esso. Parimente i servi che solevano essere per l'uso del padre di famiglia. Parimente il bestiame che furono portati nel fondo ad oggetto di dar banchetto, ad eccezione di quelle cose che furono colà portate onde custodirle.

§. 45 Essendo legato un fondo, *com'è ottimo, massimo*, saranno comprese le reti da cinghiale e gli altri istrumenti della caccia; il che appartiene anche agl'istrumenti del fondo, se il profitto che si ricava dal fondo nella massima parte consiste nella caccia.

§. 46. I frutti, ch'erano attaccati al suolo nel tempo della morte del testatore, appartengono al legatario; i percetti prima di questo tempo, all'erede.

§. 47. Essendo legato il fondo coi servi, pecore, ed ogni istrumento rustico ed urbano, è deciso che quel peculio dell'agente, il quale morì prima del testatore, qualora questi lo avesse formato in grazia di quel fondo debba appartenere al legatario.

§. 48. L'agente od il colono che non dimora nel fondo, il quale è stato legato con ogni istrumento, non appartiene al legatario, se non qualora il testatore avesse, voluto appartenere desso al diritto del fondo.

§. 49. È deciso che siano dovute al legatario tutte quelle aggiunte che il testatore fece con diverse compere.

Digitized by Google

§. 50. Instructo praedio legato fabri ferrarii, item liguarii, putatores, et qui instruendi fundi gratia ibidem morabantur, legato cedunt.

§. 51. Instructo fundo legato, libri quoque et bibliotheca, quae in eodem fundo sunt, legato continentur.

§. 52. Servum studendi gratia ex eodem fundo, qui cum mancipiis fuerat legatus, alio translatum ad legatarium placuit pertinere.

§. 53. Fundo ita ut possederat legato, mancipia tam urbana, quam rustica, itemque aurum, et vestes, quae eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent.

§. 54. Pascua, quae postea comparata ad fundum legatum testator adiunxerat, si eius appellatione contineantur, ad legatarium pertinent.

§. 55. Quidquid in eadem domo, quam instructam legavit paterfam. perpetuo instruendi se gratia habuit, legatario cedit.

§. 56. Instructa domo legata, ea legato continentur, quibus domus munitior, vel tuta ab incendio praestatur, tegulae, specularia, vela legato continebuntur. Item aeramenta, lecti, culcitrae, pulvinaria, subsellia, cathedrae, mensae, armaria, delphicae, pelves, conchae, aquiminalia, candelabra, lucernae, et similia quacumque materia expressa.

§. 57 Domo legata, balneum eius, quod publice praebetur, nisi alias separetur, legato cedit.

§. 58. Domo cum omni iure suo sicut instructa est, legata, urbana familia, item artifices, et vestiarii, et zetarii, et aquarii eidem domui servientes, legato cedunt.

§. 59. Omnibus, quae in domo sunt legatis, cautiones debitorum, rationesque servorum legato cedunt.

§. 60. Mobilibus legatis, aurum, vel argentum non debetur, nisi de eis quoque manifeste sensisse testatorem possit ostendi.

§. 61. Instrumento cauponio legato, ea debentur, quae in cauponi usum parata sunt, velut vasa, in quibus vinum diffunditur, escaria quoque, et pocularia vasa debentur. Sane ministri earum rerum legato non cedunt.

§. 62. Instrumento medici legato, collyria, et emplastra, et apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt.

§. 63. Instrumento pictoris legato, colores, penicilli, cauteria, et temperandorum colorum vasa debentur.

§. 64. Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molae, et servi, qui pistrinum exercent, item machinae, quibus farinae subiguntur, legato cedunt.

§. 65. Instrumento balneatorio legato, balneator ipse, et scamna, et hypodia, fistulae, millaria, epitonia, rotae aquariae, iumenta quoque, quibus ligna deferuntur, legato cedunt.

§. 66. Instrumento piscatoris legato, retia, et nassae, et fascinae, et naviculae, hami quoque et caetera eiusmodi usibus destinata debentur.

§. 67. Supellectile legata capsae, armaria, non solum librorum, aut quae vestis ponendae gratia parata sunt, debentur, sed et byssina, et crystallina, et

§. 50. Essendo lasciato in legato un fondo sono dovuti i fabbri ferrai, i legnaiuoli, i mietitori e quelli che dimoravano nel fondo per farlo valere.

§. 51. Essendo stato lasciato in legato un fondo fornito, sono contenuti nel legato anche i libri e la biblioteca che trovavansi nello stesso fondo.

§. 52. È stato deciso dover appartenere al legatario il servo trasferito in un altro fondo per farlo studiare da quel fondo che fu lasciato in legato insieme coi servi.

§. 53 Essendo stato lasciato in legato il fondo fornito, appartengono al legatario tanto i servi rustici, quanto gli urbani, come pure l' oro, le vesti che trovavansi nello stesso tempo nel fondo.

§. 54. I pascoli che il testatore aggiunse al fondo lasciato in legato, e che poscia comperò, appartengono al legatario se sono comprese nella stessa denominazione del fondo

§. 55. Cede al legatario tutto ciò che il padre di famiglia portò nella casa lasciata in legato e fornita, ad oggetto che vi resti perpetuamente.

§. 56. Essendo lasciata in legato la cosa fornita, nel legato si contengono quelle cose che servono a rendere più munita la casa stessa vale a dire sicura dall' incendio, come le tegole, gli specolarii, le tende, come pure i mobili, i letti, i materazzi, i guanciali, le panche, le sedie, le mense, gli armadi, le delliche, i catini, le conche, gli equiminali, e candelabri, le lucerne ed altre simili cose di qualsiasi materia

§. 57. Lasciata in legato una casa sarà dovuto anche il bagno, qualora non sia separato da essa.

§. 58. Lasciata in legato una casa con ogni suo diritto com' è fornita, cedono al legato tutti i servi urbani, come pure gli artefici, i camerieri e quelli che servono alla casa.

§. 59. Venendo legate tutte quelle cose che si trovano nella casa, cedono al legato i chirografi di debito ed i conti dei servi.

§. 60. Venendo legate le cose mobili, non è dovuto l' oro o l' argento, se non qualora si potesse manifestamente dimostrare, che il testatore ebbe intenzione di legare anche queste cose.

§. 61. Venendo lasciato in legato l' istrumento da osteria, sono dovute quelle cose che furono portate nell' osteria ad oggetto dell' esercizio di un tale negozio, come sono i vasi nei quali è riposto il vino, ed i vasi dei quali si fa uso nel mangiare e nel bere. Però non cedono al legato gl' inservienti alla stessa osteria.

§. 62. Venendo lasciato in legato un istrumento medico, cedono al legato il collirio, gli empiastri od ogni apparato per comporre i medicamenti, come pure i ferri relativi.

§. 63. Venendo legato l' istrumento del pittore, sono dovuti i colori, i pennelli, gli strumenti inustorii ed i vasi per la formazione dei colori.

§. 64. Venendo legato l' istrumento del pristino, sono dovuti i crivelli gli asini, le mole ed i servi che sono impiegati nella fabbrica del pane, come pure le macchine per la farina.

§. 65. Venendo legato l' istrumento dei bagni, cedono al legato il bagnatore stesso, gli scanni, gl' ipodii, le fistole, i miliari, gli epitomi, le rote d' acqua ed i giumenti, mediante i quali si trasportano le legna.

§. 66. Venendo legato l' istrumento del pescatore, sono dovute le reti, i nassi, le navicelle, gli ami ed altre cose destinate a tal uso.

§. 67. Venendo legata la suppellettile, cedono al legato le casse, gli armadi in cui si ripongono i libri e le vesti, come pure, i vasi di bisso, di cristallo, di ar-

Digitized by Google

argentea, vitrea vasa, tam escaria, quam peculiaria, et vestes stratoriae legato cedunt.

§. 68. Villis, vel agris separatim legatis, alterum alteri cedit.

§. 69. Servis legatis, ancillae quoque debentur, non item servi legatis ancillis. Sed ancillarum appellatione tam virgines, quam servorum, pueri continentur, his scilicet exceptis, quae fiduciae datae sunt.

§. 70. Servis amanuensibus legatis, omnes, qui ex conversatione urbana, et in ministerio fuerunt, debebuntur, nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur.

§. 71. Venatores servi, vel aucupes, an inter urbana ministeria contineantur, dubium remansit: et ideo voluntatis est quaestio: tamen si instruendarum quotidianarum epularum gratia habentur, debentur.

§. 72. Muliones, institores inter urbana ministeria continentur, item obsonatores, et vestiarii, et cellarii, et cubicularii, et arcarii, et coqui, placentarii, tonsores, pistores, lecticarii.

§. 73. Pecoribus legatis, quadrupedes omnes continentur, quae gregatim pascuntur.

§. 74. Iumentis legatis, boves non continentur, Equis vero legatis, equas quoque placuit contineri. Ovibus autem legatis, agni non continentur, nisi annuales sint.

§. 75. Grege ovium legato, arietes etiam continentur.

§. 76. Avibus legatis anseres, phasiani, gallinae et aviaria debebuntur. An autem phasianarii, et pastores anserum, voluntatis quaestio est.

§. 77. Dulcibus legatis, sapa, defrutum, mulsum, dulce etiam vinum, palmae, caricae, uvae passae debebuntur. Sed in hoc quoque voluntatis est quaestio, quia et in specie pomorum comprehendi possunt.

§. 78. Frugibus legatis, tam legumina, quam ordeum, et triticum continentur.

§. 79. Veste legata ea cedunt, quae ex lana, et lino texta sunt: item serica, et bombycina, quae tamen induendi, operiendi, cingenti, sternendi, iniiciendive causa parata sunt: pelles quoque indutoriae continebuntur.

§. 80. Veste virili legata, ea tantummodo debebuntur, quae ad usum virilem salvo pudore attinent. Stragula quoque huic legato cedunt.

§. 81. Muliebri veste legata, omnia, quae ad usum muliebrem spectant, debebuntur.

§. 82. Lana legata, sive succida, sive lota sit, sive pectinata, sive versicoloria, legato cedit. Purpura vero, aut stamen subtemenve hoc nomine non continentur.

§. 83. Mundo muliebri legato, ea cedunt, per quae munditior mulier, lautiorque efficitur: velut speculum, conchae, situli, item buxides, unguenta, et vasa, in quibus ea sunt: item sella balnearis, et cetera eiusmodi.

§. 84. Ornamentis legatis ea cedunt, per quae ornatior efficitur mulier, veluti, anuli, catenae, reticuli, et cetera, quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur.

§. 85. Argento legato, massae tantummodo debebuntur: Vasa enim, quae proprio nomine separantur,

gento sì per il cibo che per la bevanda, e le vesti stratorie.

§. 68. Venendo legate separatamente le case campestri ed i campi, le une cedono agli altri.

§. 69. Venendo legati i servi sono dovute anche le serve, ma non sono dovuti i servi quando sono lasciate le serve in legato. Sotto la denominazione di serve si comprendono tante le serve, come i figli dei servi, ad eccezione di quelle che sono date a fiducia.

§. 70. Venendo legati i servi ammanuensi, saranno dovuti tutti quelli che avevano un officio urbano ed erano in servigio, ad eccezione di quelli che fossero trasferiti in perpetuo ai lavori pubblici.

§. 71. Nacque dubbio se i servi cacciatori debbano comprendersi tra quelli che fungano officii urbani, e quindi la quistione risguarda la volontà; del resto, saranno dovuti se si ritenevano ad oggetto d' imbandire i pranzi quotidiani.

§. 72. I mulattieri, gl' institori si comprendono tra quelli che fungono officii urbani, come pure gli absonatori, i vestiari, i cubicolarii, gli arcarii, i cuochi i placentarii, i tonsori, i pistori ed i letticarii.

§. 73 Venendo legate le pecore, sono compresi in questo legato tutti i quadrupedi che pascolano unitamente.

§. 74. Nel legato dei giumenti, non si comprendono i buoi. Nel legato dei cavalli poi si contengono anche le cavalle. Nel legato delle pecore si comprendono gli agnelli, ma non già quelli che hanno un anno di età.

§. 75. Nel legato di un gregge di pecore, si contengono anche gli arieti.

§. 76. Nei legati di uccelli si comprendono le oche, i fagiani, le galline, le uccelliere; ma i custodi dei fagiani od i pastori delle oche non sono compresi se non quando il testatore lo avesse espressamente dichiarato.

§. 77. Nel legato dei dolci si comprendono la sapra il vino cotto, il molso, il vino dolce, le palme, i fichi secchi e le uve passe. Ma anche in tal caso si deve aver riguardo alla espressa volontà del testatore, perchè tal legato può comprendere anche le specie dei pomi.

§. 78. Nel legato dei frutti si comprendono tanto i legumi, quanto l'orzo ed il frumento.

§. 79. Nel legato dei vestimenti si comprendono tutti gli oggetti che sono tessuti con lana o con lino; parimente quelli di seta e di bombace che servono per vestirsi, cingersi, sopravvestirsi, distendere o gittar sopra sè, giacervi sopra; nel qual legato sono pure comprese le pelli per coprirsi.

§. 80. Nel legato della veste virile sono dovute soltanto quelle cose che servono all' uso dell' uomo, salvo il pudore.

§. 81. Nel legato della veste femminile sono dovute tutte quelle cose che appartengono all'uso muliebre.

§. 82. Nel legato della lana è compresa tanta la lana grezza, quanto al pettinata e colorata; ma non però la porpora.

§. 83. Nel legato del mondo muliebre si comprendano tutte quelle cose con le quali la donna si monda come lo specchio, le conche, le secchielle, gli unguenti, i vasi, come pure gli arnesi da bagno ed altri simili.

§. 84. Nel legato di ornamenti si comprendono quelle cose con le quali la donna si adorna, come gli anelli, le catene, le reticelle ed altre simili cose, che adornano il collo, il capo, e le mani delle donne.

§. 85. Nel legato dell' argento si comprendono soltanto le masse d'argento; imperocchè non si compren-

Digitized by Google

legato non cedunt: quia nec lana legata, vestimenta debebuntur.

§. 86. Vasis argenteis legatis ea omnia continentur, quae capacitati alicui parata sunt: et ideo tam potoria, quam escaria, item ministeria omnia debebuntur, veluti urceoli, lances, patinae, piperataria, cochlearia quoque, itemque trullae, calices, scyphi, et his similia.

§. 87. Libris legatis, chartae, volumina, membranae, et philurae continentur: Codices quoque debentur. Librorum enim appellatione non volumina chartarum, sed scripturae modus, qui certo fine concluditur, aestimatur.

§ 88 Auro legato, gemmae quoque inclusae, itemque margaritae, et smaragdi legato cedunt. Sed magis voluntatis esse quaestionem. Infectum enim aurum debetur, factum ornamentorum genere continetur.

§. 89. Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt.

§. 90. Argento potorio legato, omnia, quae ad poculorum speciem comparatae sunt, debebuntur, veluti paterae, calices, scyphi, urceoli, cenophoria, et conchae.

§. 91. Carruca cum iunctura legata, mulae quoque legatae, non mulio videtur, propter quotidianam loquendi consuetudinem.

§. 92. Prolatis codicillis, vel alio testamento quibus ademptum est legatum, vel certe rescissum, perperam soluta repetuntur.

TIT. VII.

De mortis causa donationibus.

§. 1. Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur, et qui navigat, ea scilicet condicione, ut si reversus fuerit sibi restituatur: si perierit, penes eum remaneat, cui donavit.

§. 2. Donatio mortis causa, cessante valetudine, et secuta sanitate, poenitentia etiam revocatur: Morte enim tantummodo convalescit.

TIT. VIII.

Ad legem Falcidiam.

§. 1. Exhausta legatis, aut fideicommissis, vel mortis causa donationibus hereditate, auxilio Falcidiae institutus heres quadrantem retinere potest

§. 2. Quotiens de modo quartae retinendae quaeritur, propter periculum plus petendi, officio iudicis omnibus aestimatis, quarta facienda est, quae apud heredem remaneat: aut certe exigenda cautio a legatario, ut quod plus dodrante percep rit, restituat.

§. 3. Ea, quae, mater vivo filio donavit, in quartam non imputantur.

§. 4. Ex mora praestandorum fideicommissorum, vel legatorum fructus, et usurae peti possunt. Mora autem fieri videtur, cum postulanti non datur.

LIBER QUARTUS

TITULUS I.

De fideicommissis.

§. 1. Ab uxore, cui vir dotem praelegavit, fideicommissum relinqui non potest: quia non ex lucrati-

dano in questo legato i vasi, i quali hanno un nome proprio, nello stesso modo che pel legato della lana non sono dovuti i vestimenti.

§ 88. Nel legato di vasi d'argento si contengono tutte quelle cose che sono destinate a contenere delle cose, e perciò saranno dovuti i vasi destinati per cibo o bevanda, come i boccali, i tondi, i piatti, i vasellini da pepe, come pure i bacini, le tazze, le coppe ed altri simili oggetti.

§. 87. Nel legato dei libri si comprendono le carte, i volumi, le membrane, le filure, come pure sono dovuti i codici; imperocchè sotto il nome di libri non si ha riguardo ai volumi di carte, ma alla scrittura che si estende a quel dato limite.

§. 88. Nel legato d'oro si comprendono le gemme inchiuse nell'oro, come pure le margherite e gli smeraldi; ma però si dovrà aver riguardo alla volontà manifestata dal testatore, imperocchè si deve l'oro non lavorato, e l'oro lavorato appartiene al genere degli ornamenti.

§. 89. Nel legato dei vasi d'argento sono dovuti anche gli ornati d'oro che sono infissi in quello.

§. 90. Nel legato dell'argento potorio sono dovuti tutti quei vasi che sono destinati a bere, come le patere, le tazze, le coppe, i boccali, i recipienti e le conche.

§. 91. Nel legato della carretta con ciò che le va unito, si comprendono le mule, ma non già il mulattiere, giusta il quotidiano modo di parlare.

§. 92. Prodotti i concilii od un altro testamento per cui è tolto il legato, ovvero rescisso, non possono ripetersi i legati già pagati.

TITOLO VII.

Della donazione per causa di morte.

§. 1. Fa donazione per causa di morte quegli che parte per la guerra, e che si pone in navigazione, con la condizione però che se ritorna, vengangli restituite le cose donate, e qualora morisse restino a quello cui le donò.

§. 2. La donazione per causa di morte, cessando la malattia e ricuperando la salute può essere revocata per pentimento; imperocchè essa ha vigore soltanto pel caso di morte.

TITOLO VIII.

Sopra la legge Falcidia.

§. 1. Esaurita l'eredità in legati, in fedecommessi od in donazioni a causa di morte, l'erede instituito potrà ritenere la quarta parte della sostanza pel beneficio della legge Falcidia.

§ 2. Ogni qualvolta trattasi di determinare la quarta parte da ritenersi, onde evitare il pericolo di domandare più di quello che conviene, si deve determinare questa quarta parte facendosi la stima di tutto per officio del giudice, la qual quarta parte così determinata resterà presso l'erede, ovvero il legatario esigerà cauzione che l'erede restituisca ciò che avesse percepito più della quarta parte.

§. 3. Le cose donate dalla madre al figlio mentr'era in vita, non s'imputano nella quarta parte.

§. 4. Per la mora di prestare i fedecommessi od i legati, possono essere domandati i frutti e gl'interessi. Si considera avvenir la mora allorquando non si dà la cosa dovuta a quello che la domanda.

LIBRO QUARTO.

TITOLO I.

Dei fedecommessi.

§. 1. Il marito non può incaricare di fedecommesso la moglie alla quale prelegò la dote, perchè essa

Digitized by Google

va causa testamento aliquid capit, sed proprium recipere videtur.

§. 2. A postumo herede instituto fideicommissum dari potest.

§. 3. Ab imperatore herede instituto legatum, et fideicommissum dari potest.

§. 4. A surdo, vel muto, sive legatum acceperit, sive eres institutus sit, vel ab intestato successerit, fideicommissum relinquitur.

§. 5. Qui fideicommissum relinquit, etiam cum eo, cui relinquit, loqui potest: velut, Peto Gai Sei contentus sis illa re, aut, volo tibi illud praestari.

§. 6. Fideicommittere his verbis possumus rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo. Desidero quoque, et impero verba, utile faciunt fideicommissum. Relinquo vero, et commendo, nullam fideicommissi pariunt actionem.

§. 7. Tam nostras res, quam alienas per fideicommissum relinquere possumus: sed nostrae statim, alienae autem aestimatae, aut redemptae praestantur.

§. 8. Si alienam rem tanquam suam testator per fideicommissum reliquerit, non relicturus, si alienam scisset, ut solet legatum, ita inutile erit fideicommissum.

§. 9. Testator supervivens, si eam rem, quam reliquerat, vendiderit, extinguitur fideicommissum.

§. 10. Codicillis, qui testamento confirmati, non sunt, adscriptum fideicommissum iure debetur.

§. 11. Filio quibuscunque verbis a patre fideicommissum relictum, iure debetur. Sufficit enim inter coniunctas parsonas, quibuscunque verbis, ut in donatione, voluntas expressa: et ideo etiam pridie, quam moriatur, recte relictum videtur.

§. 12. In tempus emancipationis, vel cum sui iuris erit, fideicommissum relictum quocumque modo patria potestate liberato debetur.

§. 13. Rogati invicem sibi, si sine liberis decesserint, hereditatem restituere, altero decedente sine liberis, hereditas ad eum pervenit, qui supervixit, nec ex eo pacisci contra voluntatem testatoris possunt.

§. 14. Heres ante aditam hereditatem, legatarius antequam legatum accipiat, fideicommissum praestare non possunt.

§. 15. Rem fideicommissam si heres vendiderit, eamque sciens comparaverit, nihilominus in possessionem eius fideicommissarius mitti iure desiderat.

§. 16. Quotiens libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere, qui manumissi sunt, vel qui in eodem testamento libertatem, intra numerum legitimum consecuti sunt.

§. 17. Cui ab herede fideicommissum non praestatur. non solum in res hereditarias, sed et in proprias heredis inducitur.

§. 18. Ius omne fideicommissi non in vindicatione, sed in petitione consistit.

TIT. II.

De S. C. Trebelliano.

Senatusconsulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus hereditariis actionibus onerotur.

non riceve alcuna cosa a titolo lucrativo, ma si considera ricevere il proprio.

§. 2. Si può incaricare di un fedecommesso un postumo istituito erede.

§. 3. Si può incaricare di un legato o di un fedecommesso l'imperatore istituito erede.

§. 4. Si può incaricare di fedecommesso il sordo od il muto, tanto se ricevette un legato, quanto se fu istituito erede, o successo ab intestato.

§. 5. Qnegli che lascia un fedecommesso può anche parlare nel seguente modo con quello al quale lo lascia: *Chiedo, o Gâio che tu sia contento di quella cosa,* ovvero: *Voglio che ti sia prestata la tal cosa.*

§. 6. Possiamo incaricare di un fedecommesso con le seguenti parole: *Domando, voglio, incarico, prego, bramo, ingiungo.* Le parole *desidero* e *comando* rendono valido un fedecommesso; ma le parole *lascio* e *raccomando* non producono alcuna azione di fedecommesso.

§. 7. Possiamo lasciare per fedecommesso tanto le cose nostre quanto quelle degli altri; ma le nostre si prestano subito, e le altrui quando sono stimate od acquistate.

§. 8. Se il testatore lasciò per fedecommesso una cosa altrui come se fosse propria, il fedecommesso sarebbe inutile, come sarebbe inutile il legato, nel caso in cui egli sapesse che la cosa ad altri appartiene.

§. 9. Se il testatore essendo ancora in vita avesse venduto quella cosa che lasciò il fedecommesso si estingue.

§ 10. Si può legalmente lasciare un fedecommesso coi codicilli confermati dal testamento.

§. 11. Al figlio per diritto è dovuto quel fedecommesso che gli è lasciato dal padre, qualsiansi le esposizioni da quest' ultimo impiegate; imperocchè fra persone congiunte è sufficiente la volontà espressa con qualsivogliano parole, come nella donazione, e percio è benissimo lasciato un fedecommesso pel giorno precedente la morte.

§. 12. Il fedecommesso lasciato pel tempo della emancipazione o per quello in cui taluno diventa il proprio diritto, è dovuto a quello che in qual si voglia modo è liberato dalla paterna potestà.

§. 13. Se uno di quelli che sono pregati a restituirsi reciprocamente l' eredità morisse senza figli, l' eredità perviene a quello che sopravvive, nè può transigere sopra tal cosa contra la volontà del testatore.

§. 14. L' erede prima di adire l' eredità ed il legatario prima di ricevere il fedecommesso non possono prestare il fedecommesso.

§. 15. Se l' erede vendette la cosa che forma l' oggetto del fedecommesso e la comperò scientemente, ciò nullostante il fedecommessario a buon diritto domanda di essere posto in possesso della medesima.

§. 16. È deciso che ogni qualvolta si lascia ai figli un fedecommesso appartenga soltanto a quelli che sono stati manomessi, ovvero a quelli che entro il numero legittimo con lo stesso testamento conseguirono la libertà.

§. 17. Qualora dall' erede non viene prestato il fedecommesso, quegli cui è dovuto il fedecommesso non solamente viene posto in possesso delle cose ereditarie, ma anche nelle proprie, dell' erede.

§. 18. Per ogni diritto spettante ad un fedecommesso non ha luogo la vindicazione, ma la petizione.

TITOLO II.

Del senatoconsulto Trebelliano

Il senatoconsulto Trebelliano prescrive che non sia caricato di tutte le azioni creditarie il solo erede; e

Digitized by Google

Et ideo quotiens hereditas ex causa fideicommissi restituitur, actiones eius in fideicommissarium transferuntur quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet.

TIT. III.

De S. C. Pegasiano.

§. 1. Inter heredem et fideicommissarium. cui ex Pegasiano hereditas restituitur, partis et pro parte stipulatio interponitur: ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris vero portionibus fideicommissario competant.

§. 2. Totam hereditatem restituere rogatus, si quartam retinere nolit, magis est, ut eam ex S. C. Trebelliano debeat restituere. Tunc enim omnes actiones in fideicommissarium dantur.

§. 3. Lex Falcidia, itemque S. C. Pegasianum deducto omni aere alieno, Deorumque donis, quartam residuae hereditatis ad heredem voluit pertinere.

§. 4. Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, repetere eam non potest. Nec enim indebitum solvisse videtur, qui plenam fidem defuncto praestare maluit.

TIT. IV.

De repudianda hereditate.

§. 1. Recusari hereditas non tantum verbis, sed etiam re potest, et alio quovis indicio voluntatis.

§. 2. Heres per magistratus municipales, ex auctoritate praesidis, fideicommissario postulante, hereditatem adire, et restituere compellitur.

§. 3. Fideicommissarius si affirmet heredem nolle adire hereditatem, absente eo interponi decretum, et in possessionem mitti iure desiderat.

§. 4. Suspectam hereditatem adire compulsus, omnia ex Trebelliano restituit.

TIT. V.

De inofficiosi querela.

§. 1. Inofficiosum dicitur testamentum, quod frustram, liberis exheredatis, non ex officio pietatis, videtur esse conscriptum.

§. 2. Post factum a matre testamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum posset, voluntate ad exemplum praeteriti, inofficiosi querelam recte instituit.

§. 3. Testamentum, in quo Imperator scriptus est heres, inofficiosum argui potest. Eum enim qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare convenit.

§. 4. Qui inofficiosum dicere potest, hereditatem petere non prohibetur.

§. 5. Filius ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest, nec interest, exhausta, nec ne sit hereditas, cum apud eum quarta aut legis Falcidiae, aut S. C. Pegasiani beneficio sit remansura.

§. 6. Quarta portio liberis deducto aere alieno, et funeris impensa praestanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur: libertates quoque eam portionem minuere placet.

perciò ogni qualvolta l'eredità viene restituita per causa di fidecommesso, le azioni dell'eredità stessa vengono trasferite nel fedecommessario ;. imperocchè non conviene che a nessuno sia dannosa la propria fede.

TITOLO III.

Del senatoconsulto Pegasiano.

§. 1. Tra l'erede ed il fedecommessario al quale si restituisca l'eredità pel senatoconsulto Pegasiano, s'interpone la stipulazione della porzione e per la porzione; di modo che all'istituito spettano le azioni per la quarta, ed al fedecommessario per le altre porzioni della eredità.

§. 2. Quegli che è pregato di restituire tutta l'eredità, se non vuole ritenere la quarta, è meglio che la restituisca pel senatoconsulto Trebelliano; imperocchè in tal caso tutte le azioni vanno a carico del fedcommessario.

§. 3. La legge Falcidia, come pure il senatoconsulto Pegasiano, volle che all'erede appartenesse la quarta parte dell' eredità depurata da ogni debito e dalle donazioni fatte agli Dei.

§. 4. Quegli che restituisce tutta l' eredità mentre doveva ritenere la quarta parte in forza del senatoconsulto Pegasiano, non la può più ripetere; imperocchè non si considera aver pagato indebitamente quegli che volle mantenere piena fede al defunto.

TITOLO IV.

Del ripudiare l'eredità.

§. 1. L'eredità può essere ripudiata non solamente con le parole, ma eziandio col fatto, o con qualsivoglia altro indizio della volontà.

§. 2 L' erede viene costretto ad adire e restituire l'eredità dei magistrati municipali, per autorità del preside dietro domanda del fedecommessario.

§. 3. Se il fedecommessario afferma che l'erede non vuole adire l'eredità egli a buon diritto domanda che venga interposto decreto, e di essere posto in possesso, in assenza dello stesso erede.

§. 4. Quegli che viene compulso ad adire un' eredità sospetta restituisce tutto pel senatoconsulto Trebelliano.

TITOLO V.

Della querela d'inofficioso testamento.

§. 1. Dicesi inofficioso quel testamento che si considera inutilmente scritto, perchè furono diseredati i figli e non dettato dalla pietà.

§. 2. Il figlio nato dopo fatto il testamento della madre qualora questa non avesse cangiata volontà, mentro lo poteva, a buon diritto può promuovere la querela d'inofficioso testamento, come se fosse preterito.

§. 3. Il testamento nel quale è istituito erede l'imperatore, può essere querelato d' inofficioso; imperocchè quegli che crea le leggi deve assoggettarsi come gli altri alle leggi.

§. 4. Quegli che può promuovere la querela d'inofficioso testamento, può anche domandare l'eredità.

§. 5. Il figlio istituito nell'intero asse non può intentare la querela d'inofficioso; nè importa che l'eredità sia esausta o non lo sia; mentre ad esso rimane la quarta parte per beneficio o della legge Falcidia o del senatoconsulto Pegasiano.

§. 6. Affinchè sia esclusa la querela d'inofficioso, la quarta parte dev'essere prestata ai figli, dedotti i debiti e le spese funerarie. È poi deciso che anche le libertà diminuiscano questa porzione.

Digitized by Google

§. 7. Filius in iudicio patris si minus quarta portione consecutus sit, ut quarta sibi a coheredibus fratribus citra inofficiosi querelam impleatur, iure desiderat.

§. 8. Pactio talis, ne de inofficioso testamento dicatur, querelam super iudicio futuram non excludit. Meritis enim liberos, quam pactionibus adstringi placuit.

§. 9. Rogatus hereditatem restituere, etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommisso non fit iniuria: quartam enim solummodo hereditatis amittit; quam beneficio Senatusconsulti habere potuisset.

§. 10. Heres institutus habens substitutum, si de inofficioso dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

TIT. VI.

De Vicesima.

§. 1. Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui signaverint testamentum: ut ita agnitis signis, rupto lino aperiatur, et recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur: ut si quando exemplum eius interciderit, sit, unde peti possit.

§. 2. Testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro, vel basilica praesentibus testibus, vel honestis viris, inter horam secundam et decimam diei recitari debent exemploque sublato, ab iisdem rursus magistratibus obsignari, quorum sententia constat aperta.

§. 3. Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit: et ideo quamvis sit rescriptis variatum, tamen a praesentibus intra triduum, vel quinque dies aperiendae sunt tabulae: ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint. Nec enim oportet testamentum heredibus, aut legatariis, aut libertatibus, quam necessario vectigali moram fieri

TIT. VII.

De lege Cornelia.

§. 1. Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, poena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est, in insulam deportatur.

§. 2. Non tantum is, qui testamentum subiecit, suppressit, delevit, poena legis Corneliae coercetur, sed et is, qui sciens dolo malo id fieri iussit, faciendumve curavit.

§. 3. Testamentum supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum, legatariorum, fideicommissariorum, aut libertatum non profert.

§. 4. Supprimere tabulas videtur, qui cum habeat, et proferre possit, eas proferre non curat.

§. 5. Codicilli quoque si lateant, nec proferantur, supprimi videbuntur.

§. 6. Edicto perpetuo cavetur, ut si tabulae testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito, intra annum agi possit, quo ad exhiben-

§. 7. Il figlio che per la disposizione del padre verrebbe a conseguire meno della quarta parte, a buon diritto domanda che i coeredi glielo completino senza promuovere la querela d'inofficioso.

§. 8. Il patto che non si promuova querela d'inofficioso non esclude la querela futura del testamento; imperocchè è deciso che i figli debbano essere astretti più dai meriti che dai patti.

§. 9. Quegli che è pregato di restituire l'eredità, non pregiudica al fedecommesso promovendo la querela d'inofficioso; imperocchè perde soltanto la quarta parte dell'eredità che avrebbe potuto avere per beneficio del senatoconsulto.

§. 10. L'erede istituito che ha un sostituito, avendo promosso la querela d'inofficioso, ed essendo rimasto soccombente, la porzione a lui spettante non è devoluta al fisco, ma al suo sostituto.

TITOLO VI.

Della Vicesima.

§. 1. Le tavole del testamento si aprono in questo modo: si fa che siano presenti tutti i testimoni o la maggior di quelli che sigillarono parte il testamento, onde, riconosciuti i sigilli e rotto il filo che gli unisce, esso venga letto; poscia lo depone nell' archivio sigillato con pubblico sigillo; e ciò affinchè avendo il caso che mancasse una copia, vi sia il modo di poter vedere l'originale.

§. 2. I testamenti fatti nei municipii, nelle colonie, nelle fortezze, nella prefettura, nel borgo, nel castello, nel concilio, nel foro, nella basilica alla presenza di testimoni o di oneste persone devono essere eletti entro dodici ore, e levata copia, devono essere sigillati dagli stessi magistrati, per giudizio dei quali furono aperti.

§. 3. La legge prescrive che i testamenti debbano essere tosto aperti; e perciò, quantunque in proposito i rescritti abbiano fatte diverse prescrizioni, tuttavia le tavole testamentarie devono aprirsi dai presenti entro tre o cinque giorni, ed agli esenti entro lo stesso termine da computarsi dal momento nel loro ritorno; imperocchè non conviene che il testamento faccia ritardo all'eredità od ai legati od alle libertà od al pagamento del necessario tributo.

TITOLO VII.

Della legge Cornelia.

§. 1. Colui che scrisse, lesse, espose, sottoscrisse un falso testamento, o nascose, ammosse o cancellò in tutto od in parte un genuino, sarà soggetto alla pena portata dalla legge Cornelia *De falsis*, vale a dire sarà deportato nell'isola.

§. 2. Non solamente quegli che espose, soppresse o cancellò un testamento sarà soggetto alla pena portata dalla legge Cornelia, ma anche quegli che scientemente e con dolo malo ordinò che fosse fatto o si adoprò perchè si facesse ciò.

§. 3. Sopprime un testamento quegli che scientemente e deliberatamente non produce le tavole del testamento in frode degli eredi, dei legatarii, dei fedecommessarii o delle libertà.

§. 4. Si considera sopprimere le tavole testamentarie quegli che non si cura di produrre le tavole, mentre le ha e può produrle.

§. 5. Anche i codicilli si risguardano soppressi, allorquando si tengono nascosti, e non si producono.

§. 6. È prescritto dall'editto perpetuo che se non si producono le tavole testamentarie, dato l'interdetto per la loro esibizione, si possa agire entro l'anno on-

Digitized by Google

dum compellitur qui supprimit. Tabularum autem appellatione chartae quoque, et membranae continentur.

TIT. VIII.

De intestatorum successione.

§. 1. Inter agnatos et cognatos hoc interest, quod in agnatis etiam cognati continentur, inter cognatos vero agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus et agnatus est, et cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo.

§. 2. Si sint fratres defuncti, et fratris filii, vel nepotes, fratre non existente filius fratris nepoti praefertur.

§. 3. Foeminae ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittuntur, idque iure civili, vel Voconia narratione videtur effectum. Ceterum lex XII tabul. nulla discretione sexus cognatos admittit.

§. 4 In hereditate legitima successioni locus non est. Et ideo fratre decedente antequam adeat, aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non potest, quia omnis successio proximiori defertur.

§. 5. Ab hostibus captus neque sui, neque legitimi heredis ius amittit postliminio reversus. Quod et circa eos, qui in insulam deportantur, vel servi poenae effecti sunt, placuit observari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur.

§. 6. Pro herede gerere, est destinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare. Et ideo pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorum culturas, rationesque disponit, et qui servis hereditariis, iumentis, rebusve aliis utitur.

§. 7. Ex pluribus heredibus iisdemque legitimis, si qui omiserint hereditatem, vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his, qui adierunt, vel eorum heredibus omittentium portiones adcrescunt. Quod in herede instituto eum, qui acceperat substitutum, evenire non poterit. Diversa enim causa est scripti et legitimi.

TIT. IX.

Ad senatusconsultum Tertullianum.

§. 1 Matres tam ingenuae, quam libertinae, cives Romanae, ut ius liberorum consecutae videantur, ter et quater peperisse sufficiet, dummodo vivos, et pleni temporis pariant.

§. 2 Quae semel uno partu tres filios edidit, ius liberorum non consequitur. Non enim ter perperisse sed semel partum fudisse videtur, nisi forte per intervalla pariat.

§. 3. Mulier si monstrosum aliquid, aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit. Non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis, converso more procreantur.

§. 4. Partum, qui membrorum humanorum officia ampliavit, quia aliquatenus videtur effectus, matri prodesse placuit.

§. 5. Septimo mense natus matri prodest. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior videatur.

de quegli che scpprime sia compulso all'esibizione. Sotto la denominazione di tavole s' intendono anche le carte e le membrane.

TITOLO VIII.

Della successione delle persone intestate.

§. 1. Vi ha questa differenza tra gli agnati e cognati che nei primi si contengono anche i secondi; ma nei secondi non si comprendono i primi. E perciò il fratello del padre è agnato e cognato, ed il fratello della madre è soltanto cognato.

§. 2. Se esistono fratelli del defunto e figli o nipoti di fratello, il figlio del fratello viene preferito al nipote, non esistendo il fratello.

§. 3. Le femmine non sono ammesse alle legittime eredità oltre le successioni consanguinee, e ciò per gius civile o per la legge Voconia. Del resto, la legge delle dodici tavole non ammette alcuna differenza di sesso tra i cognati.

§. 4. Nell'eredità legittima non ha luogo successione; e perciò nel caso in cui muoia il fratello prima di adire o di ripudiare l' eredità, non può essere ammesso il figlio del fratello, poichè ogni successione viene deferita al più prossimo.

§. 5. Quegli ch' è caduto in potere dei nemici, ritornato che sia in patria per gius di postliminio non perde il gius di suo e legittimo erede. Questa massima si osserva anche riguardo a coloro che vennero deportati nell' isola, o diventarono servi della pena, qualora però venissero restituiti in intiero dall' indulgenza del principe.

§. 6. Il fare atti da erede è usurpare alcuna delle cose ereditarie con destinazione di futuro dominio. E quindi si considera far atti da erede quegli che fa disposizioni riguardo alla coltura dei fondi ereditarii e le ragioni. E quegli che si vale dei servi, dei giumenti e delle altre cose ereditarie.

§. 7. Se tra più eredi legittimi alcuni ripudiarono l' eredità, ovvero non poterono adire qualche parte, queste accrescono a coloro che adirono od ai loro eredi; locchè non può accadere allorquando vi sia un erede sostituito; imperocchè è diversa la causa dell' erede scritto e del legittimo.

TITOLO IX.

Sopra il senatoconsulto Tertulliano.

§. 1. Affinchè le madri sì ingenue che libertine si considerino conseguire il gius dei figli, basta che ne abbiano dato alla luce tre o quattro, purchè li partoriscano vivi e nel tempo ordinario.

§. 2. Quella donna che in una sola volta partorì tre figli, non conseguisce il diritto dei figli; imperocchè non si risguarda aver dessa partorito tre figli, ma aver fatto un solo parto; qualora per altro non avesse dato alla luce questi figli con intervallo di tempo dall' uno all' altro.

§. 3. Non ottiene il gius dei figli quella donna che avesse partorito un mostro od una cosa prodigiosa; imperocchè non si considerano per figli quelli che vengono dati alla luce contra la forma del genere umano.

§. 4. È deciso che il parto, il quale ha ampli membri umani, può giovare alla donna, perchè in qualche modo si considera nato.

§. 5. Il figlio nato nel settimo mese giova alla madre; imperocchè i pitagorici ammettono per ragione che il parto si considera più maturo nato che sia nel settimo o nel decimo mese.

Digitized by Google

§. 6. Aborsus, vel abactus venter partum efficere non videtur.

§. 7. Libertina ut ius liberorum consequi possit, quater eam peperisse sufficit.

§. 8. Latina ingenua ius Quiritium consecuta, si ter pepererit, ad legitimam filii hereditatem admittitur, non est enim manu emissa.

§ 9. Ius liberorum mater habet, quae très filios aut habet, aut habuit, aut neque habet, neque habuit. Habet, cui supersunt: habuit quae amisit. Neque habet neque habuit, quae beneficio principis ius liberorum consecuta est.

TIT. X.

Ad senatusconsultum Orphitianum.

§. 1. Filii vulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem aspirare non prohibentur: quia pari iure ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri debuerunt.

§. 2. Ad filiam ancillam, vel libertam ex S. C. Claudiano effectam, legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest: quia neque servi, neque liberti matrem civilem habere intelliguntur.

§. 3. Ad legitimam intestatae matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini admittuntur. Cives autem Romanos eo tempore esse oportet, quo ab iisdem legitima hereditas aditur.

§. 4. Filius maternam hereditatem, eandemque legitimam, nisi adeundo quaerere non potest.

TIT. XI.

De gradibus.

§. 1. Primo gradu superiori linea continentur pater, mater: inferiori filius, filia, quibus nullae aliae personae iunguntur.

§. 2. Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia, inferiori nepos, neptis: transversa frater soror: quae personae duplicantur. Avus enim, et avia tam ex patre, quam ex matre: nepos, neptis tam ex filio, quam ex filia: frater, soror tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quae personae sequentibus quibuscunque gradibus similiter pro substantia earum, quae in quoquo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur.

§. 3. Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia infra pronepos, proneptis: ex obliquo fratris, sororisque filius, filia, patruus, amita, id est, patris frater et soror: Avunculus, matertera, id est, matris frater et soror.

§. 4. Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris et sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patrui filius, filia: consobrinus, consobrina, id est, avunculi et materterae filius, filia: amitinus, amitina id est, amitae filius, filia: itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus adcrescit patruus magnus, amita magna, id est, avi paterni frater et soror: Avunculus magnus, matertera magna, id est, aviae tam paternae, quam maternae frater et soror.

§. 5. Quinto gradu veniunt supra quidem, atavus, atavia, infra atnepos, atneptis: ex obliquo fratris et

§. 6. L' aborto non si considera parto.

§. 7. Alla libertina, per conseguire il gius dei figli basta aver partorito tre figli.

§. 8. La latina ingenua che conseguì il gius dei Quiriti, se partorì tre figli, è ammessa alla legittima eredità del figlio, imperocchè essa non è uscita di mano.

§. 9. Ha il gius dei figli quella madre che ha od ebbe o non ha e non ebbe tre figli. Essa ha figli quando questi vivono, gli ebbe se li perdette. Non li ha e non li ebbe quella donna che conseguì il gius dei figli per beneficio del principe.

TITOLO X.

Sopra il senatoconsulto Orfiziano.

§. 1. I figli spurii possono aspirare alla legittima eredità della madre; perchè le eredità della madre debbono a questi deferirsi, come le loro eredità vengono deferite alle madri.

§. 2. Alla figlia serva o divenuta liberta per senaconsulto Claudiano non può appartenere la legittima eredità della madre morta senza far testamento; perchè nè i servi, nè i liberti si considerano avere madre civile.

§. 3. Alla legittima eredità della madre intestata vengono ammessi i cittadini romani, non già anche i latini. Conviene poi che essi siano cittadini romani in quel tempo nel quale adiscono la legittima eredità.

§. 4. Il figlio non può acquistare l' eredità materna e legittima se non coll' adizione.

TITOLO XI.

Dei gradi.

§. 1. Nel primo grado della linea superiore si comprendono il padre, la madre; della inferiore il figlio la figlia, alle quali si uniscono diverse altre persone.

§. 2. Nel secondo grado della linea superiore si comprendono l' avo, l' ava; della inferiore, il nipote e la nipote; della linea collaterale il fratello e la sorella, le quali persone si duplicano; imperocchè l' avo e l'ava tanto si trova per parte del padre, quanto per parte della madre, il nipote e la nipote tanto si trova per parte del figlio, quanto per parte della figlia; il fratello e la sorella si trova tanto per parte del padre, quanto per parte della madre. Queste persone poi si duplicano collo stesso ordine pei gradi susseguenti.

§. 3. In terzo grado in linea ascendente vengono il bisavole e la bisavola, il pronipote e la pronipote, in linea discendentale il figlio e la figlia del fratello e della sorella, lo zio paterno, e la zia, cioè il fratello e la sorella del padre, il fratello e la sorella della madre.

§. 4. In quarto grado in linea ascendentale vengono l' arcavolo e l' arcavola; in linea discendentale, il figlio e la figlia del pronipote; in linea collaterale, il nipote e la nipote del fratello e della sorella, come pure il prozio e la prozia, vale a dire il fratello e la sorella dell' avo, parimente il fratello dell'avola e la sorella dell' avola; il consobrino, la consabrina, cioè il figlio e la figlia del fratello e della sorella della madre; i cugini germani, cioè il figlio e la figlia della zia paterna, come pure i consobrini, cioè quelli che nascono da due sorelle a questi si unisce il secondo zio paterno e la seconda zia paterna, cioè il fratello e la sorella dell' avo paterno. Il secondo zio materno e la seconda zia materna, cioè il fratello e la sorella dell' ava sì paterna che materna.

§. 5. Nel quinto grado della linea ascendentale vengono il bisarcavolo e la bisarcavola; della linea di-

Digitized by Google

sororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae filius, filia, propius sobrinus sobrina, idest, patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae filius, filia. His adcrescunt propatruus, proamita, hi sunt proavi paterni frater et soror: proavunculus, promatertera, hi sunt proaviae paternae, maternaeque frater et soror, proavique materni.

§. 6. Sexto gradu veniunt supra tritavus, tritavia, infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris et sororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae nepos, neptis: patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae nepos, neptis, id est, propioris sobrini filius, filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere adcrescunt propatrui, proamitae, proavunculi, promateterae, filius, filia: Abpatruus abamita, hi sunt abavi paterni frater et soror: Abavunculus abmatertera, hi sunt abaviae paternae, maternaeque frater et soror, abavique materni.

§. 7 Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra, infraque, propriis nominibus non appellantur: sed ex transversa linea continentur fratris, sororisve atnepos, atneptis, consobrini filii, filiaeque.

§. 8. Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest.

TIT. XII.

De manumissionibus.

§. 1. Servum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non potest, nec magis, quam civem Romanum: cuius portio eo casu, quo si proprius esset, ad civitatem Romanam perveniret, socio adcrescit.

§. 2. Mutus, et surdus servum vindicta liberare non possunt. Inter amicos tamen, et per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad iustam libertatem pervenire possit, condicione venditionis excipi potest.

§. 3. Tormentis apud Praesidem subiectus, et de nulla culpa confessus, ad iustam libertatem perduci potest.

§. 4. Fideicommissa libertas data, facto heredis non mutatur, si servum, quem manumittere iussus est, vinxerit.

§. 5. Communem servum unus ex sociis vinciendo, futurae libertati non nocebit: Inter pares enim sententias, clementior severiori praefertur. Et certe humanae rationis est favere miserioribus, et prope innocentes dicere, quos absolute nocentes pronunciare non possumus.

§. 6. Debitor creditorve servum pignoris vinciendo, dedititium facere non possunt. Alter enim sine altero causam pignoris deteriorem facere non potest.

§. 7. Servus furiosi domini, vel pupilli iussu vinctus, deditiorum numero non efficitur: quia neque furiosus, neque pupillus exacti consilii capax est.

scendentale, il quarto nipote e la quarta nipote; della linea collaterale, il pronipote e la pronipote del fratello e della sorella, il figlio e la figlia del prozio e della prozia, del consobrino e della consobrina; il più prossimo sobrino e la più prossima sobrina, cioè il figlio e la figlia del secondo zio paterno e della seconda zia paterna, del secondo zio materno e della seconda zia materna. A questi si uniscono il prozio paterno, la prozia materna, che sono il fratello e la sorella del proavo paterno; il prozio materno e la prozia materna, che sono il fratello e la sorella della proava paterna e materna, e del proavo materno.

§ 6. In sesto grado di linea ascendentale vengono il quintavolo, la quintavola; e di linea discendentale, i pronipoti dei pronipoti, di linea collaterale, i figli dei pronipoti del fratello o della sorella, come pure i fratelli o le sorelle dell' arcavolo o dell' arcavola; parimente i figli dei fratelli del bisavolo o bisavola, ed i figli dei figli del prozio o prozia, non che i figli di cugini fra loro. A questi si uniscono il figlio e la figlia del prozio e prozia paterna e materna, il fratello e la sorella dell' arcavolo, il fratello e la sorella della bisarcavola paterna e materna, e del bisarcavolo materno.

§. 7. Nel settimo grado vengono i cognati in linea retta ascendentale, e quelli che vengono in linea discendentale, non hanno nomi proprii; ma in linea collaterale vengono il quarto nipote e la quarta nipote del fratello e della sorella, i figli e le figlie consobrine.

§. 8. Per ciò furono costituiti sette gradi di successione, oltre i quali non si potè andare, nè prorogare la successione.

TITOLO XII.

Delle manumissioni.

§. 1. Uno dei padroni non può rendere latino nè cittadino romano il servo comune manumettendolo; e la sua porzione sopra il servo accresce al socio in quel caso che il servo stesso diverrebbe libero qualora fosse proprio di chi lo manumette.

§. 2. Il muto ed il sordo non possono dare la libertà al servo col modo chiamato *vindicta*; ma possono manumetterlo coi modi detti *inter amicos* e *per epistolam*. Onde poi possono pervenire alla giusta libertà, si può eccepire con la condizione di vendita.

§. 3. Quegli che subì la tortura presso il preside e non confessò alcuna colpa, può pervenire alla giusta libertà.

§. 4. La libertà data per fedecommesso non può immutarsi pel fatto dell' erede nel caso in cui avesse posto in detenzione il servo ch' era incaricato di manumettere.

§. 5. Uno dei socii ponendo in detenzione il servo comune non può pregiudicare alla futura libertà; imperocchè tra opinioni di eguale autorità si preferisce la più clemente alla più severa. E certamente è ragione di umanità il favorire la causa dei miseri, e dichiarare quasi innocenti coloro che assolutamente non possiamo chiamare colpevoli.

§. 6. Il debitore od il creditore ponendo in detenzione il servo dato in pegno, non possono renderlo deditizio; imperocchè uno senza l' altro non può rendere peggiore la causa del pegno.

§. 7. Il servo posto in detenzione per ordine del padrone furioso o del pupillo non entra nel numero dei deditizii; imperocchè nè il furioso, nè il pupillo è capace di un sano consiglio.

Digitized by Google

§. 8. Non tantum si ipse dominus vinciat, nocet libertati, sed et si vinciri iubeat, aut vincientis procuratoris actorisve factum comprobet. Quod si antequam sciret vinctum, solutionis eius causas approbaverit, libertati futurae vincula non nocebunt.

§. 9. Caeco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

TIT. XIII.

De fideicommissis libertatibus.

§. 1. Ea condicione heres institutus, si liberos suos emancipaverit, omnimodo eos emancipare cogendus est. Pro condicione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta.

§. 2. Decedente eo, a quo fideicommissa libertas relicta est, heredes eius eam praestare cogendi sunt.

§. 3. Si decedens servis suis libertatem ita dederit, illum et illum liberos esse volo, eosque filiis meis tutores do, impeditur fideicommissa libertas: quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt et habentibus tutores tutor dari non potest: sed interim vice absentium pupilli habentur, ut ex decreto amplissimi ordinis primum libertas, ac deinde tutela competere possit.

TIT. XIV.

Ad legem fusiam caniniam.

§. 1. Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Fusiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo, Stichus liber esto. Cum autem, Obsonatorem, vel qui ex ancilla illa nascitur, liberum esse volo, ex Orphitiano S. C. perinde libertas competit, ac si nominatim data sit. Officiorum enim, et artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio designentur. Tunc enim nomen adiungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse videatur.

§. 2. Codicillis testamento confirmatis datae libertates cum his, quae tabulis testamenti datae sunt, concurrunt: et sive antecedant, sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur, quia ex testamento utraeque confirmantur.

§. 3. Quotiens numerus servorum propter legem Fusiam Caniniam ineundus est, fugitivi quoque, quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt.

§. 4. Lege Fusia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur. Subductis igitur duobus usque ad x. pars dimidia, a x. usque ad xxx pars tertia, a xxx. usque ad c. pars quarta, a c. usque ad d. pars quinta. Plures autem, quam centum ex maiori numero servorum manumitti non licet.

LIBER QUINTUS

TIT. I.

De liberali causa.

Qui contemplatione extremae necessitatis, aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui inge-

§. 8. Nuoce alla libertà non solamente se lo stesso padrone pose in detenzione il servo, ma eziandio se ordina di porlo in detenzione, ovvero se approva il fatto del detentore o del suo procuratore od agente. Se poi il padrone prima di sapere che il servo era posto in detenzione, approvasse la causa della sua liberazione, la detenzione stessa non pregiudicherebbe alla futura libertà.

§. 9. Al cieco non si può dare un curatore, perchè egli stesso può istituirsi un procuratore.

TITOLO XIII.

Delle libertà lasciate per fedecommesso.

§. 1. L' erede istituito con la condizione se emancipasse i suoi figli, dee assolutamente emanciparli; imperocchè una tale emancipazione si considera come una condizione.

§. 2. Morendo quello che fu incaricato per fedecommesso di dare la libertà, i suoi eredi sono obbligati a prestarla.

§. 3. Se uno, morendo, lasciò la libertà ai suoi servi in questo modo: Voglio che sia libero questo e quello, e li dò in tutori ai miei figli, si considera aver dato la libertà per fedecommesso, poichè i pupilli non possono manumettere senza l' autorizzazione del tutore e non si può dar tutori a quelli che già ne hanno; ma talvolta si ritengono i pupilli come assenti, di modo che viene prima data la libertà per decreto dell'amplissimo ordine, e poscia ha luogo la tutela.

TITOLO XIV.

Sopra la legge Furia Caninia.

§. 1. I servi possono essere nominatamente manumessi per testamento, giusta la legge Fusia Caninia, s' intende manumettere nominatamente quando si manumette nel seguente modo: Stico sia libero. Quando poi si manumette così: Voglio che sia libero quel servo che fa il tale ufficio o quello che nascerà dalla tale serva, in forza del senatoconsulto Orfiziano compete la libertà come se fosse stata lasciata nominatamente, imperocchè l' indicazione degli ufficii o delle arti non immuta alcuna cosa al significato dei nomi, se non nel caso in cui vi fossero più persone che sostenessero lo stesso ufficio.

§. 2. Le libertà date con codicilli confermati dai testamenti, concorrono con quella libertà che sono date con le stesse tavole testamentarie, e tanto se precedono, quanto se susseguono il testamento si considerano date col testamento stesso, perchè questo conferma sì le prime che le seconde.

§. 3. Ogniqualvolta devesi aver riguardo al numero dei servi, giusta la legge Fusia Caninia, debbono computarsi anche i fuggitivi, perchè di questi si ritiene il possesso per sempre col solo animo.

§. 4. La legge Fusia Caninia limita il numero dei servi che si possono manumettere col testamento. Laonde chi ne ha da due fino a dieci potrà manumettere la metà, chi ne ha dieci fino a trenta, la terza parte, chi ne ha trenta fino a cento la quarta parte, e chi ne ha cento fino a cinquento, la quarta parte. Chi poi ne avesse di più di cinquecento servi non potrebbe mai manumetterne più di cento.

LIBRO QUINTO

TITOLO I.

Della causa di libertà.

§. 1. Coloro che costretti da estranea necessità o per provvedere agli alimenti vendessero i propri figli

Digitized by Google

nuitatis eorum non praeiudicant. Homo enim liber nullo pretio aestimatur. Iidem nec pignori ab his, aut fiduciae dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur. Operae tamen eorum locari possunt.

§. 2. Veritati et origini ingenuitatis manumissio, quocumque modo facta fuerit, non praeiudicat.

§. 3. Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta, ingenuitati non praeiudicat.

§. 4 Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta Praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti non praeiudicat.

§. 5. Post susceptum liberale iudicium, si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne iudicium transferri placuit. In priorem vero quod prodendae libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur. Non enim oportet snsceptam status causam, nulla cogente necessitate, destitui

TIT. II.

De usucapione.

§. 1. Possessionem adquirimus animo et corpore: animo utique nostro, corpore vel nostro, vel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus, retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hybernis, aestivisque contingit.

§. 2. Per liberas personas, quae in potestate nostra non sunt, adquiri nobis nihil potest. Sed per procuratorem adquiri nobis possessionem posse, utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata, non aliter ei quam si rata sit, quaeritur.

§. 3. Longi temporis praescriptio inter praesentes continuo decennii spatio, inter absentes vicennii comprehenditur.

§. 4. Viginti annorum praescriptio etiam adversus Remp. prodest ei, qui iustum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen quanti eius interest adversus eos Reipub. datur qui ea negotia defendere neglexerunt.

§. 5. Si post motam intra tempora quaestionem, res ad novum dominum emptione transierit, nec is per xx annos fuerit inquietatus, avelli ei possessionem non oportet.

TIT. III.

De his, quae per turbam fiunt.

§. 1. In eos, qui per turbam, seditionemve damnum alicui dederint, dandumve curaverint, si quidem res pecuniaria est, aestimatione dupli sarcitur. Quod si ex hoc corpori alicuius vitae, membrisve noceatur, extra ordinem vindicatur.

§. 2. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata raptum, susceptum, suppressumve erit, eo anno in quadruplum eius rei, quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur, postea, in simplum.

§. 3. Hi, qui aedes alienas, villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis nocere possunt, accipiuntur.

non pregiudicherebbero allo stato della loro ingenuità; imperocchè la libertà dell' uomo non può essere stimata con alcun prezzo. Parimente i figli non possono dai padri darsi in pegno od a fiducia. Il creditore che scientemente ricevesse tali pegni dovrebb'essere assoggettato alla deportazione. Per altro i genitori possono locare le opere dei loro figli.

§. 2. La manumissione, fatta in qualsivoglia modo, non pregiudica alla verità ed all' origine della ingenuità.

§. 3. La iscrizione di ingenui fatta dall' ufficio del fisco tra i servi fiscali non pregiudica alla ingenuità.

§. 4 Quegli che per timore, ovvero per essere colpito da terrore dichiarò falsamente di essere servo negli atti del preside, non è per tal causa impedito di vindicare in appresso il suo stato.

§. Se dopo incoata una causa riguardante la libertà, l'assertore l'abbandona, ogni azione viene trasferita in un altro assertore. Si procede poi straordinariamente contra il primo assertore che fece ciò onde pregiudicare la libertà: imperocchè non conviene abbandonare la incoata causa di stato, senza motivo di necessità.

TITOLO II.

Dell' usucapione.

§. 1. Acquistiamo il possesso coll' intenzione e col fatto; però con la nostra intenzione e col fatto o nostro od altrui Però col solo animo non possiamo acquistare alcun possesso; lo possiamo bensì ritenere, come avviene dei pascoli invernali ed estivi.

§. 2. Non possiamo acquistare alcuna cosa mediante le persone libere che non teniamo sotto la nostra potestà; però in vista dell'utilità si ritenne poter noi acquistare il possesso mediante procuratore. Le cose acquistate in assenza del padrone, non si acquistano al medesimo se non nel caso in cui egli approvasse l' acquisto.

§. 3. La prescrizione di lungo tempo ha luogo pel non interrotto decorso di dieci anni tra presenti e di venti tra assenti.

§. 4. La prescrizione di venti anni anche contra la repubblica, giova a quello ch'ebbe un legittimo principio di possesso, nè fu interpellato nel tempo di mezzo. Del resto, si dà alla repubblica l'azione di risarcimento contra quelli che trascurarono di difendere gli affari alla stessa repubblica pertinenti.

§. 5. Se dopo promessa l' azione entro il termine stabilito per la prescrizione, la cosa passa per vendita al nuovo padrone, il quale non è molestato per lo spazio di venti anni, non si potrà togliergli il possesso.

TIT. III.

Di ciò che si fa per assembramento.

§. 1. Contra quelli che per assembramento e sedizione avessero recato o procurato di recar danno ad alcuno, ha luogo il risarcimento del doppio del valore della cosa, se questa è pecuniaria. Se poi venne recato al corpo, alla vita od ai membri di alcuno, ha luogo la pena straordinaria.

§. 2. Per ciò che in un incendio, in una rovina, in un naufragio, in una nave espugnata, fosse stato rapito, tolto, o nascosto, quegli che nascose, o rapì verrà condannato al quadruplo del valore della cosa, entro l'anno, ed al simblo dopo l'anno.

§. 3. Coloro che avessero espilato, rotto, espugnato le altrui cose o luoghi di campagna, se fecero ciò con armi e con assembramento, vengono assoggettati alla pena capitale. Sotto il nome di armi poi s' intende tutto ciò che può nuocere alla salute dell'uomo.

Digitized by Google

§. 4. Receptores aggressorum, itemque latronum eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones. Sublatis enim susceptoribus, grassantium cupido conquiescit.

§. 5. Fures, vel raptores balnearum plerumque in metallum, aut in opus publicum damnantur. Nonnunquam pro frequentia admissorum iudicantis sententia temperatur.

§. 6. Incendiarii, qui consulto incendium inferunt summo supplicio afficiuntur. Quod si per incuriam eorum ignis evaserit, dupli compendio damnum eiusmodi sarciri placuit.

TIT. IV.

De iniuriis.

§. 1. Iniuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus, et illatione stupri. Extra corpus, convitiis, et famosis libellis, quod ex affectu uniuscuiusque patientis, et facientis aestimatur.

§. 2. Furiosus, itemque infans affectu doli, et captu contumeliae carent: idcirco iniuriarum agi cum his non potest.

§. 3 Si liberis, qui in potestate sunt, aut uxori fiat iniuria, nostra interest vindicare: ideoque per nos actio inferri potest. si modo is, qui fecit, in iniuriam nostram id fecisse doceatur.

§. 4. Corpori iniuria infertur, cum quis pulsatur, cuive stuprum infertur, aut de stupro interpellatur. Quae res extra ordinem vindicatur, ita ut pulsatio pudoris, poena capitis vindicetur.

§. 5. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur.

§. 6. Iniuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto iure introducta est. Lege XII. tabul. de famosis carminibus, membris ruptis, et ossibus fractis.

§. 7. Moribus, quotiens factum pro qualitate sui, arbitrio iudicis aestimatur, congruentis poenae supplicio vindicatur.

§. 8. Mixto iure iniuriarum actio ex lege Cornelia constituitur, quotiens quis pulsatur, vel cuiusdomus introitur ab his, qui vulgo Directarii appellantur: in quos extra ordinem animadvertitur: ita ut prius ingruentis consilium pro modo commentae fraudis poena vindicetur exilii, aut metalli, aut operis publici.

§. 9. Iniuriarum civiliter damnatus, eiusque aestimationem inferre iussus, famosus efficitur.

§. 10. Atrox iniuria aestimatur aut loco, aut tempore, aut persona. Loco, quotiens in publico irrogatur: Tempore, quotiens interdiu: Persona, quotiens senatori, vel equiti Romano, decurioni, vel alias spectatae auctoritatis viro.

§. 11. Qui per calumniam iniuriae actionem instituit, extra ordinem punitur. Omnes enim calumnia-

§. 4. I ricettatori degli aggressori e dei ladroni vengono assoggettati alla stessa pena dei ladroni, imperocchè qualora non vi fossero ricettatori, cesserebbero gli aggressori dalle loro violenze.

§. 5. I ladri od i rapitori dei bagni vengono il più delle volte condannati alle miniere ed ai pubblici lavori. Talvolta viene modificata la sentenza del giudice in vista della frequenza di questi delitti.

§. 6. Gl' incendiarii che deliberatamente appiccano fuoco vengono assoggettati all'ultimo supplicio. Se poi il fuoco si apprese per incuria di alcuni è deciso che questi debbano risarcire il doppio danno.

TITOLO IV.

Delle ingiurie.

§. 1. Soffriamo violenza o nel corpo o fuori del corpo. Nel corpo con le percosse e con lo stupro; fuori del corpo con le ingiurie verbali e coi libelli infamatorii; la quale ingiuria viene calcolata dietro considerazione della persona che la soffre, e di quella che la reca.

§. 2. Il furioso e l'infante non sono capaci di dolo per contumelia, e perciò contro di essi non si ha l'azione d'ingiurie.

§. 3 È nostro interesse di vendicare l'ingiuria fatta ai nostri figli od a nostra moglie; e perciò noi possiamo promuovere quest'azione, qualora per altro risulti essere stato fatto ciò in nostra ingiuria (*).

§. 4. Si fa ingiuria al corpo quando una persona viene percossa, ovvero la si stupra, ovvero la si tenta per istuprarla. Contra questi delitti si procede straordinariamente, ed ha luogo la pena capitale, come ingiuria fatta al pudore.

§ 5. Coloro che attentano alla pudicizia di una moglie altrui; coloro che sollecitano una maritata a far divorzio col proprio marito per prenderla in isposa ancorchè non abbia avuto effetto il meditato delitto, vengono puniti estraordinariamente a causa del loro libidinoso e pravo desiderio.

§. 6. L'azione d'ingiurie è stata introdotta, o dalla legge, o dalla costumanza, o dal gius mistico. Dalla legge delle dodici tavole relativa ai libelli infamatorii, alla rottura di membri ed alla frattura di ossa

§. 7. Dalle costumanze, ogniqualvolta il fatto viene giudicato secondo la sua qualità dell'arbitrio del giudice e vendicato con pena corrispondente.

§. 8. Dal gius misto l'azione d' ingiurie è stabilita mercè la legge Cornelia tutte le volte che alcuno viene percosso, o nella casa di alcuno s' introducono coloro che chiamansi direttarii (**) o che vengono puniti estraordinariamente, di maniera che il disegno dell' assalitore, a seconda della divisata frode, viene vendicato con la pena dell'esilio o delle miniere o dei pubblici lavori.

§. 9. Il condannato civilmente per ingiurie, ed obbligato a risarcire il danno diventa infame.

§. 10 Si reputa essere atroce l'ingiuria o pel luogo o pel tempo o per la persona Nel luogo, qualora venga fatta in pubblico; pel tempo, qualora venga fatta di giorno; per la persona, qualora venga fatta ad un senatore ad un cavaliere romano, ad un decurione o ad altra persona di spettabile autorità.

§. 11. Quegli che calunniosamente promuove l'azione d'ingiurie viene punito estraordinariamente;

(*) *Poichè non può riguardarsi aver fatto ingiuria al padre od al marito quegli che fece ingiuria a taluno credendolo padre di famiglia o ad una donna credendola vedova.*

(**) *Quelli che per i tetti entravano nelle case.*

Digitized by Google

tores exilii, vel insulae relegatione, aut ordinis amissione puniri placuit.

§. 12. Iniuriarum non nisi praesentes accusare possunt. Crimen eius, quod vindictae, aut calumniae iudicium expectat, per alios intendi non potest.

§. 13. Fit iniuria contra bonos mores, veluti si quis limo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto obtinuerit, aquas spurcaverit, fistulas, lacus, quidve aliud ad iniuriam publicam contaminaverit: in quos graviter animadverti solet.

§. 14. Qui puero praetextato stuprum, aliudve flagitium abducto ab eo, vel corrupto comite persuaserit, mulierem, puellamve interpellaverit, quidve pudicitiae corrumpendae gratia fecerit, domum praebuerit, pretiumve, quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in insulam deportatur, corrupti comites summo supplicio afficiuntur.

§. 15. Psalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum, et publice cantatum, tam in eos, qui hoc cantaverint, quam in eos, qui composuerint, extra ordinem vindicatur: eo acrius, si personae dignitas ab hac iniuria defendenda sit.

§. 16. In eos auctores, qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem usque ad relegationem insulae vindicatur.

§. 17. Convitium iudici ab appellatoribus fieri non oportet: alioquin infamia notantur.

§. 18. Maledictum, itemque convitium publice factum ad iniuriae vindictam revocatur: quo facto condemnatus famosus efficitur.

§. 19. Non tantum is, qui maledictum, aut convitium ingesserit, famosus efficitur, sed et is, cuius ope, consiliove factum esse dicitur.

§. 20. Servus, qui iniuriam, aut contumeliam fecerit, si quidem atrocem, in metallum damnatur: si vero levem, flagellis caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituitur.

TIT. V.

De effectu sententiarum et finibus litium.

§. 1. Res iudicatae videntur ab his, qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque a magistratibus municipalibus usque ad summam, qua ius dicere possunt itemque ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem iudex sumptus rem iudicatam non facit: sed si poena inter eos promissa sit, poena rei in iudicium deductae ex stipulatu peti potest.

§. 2. Confessi debitores pro iudicatis habentur: ideoque ex die confessionis tempora solutioni praestituta computantur.

§. 3. Confiteri quis in iudicio non tantum sua voce, sed et literis, et quocumque modo potest. Convinci autem non nisi scriptura, aut testibus potest.

§. 4. Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt.

§. 5. Ea, quae altera parte absente decernuntur, vim rerum iudicatarum non obtinent.

§. 6. Trinis literis, vel edictis, aut uno pro tribus dato, aut trina denunciatione conventus, nisi ad iudicem a quo sibi denunciatum est, aut cuius literis, vel edictis conventus est, venerit, quasi in contuma-

imperocchè è stabilito che tutti i calunniatori debbano essere puniti o con l'esilio, o con la relegazione in un'isola, o con la perdita dell'ordine.

§. 12. Soltanto i presenti possono intentare l'accusa d'ingiurie. L'azione criminale d'ingiuria o di calunnia non può essere promossa mediante altre persone.

§. 13. Si fa ingiuria contra i buoni costumi, come se alcuno avesse lordato un altro con letame o limo, avesse sporcate le acque, contaminate gli acquedotti, i laghi od altra cosa per far ingiuria. Costoro si sogliono severamente punire.

§. 14. Colui che sedusse allo stupro un fanciullo non giunto all'età di quindici anni, allontanando o corrompendo il suo pedagogo, ovvero sedusse con parole una donna od una fanciulla, o fece qualche cosa per dare sfogo ad impudico desiderio, prestò ricovero, o che premiò alcuno onde persuadesse a far ciò, se si effettuò il delitto, viene punito capitalmente; se non è consumato, viene deportato in un'isola; i pedagoghi suddetti vengono puniti con la morte.

§. 15. Qualora venisse composta, e pubblicamente cantata una canzone onde infamare alcuno, viene proceduto estraordinariamente tanto contra coloro che la composero, quanto contra coloro che la cantarono, e con maggior rigore quanto è maggiore la dignità della persona offesa.

§. 16. Ha luogo la pena estraordinariamente sino alla relegazione contra quegli autori che proposero libelli infamatorii in contumelia di alcuno.

§. 17. Non conviene che gli appellanti diffamino il giudice, giacchè facendolo vengono notati d'infamia.

§. 18. La maldicenza e la diffamazione pubblicamente fatte, spettano all'azione d'ingiurie, e quegli che venne condannato per tale atto resta infame.

§. 19. Non solamente l'autore della maldicenza o della diffamazione diventa infame, ma eziandio quegli per cui soccorso o consiglio seguì la maldicenza o la diffamazione.

§. 20. Il servo che recò ingiuria o contumelia, se questa è atroce, viene condannato alle miniere; se è leggiera, viene battuto e restituito al padrone che dee tenerlo in ceppi per un dato tempo.

TITOLO V.

Dell'effetto delle sentenze e del termine delle liti.

§. 1. Chiamansi cose giudicate quelle che si danno tra le parti da coloro che hanno impero e potestà o da coloro che da questi vengono delegati, come pure quelle che vengano date dai magistrati municipali fino alla somma, per la quale possono dar sentenza, e da quelli che dall' imperatore vengono straordinariamente incaricati di dar sentenza. Il giudice poi arbitramentale non fa cosa giudicata, ma se dalle parti venne promessa una pena, questa può domandarsi in giudizio.

§. 2. I debitori giudizialmente confessi si ritengono per giudicati, e perciò i termini pel pagamento si computano dal giorno della confessione.

§. 3. Si può fare la confessione giudiziale tanto a voce, quanto in iscritto od in qualsivoglia altro modo. La convinzione non ha luogo se non mediante scrittura o testimoni.

§. 4. I pegni di quelli che confessarono i debiti possono essere presi e venduti.

§. 5. Ciò che viene giudicato in assenza di una delle parti non ha forza di cosa giudicata.

